


No. A
39-352



155

ALL CANADA

CANADA

A

39

352


121992952

2

29a 5-36

4

9-1274



MMENTARIA
SYNTAXES
TIS MIRABILIS,

113272
Br

Per quas de omnibus disputatur,
habeturq; cognitio,

TOMVS II.

PETRO GREGORIO Tho-
I.V. Doctore, & antehac in Aca-
Cadureana, & Tholosana Profes-
publico: Et nunc Professore & Decano
in Academia Lotharingica Pötinussana.

Cum Indice rerum & verborum
locupletissimo.

Regio de
de
da.



LVGDVNI,
APVD IOA. PILLEHOTTE.
SVB SIGNO IESV
1587.

Cum privilegio Caesaris Maiestatis
Christianissimi Galliarum Regis.

595647
122

TOMO II.
continentur

LIBER IIII. De transcendentibus.
LIBER V. De prædicamentis.



I
I
I
V
V
V
I
X
X
X
X
X
X
X

~~XXXXXXXXXXXXXXXXXXXX~~
ELENCHVS CAPITVM

huius II. Tomi COMMENT.
SYNTAX. MIRABILIS
ARTIS.

LIBER QVARTVS.

I.	CAPVT I. De bonitate & malitia vtrum sint	pagina I.
II.	Quid bonitas & malitia	21
III.	Quòd bonitas sit essentia rerū à vere existente Deo procedens	44
IIII.	Vnde mala sint	72
V.	De vltimis verbis finitionis bonitatis	98
VI.	Docetur acceptabile bonum esse	101
VII.	De accommodato	117
VIII.	De equo	130
IX.	De benemerito	174
X.	De communicatione	193
XI.	De desiderabili	201
XII.	De donis Dei	203
XIII.	De digno	204
XIIII.	De essentia	213
XV.	De fœlicitate	216
XVI.	De grato	248
XVII.	De honesto	277

XVIII.	De libertate	325
XIX.	De mortis cogitatione	337
XX.	De Nobilitatis bono	369
XXI.	De Pacis bono	380
XXII.	De bono perfecti	385
XXIII.	De rationis bono	386
XXIIII.	De sancti bono	390
XXV.	Verum quod bonum sit	397
XXVI.	Vtile quod sit bonum	400
XXVII.	Quare bonitatis fiat disquisitio	404
XXVIII.	De axiomatibus electionis boni	410
XXIX.	De magnitudine Transcendente	418
XXX.	De distinguenda magnitudine	423
XXXI.	Regula Magnitudinis	441
XXXII.	De duratione siue permanentia	447
XXXIII.	De Abaci explicatione eorum qua duratione referunt	459
XXXIII.	De Potentia	506
XXXV.	De distinctionibus, & diuisione potentia	512
XXXVI.	De Abaco potentia & eius explicatione	532
XXXVII.	Regula potentia & potestatis	551
		De

XXV	XXXVIII.	De potentijs & principijs te- rum, agitur faciliore via	557
37	XXXIX.	De cognitione	560
69	XL.	De definitionibus nominum & rei cognitionis	563
80	XLI.	De diuisione seu partitione cognitionis	567
85	XLII.	De Abaco cognitionis, & eius explicatione	597
86	XLIII.	De appetitu & voluntate	633
90	XLIIII.	De Abaco appetitus & eius explicatione	663
97	XLV.	De regulis appetitus	720
00	XLVI.	De virtute	722
41-	XLVII.	Explicatio summaria diu- sionis virtutis	732
04	XLVIII.	De Abaco eorum que virtu- tem referunt, & de regulis	748
nis	XLIX.	De veritate	749
10	L.	De definitione veritatis	757
n-	LI.	De partitione veritatis	771
18	LII.	De veritate assequenda	777
4-	LIII.	De fictione & diuisione men- daci	802
23	LIIII.	De hypochrifi, simulatione & dolo	806
41	LV.	De iactantia	819

LVI.	De falso	811
LVII.	De calumnia, tergiversatione, & prauaricatione	824
LVIII.	De periurio	830
LIX.	De ambitione, arrogantia, ironia, & ostentatione	832
LX.	De proditione	834
LXI.	De susurrionibus, & adulatoribus	841
LXII.	De gloria & quòd omnia quandam gloriam desiderent	856
LXIII.	De definitione & diuisione glorie	860
LXIII.	De inani & falsa gloria latius	884
LXV.	De Abaco glorie	901
LXVI.	De luce & lumine	917

LIBER QVINTVS.

I.	CAPVT I. Generaliter de predicamentis	pagina 1
II.	De substantia	9
III.	De diuisione substantia	16
IIII.	Axiomata substantia ex Aristotelis Categorijs & aliorum sententia	30
V.	De quantitate	34
VI.	De relatione siue ad aliquid	39
		<u>De</u>

VII.	De agere vel actione & passione & de opere	44
VIII.	De vbi predicamento	55
IX.	De loco & vacuo	59
X.	De positione vel situ	69
XI.	De quando	70
XII.	De tempore	85
XIII.	De habitu	92
XIII.	De qualitate	

Elenchi huius secundi Tomi

FINIS.

* 4

APPROBATIONES
DOCTORVM.

NOS infrascripti in Alma Parisiensi
Academia S. Theologiæ Doctores
affirmamus nos vidisse & attento ani-
mo legisse libros inscriptos *Commenta-
ria in primum II. III. IIII. & V.
Syntax. artis mirabilis &c. authore P. Gre-
gorio Tholosano, &c.* in quibus nihil fidei
Catholicæ aut sacrosanctis Ecclesiæ A-
postolicæ & Romanæ decretis contra-
rium inuenimus, aut quod catholicis
fidelibus in vsum non cedat, in cuius
rei fidem sigillum nostrum apposuimus.
LVGDVNI DIE XXIII. Men-
sis Aprilis M. D. XXCVI.

F. Franciscus Goracæus ord. Prædica-
torum Pœnitentiarius S. Eccles. Vien-
nensis.

F. Iacobus Berjon ord. Prædica-
torum.

F. Petrus De Bollo Prior Præ-
dicatorum Lugdunensis.

NOS

N O S Ioannes Laurencin I. V. Do-
ctor Canonicus & Obedientiarius Ec-
clesiæ Collegiatę sancti Iusti, Officialis
Lugdunensis substitutus Vicarius ge-
neralis Reuerendissimi Archiepiscopi
Lugdunensis Galliarum Primatis, testa-
mur hunc librum, cui titulus est *Com-
mentaria in I. II. III. IIII. & V
Syntax. Artis mirabilis &c. Auctore P.
Gregorio Tholosano, &c.* à nobis visum,
& à tribus almæ Parisiensis Academiæ
S. Theologiæ doctoribus approbatum,
nihil Dogmatibus fidei nostræ repu-
gnans continere, & ob id dignum esse
qui typis commenderetur, & publicè in
lucem edatur: in cuius rei testimonium
chirographum nostrum apposuimus.
Lugduni 5. Maij 1586.

*LAVRENCIN Vicarius generalis
substitutus.*

SVMMA PRIVILEGII
Cæsareæ Majestatis.



*D*IPLOMATE
Rudolphi II. Romanorum Imperatoris semper Augusti, cautū est Antonio Gryphio Bibliopola Lugdunensi, ne quis in vniuersis ditio- nibus ipsius Cæsareæ Majestatis, locis atque Ciuitatibus tam sacro Romano Imperio, quàm ceteris Regnis, Dominijs & Provincijs eius mediatè, vel immediatè subiectis, nisi ipsius Gryphij, eiusve heredum permissu, SYNTAGMA IURIS VNIVERSI, atque legum penè omnium gentium & rerum publicarum præcipuarum in tres partes digestum &c. Item COMMENTARIA in libros difficiliores SINTAX. ART. MIRAB. &c. Authore Petro Gregorio Tholosano

PRIVILEGE DV ROY
DE FRANCE ET
de Pologne.



ENRY par la grace de Dieu
Roy de France & de Pologne
A noz amés & feaulx Conseil
lers les gés tenans noz Courts
de Parlemens de Paris, Rouen, Tholoze,
Bourdeaux, Dijon, Aix, Grenoble, & Bre-
tagne, Preuost dudict Paris, Seneschal. de
Lyon, & Poitiers & à tous nous autres
Iusticiers & officiers qu'il appartiendra
Salut & dilection. Nostre cher & bien
aimé Iehan Pillehotte Marchād libraire
& nostre Imprimeur ordinaire en no-
stre ville de Lyon, Nous à faict dire &
remonstrer que pour le desir qu'il a de
seruir à la republicque & donner quel-
que contentement aux hommes stu-
dieux & qui s'adonnent à la lecture des
liures, il auroit à grands fraiz & despens
recouert plusieurs beaux & excellens
liures partie desquelz auroyent esté cy
deuant imprimez & despues augmentez
par leur Autheur, & les autres composez
de Nouveau, l'vn desquels est intitulé
*SYNTAGMA IVRIS vniuersi atque legum pe-
nè omnium gentium & rerum publicarum
præc*

precipuarum in tres partes digestum, in quo
diuini & humani iuris totius, naturali ac no
ua methodo per gradus ordinéque materie
vniuersalium & singularium rerum simulq;
iudicia explicantur, Authore Petro Grego
rio Tholosano I.V. Doctore, olim in Acade
mia Cadurcana, demum in Tholosana, nunc
verò Pontinnussana Lotharingica eorundem
iurium moderatore & Decano. Lequel li
ure a esté de nouueau veu, iecognu &
augmenté par ledict autheur: l'autre in
titulé COMMENTAR. IN I.II.III.IIIII. & V.
Syntax. ARTIS MIRABILIS. quorum sequen
tur lib. vnus DE DEO Sextus Commentario
rum lib. vnus DE ANGELIS. septimus de Im
mortalitate anime lib. III. octauus, Autho
re Petro Gregorio Tholosano. Lesquels ont
esté veuz & visitez par trois docteurs en
la faculté de Theologie de Paris & ap
prouuez par nostre aimé & feal Con
seiller en nostre Conseil d'Etat l'Arche
uesque dudict Lyon ou son vicaire. com
me appert par l'attestation & approba
tion cy attachée sous le Contreseel
de nostre Chancelerie: lesquels liures le
dict exposant feroit volontiers imprimer.
Mais il doubte que aucuns par
apres se voulussent seruir de son labeur
& imprimer lesdicts liures: ce qui luy
tour

tourneroit à grãde perte, Nous suppliãt
& requerãt surce luy pourvoir. Nous ces
choses considerees inclinãs liberallemẽt
à la supplication & requeste de l'expõ-
sant, & ne voulans qu'il soit frustré des
fraiz qu'il auroyt faicts ou fera cyapres
pour l'impression desdicts liures, ains
qu'il en puisse estre reboursé, luy auons
pour ces causes & autres à ce nous mou-
uãs de nostre grace speciale, pleine puis-
sance & autorité Royale permis, conce-
dé & octroyé, permetons, concedons &
octroyons par ces presentes privilege,
congé & permission d'imprimer ou faire
imprimer lesdicts liures par tels librair-
es & imprimeurs que bon luy semblera,
& iceux vendre & distribuer par tout
nostre Royaume, pays, terres & seigneur-
ies de nostre obeyssance sans que au-
tres libraires & imprimeurs que celuy ou
ceux auxquels ledict exposant en aura
donné charge en puissent imprimer ou
faire imprimer insques au temps & ter-
me de six ans entiers & consecutifs, à
comter du iour & dacte que lesdicts li-
ures seront acheuez d'imprimer. Com-
me aussi defendons tres-expressement à
tous libraires & autres de quelque estat
qualité, pays & condition qu'ils soyent,
d'iceux

d'iceux imprimer ou faire imprimer, ex-
poser en vente, changer & traficquer tât
aux foires establies en Frâce qu'ailleurs
sans le consentement dudict Pillehotte
sur peine de cōfiscation de tout ce qui
en auroit esté imprimé & exposé en vé-
te, tant en public qu'en particulier, &
d'amande arbitraire: & sans aussi que
soubz vmbre d'autres marques, annota-
tions ou corrections nō approuuees par
l'Autheur, lesdicts liures puissent estre
reimprimez durant ledict temps de six
ans. Si vous mandons & à chacun de
vous endroit soy enioignons que du cō-
tenu en ces presentes vous faictes &
souffrez ledict Pillehotte iouyr & vser
plainement & paisiblement. Cessans &
faisant cesser tous troubles & empeche-
mens au contraire, contraignant à ce
faire, souffrir & obeyr tous ceux qui fe-
rōt à cōtraindre par toutes voyes susdi-
ctes, sans aucune modificatiō. Voulōs en
oultre & nous plaist qu'inserant au cō-
mencement ou à la fin desdicts liures le
present priuilege, ou l'extraict d'iceluy
il soit tenu pour deuement signifié, à ce
que les contreuenans n'en pretendent
cause d'ignorance. Comme aussi qu'e-
stant deuement collationné par l'vn de

noz amis & feaulx Notaires & Secretai
res, Tabellions ou notaires Royaulx foy
soit adioustée à la copie cōme à l'origi
nal duquel lon peut auoir affaire en plu
sieurs & diuers lieux. Car tel est nostre
plaisir. Donné à Paris le neufiesme iour
de Iuillet, l'an de grace Mil cinq cens
quatre vingts & six, & de nostre regne le
treiziesme.

Par le Roy en son Conseil.

Signé M O R E.

Et seellé du grand seel de France
sur simple queüe de cire iaune.

X



COMMENTA-
RIORVM IN LIBRVM

QVARTVM SYNTA-
xeon artis mirabilis, vbi
agitur de transcen-
dentibus,

LIBER QVARTVS.

De *h*onitate & malitia, *utrum*

sint. CAP. I.



QVÆSTIO de bono per se
se difficilima, vt ait Plato
lib 31. siue dialogo 6. de Re-
pub. vel de Iusto. Dicamus
igitur primò *utrum* sit boni-
tas aliqua, vel malitia. Et esse bonitatem,
quæ ab ea proficiscuntur, & tot genera
bonorum, satis demonstrant. Siquidẽ na-
turaliter productũ productus demõstrat:
nec bona arbor, malos fructus facit: nec
contrà mala, bonos arbor nõ degenerans,
à fructu cognoscitur, vt dixit dominus nõ

a ster

ster Iesus, Math. c. 12. e. vers. 33. Et Luc. 6. f. vers. 43. & 44. Et D. Iacobus, Epistola. c. 3. c. vers. 11. & 12. Nunquid fons de eodem foramine producit dulcem & amarum aquam? nunquid potest, fratres mei, ficus ruas facere, aut vitis ficus? sic neque salsa aqua dulcem potest facere. Et quia Deus bonitas ipsa vera, ut docbimus, ideo eius opera, & omnia quæ fecit erant valde bona, ut scribitur in libro Genes. c. 1. in fine. Et in Ecclesiastic. c. 49. c. vers. 21 & D. Basilius, πρὸς τοὺς ἀπερίττους, oratione 2. velin 19. in Mattha. *Qui bonus, inquit, est, bona quoq; docet ac tradit.* Vnde & Eusebius Pamphilius lib. 4. de præparat Euangelica. c. 6 sumpsit argumenti præcipui aduersus Porphyrium occasionem, probaturus nullos esse bonos dæmones, à boni productione, quòd, inquit, cum bonum non possit nisi non prodesse, dæmones tamen illi habiti falso boni, noceant hominibus, nempe, quòd & sibi imolari homines patiantur, & postulèt, ut ille scribit. Et Senec. lib. 13. Epistol. vebepist. 87. contra Peripateticos, bona docet esse, quæ bonos faciunt. Quo etiã argumento adducti, qui parum in bonitatis & mali disquisitione subriles fuerunt, bonum & malum, duo principia diuersa posuerunt, ut Empedocles apud Aristotelem

lem

lem, lib. 1. Metaphy. c. 4. & duos deos, vnū bonorum, alium malorum authorem constituerunt. tanquam impossibile omnino ducentes, ex eodem fonte nasci bona & mala, coæterna hæc facientes, nēpe principium boni, & principium mali. Sic & Manichei rati, vt scribit D. Augustinus, lib. 1. Retractatio. c. 9. & c. 15. & lib. de Hæresib. ad Quod vult Deum c. 46. Et Ioan. Damascenus, lib. de Hæresib. Cuius sententiæ fuerunt Cerdon, Heracleon, & Marcion hæretici, qui & duo illa principia coæterna bonum & malum dixerunt, vt scribit Epiphanius, tomo 3. lib. 1. contra Hære. hæres. 41. 42. docet & Cyrillus archiepiscopus Hierosolymitanus Cathecesi 6. Illuminatorum. Quibus videtur viam strauisse Democritus, qui duos deos posuit tantum, beneficium & pœnam, vt scribit Plin. lib. 2. Natur. hist. c. 7. Lapsi certè quod deos putarūt: at sentiētes optimè duo contraria hæc esse, & inconiungibilia, bonum & malum, quia & repugnantia verè sunt. Et sic intelligendus est locus libri Rabini Abraham in Ietzira, siue de creatione, bonum è regione mali posuisse Deum, bonum de bono, & malum de malo; & bonum probare esse malum, & malum probare esse bonum. Sic etiam bene malum opponit

bono, vt contrarium, Aristoteles lib. Rhetorico. ad Theodect. nullus enim & bonus & malus simul esse potest. can. omnis qui de Pœni. dist. 1. in decre Gratia. Lapsi tamē sunt, dum hæc duo, bonum, inquam, & malum, ex duobus principijs coæternis fluxisse dixerunt. nam omnia, bona ab initio fuerunt, & sua natura talia: mala autem facta per accidens; nec necessarium est ad positionem boni, statim malū poni. Quia & bonum sine malo esse potest. Veluti, Nō ideo quia Deus est bonitas, & ita bonus, statim sequitur alium deum esse malum. Quamuis non ita asserendum de malo, quod semper bonum præcessisse necessario insinuat. Etenim malum nihil aliud est, quàm priuatio boni. sic nō potest esse malum vbi non fuerit bonum, vt scribit D. Aurel. Augustinus lib. 6. quæstionū ad Orosium, quæst 15. Priuatio enim præsupponit habitum, ex sententia Aristotelis in Cathégor. siue de Prædicam. Et notat Barrolus ex responso Papiniani in l. decem 116. de verbo. obligat. lib. 45. π. tit. 1. & etiā in l. Iulianus, de diuortijs in π. Sed habitus non præsupponit priuationem; nam forma, vnum, essentiaq;, & ens, & substantia; priuatio autem, neq; ens, neq; substantia, sed accidens, vt scribit Aristoteles, 1. Physico.

c.
Ale
sun
pelle
à D
non
essen
Sed
pur
mir
ten
qua
Aug
dit
dit
nun
plic
nigi
évis
nigi
iavu
tau
bon
par
illu
bon
nat
nifi
imp

e. 7. 8. & 9. & D. Athanasius patriarcha Alexandrinus, oratio contra idola. *Ea quae sunt, inquit, appello bona; ea quae non sunt, appello mala. Quae sunt ea ideo appello bona, quoniam à Deo, qui est essentia ipsa, exemplar trahunt. Quae non sunt, mala nuncupamus: quoniam quia nulla essentia subsistunt, hominum commētis effecta sunt.* Sed plenius nullum esse ens malum, sed puram priuationem, docet Gregorius Ariminensis, in Commentarijs in 2. lib. Sententia. Et in eundem Robertus Olchot 1. quæst. & Egidius Romanus. Sed & D. Augustinus lib. de morib. Manich. tradit, nullam naturam esse malum. similitudinem tamen in eo quandam habent bonum & malum, quod vtrumq; sese multiplicet. Nā vt ait D. Marcus Heremita, lib. περί νόμου πνευματικῆς, de lege spirituali: ἢ δὲ ἐνός τὰ κακὰ λαμβάνει τὸ δυνάμειν, ὁμοίως τε καὶ τὰ ἀγαθὰ, δὲ ἀλλήλων ἀντίστανται: καὶ τῶν ἑαυτῶν μέτοχον, ἐπὶ τὰ πρῶτα μείζονα προτρέπεται. ex vno fit ad mala transitus, pariter & bona ab inuicem augentur: & eum qui his participat ad maiora cohortatur. Cæterū illud maximè distinguit incrementa, quia bonum suam habet, certamq; & determinatam perfectionē: malū verò in infinitū, nisi illi medeatur, habet concatenatam imperfectionem, seipsum perpetuò destruens

struēs: fitq; ex malo semper ad peius trāf-
 cursus, vt docet Marsil. Ficin. in Apolog.
 boni lib. 10. Epistol. Sicq; perpetuò abyf-
 sus abyfsum inuocat, teste Dauide psal. 41.
 neq; ea fit multiplicatio, virtute agendi:
 quia malum ex malo non fit, sed erroris
 incertitudine, qua multipliciter errari
 potest à bono. nā sicuti vna est via & sola,
 qua possumus scopum attingere, & sagit-
 tam ad signum dirigere, eaq; difficilis,
 multæ autem sunt viæ quibus aberrare ab
 scopo possumus, vt ideo facile fit errare,
 quod infinitæ vndequaq; circum veram
 viam sint viæ; sic cū bonum simplex fit,
 nec mutetur, malum autem multiplex, vt
 ait Aristoteles, lib. 7. ad Eudemum, cumq;
 via sit ad bonum certa, & inter errores li-
 brata, difficilis ea est arduaq; ad bonum,
 multiplex autem ad malum, vt scribit Ma-
 xim. Tyrius sermon. 31. bonum quippe est
 inter extrema quæ mala sunt, à quo dum
 quis semel declinauerit, facile à malo ad
 mala prolabitur. Qua ratione Pythago-
 rici, malum esse infiniti putarunt, vt refert
 Aristot. lib. 2. Ethico. ad Nichomach. c. 6.
 Et ideo boni fœtus propriè est, quia gene-
 rat: mali autem, non item; sed à bono est
 lapsus inferiora petens, vel ab scopo aber-
 rans. Sic antiqui mala rotunda esse dixe-
 runt

runt, atq; orbiculata, & contigua, multiq; de causis inuicem collata: bona verò dif-
 scissa ac discreta, nec facile circa ipsos vitæ terminos coeuntia, vt est author Plutarch.
 Charoneus oratio. consolatoria ad Apollo-
 nium. Malum vt morbus quidam serpens, 10
 bonum perpetuò corrodens, & tollens, do-
 nec alio bono morbo huic medeatur. Et
 malum ipsum morbus est, & bonum me-
 dela mali, vt scribit Plato libro 12. in Lysi-
 de, vel de Amicitia. & D. Chrysoftomus
 homilia 50. in Euangelium Ioan. in c. 7.
 tomo 3. *Nemo, inquit, malum malo sanat,*
sed malum bono. & rursus, tomo 2. in opere
 Imperf. homil. 15. ex c. 6. Matthæi, *Omnia,*
inquit, mala qua sunt in mundo, habent contra-
ria bona, per qua superentur: vt puta fornicatio
castitatem, superbia humilitatem, iracundia man-
suetudinem, auaritia eleemosinam, gula ieiunium.
 Sic apud Theodoretū lib. 6. de curarione
 Græcarum affectionum, Bonum est mali
 priuatio, hoc est, boni restitutio per bo-
 num: sicuti malitia & astutia diaboli. Bono
 malum in omni re oppositū quodammodo
 bonum imitatur, hoc est, bona corrup-
 pens & diminuens: sicuti dum opposita
 sunt Dei sacrificijs, cultui, miraculis, sa-
 crificia, cultus, præstigia magica demon- 11
 nū, & alia huiusmodi, vt docet D. Clemēs

primus lib. 8. Recognitionum. Sed & illud
 obseruatum, malum non esse in substantia
 rei agentis vel patientis, sed in actu: sicuti
 liquet exemplo homicidij, quod non est
 in substantia hominis qui occidit: & mala
 quæ aguntur, non est ipse qui agit, nec in
 quo agitur, sed actus eius, à quo appella-
 tionem accipit. Et sic, quoniam quæ agun-
 tur, cum aguntur solummodo sunt, facta
 autem esse desinunt, erunt actus mala, non
 homines: quia sequeretur, homines tan-
 tum esse dum agerent, & deinceps dum
 non agerent non esse, quod falsum est.
 Quare homo malus appellatur ex acti-
 bus quos agit, non ex substantia: mala au-
 tem ex accidentibus substantiæ, quæ non
 sunt tamen substantiæ: & sic malus incipit
 esse malus, dum malè agere incipit. Sic &
 dæmones non substantia, quæ est bona,
 mali, sed ex accidentibus, & per se ex sua
 voluntate, ut scribit Innocentius III. ex
 concilio generali, in cap. 1. de Sum. trinit. &
 fide cathol. lib. 1. Decretal. tit. 1. quod & la-
 te disputat Eusebius Páphili. lib. 7. de præ-
 parat. Euangel. c. 9. & D. Chrysostomus ho-
 milia 2. & in cap. 1. in Actuum tomo, non
 posse natura creari malum quod bono sit
 adiumento, scribit: & tomo 2. homil. 60. in
 cap. 18. Matthæi, *Mala*, inquit, *cum nullam*

yem habeant, nomina solum sunt. Ex quibus & colligitur aperte illorum error, qui ingenitū malum dicebant, & Deo coæternum: nā si ex accidente malū est, perpetuū certe nō fuit: & si mala perpetuū mala fuissent, & Deo oppositū malū, Deusq; malus fuisset, quod contrarium Deo est. Nam, ut scribit Plato lib. 13. in Theæteto, *Impossibile est*, inquit Socrates, *ō Theodore, mala penitus extirpari: nā bono oppositam aliquid semper esse necesse est. neq; illa tamen apud deos lo. um habere possunt: naturā verò mortale, regionēq; inferiore necessario circumcunt.* Et Galenus tomo 1. lib. Quod animi mores corporis tēperaturas sequuntur, Deū bonū esse ab æterno, & non talem à seipso redditum scribit, & ideo ab omnibus diligi: sicuti contrā malum genitum & creatum, odio omnibus esse, naturaliterq; vitari. est enim omne principium ipsū bonū in omnibus, ut ait Aristoteles lib. 12. *Metaphys. c. fin.* Deus autem omnium est & antiquius principium principians. Sed & his consentit D. Chrysostomus, tomo 2. homilia 60. in c. 18. Matthæi. *An igitur, inquit, malum ingenitum? meliora dis verba, homo, & immanissimum illum furorē execrare, quo unum Deo, & peccato cultum attribuis, & cultū precipuum: imò verò supremum meo iudicio.* Præterea si mala ingenita sunt, tantas vires posside

possidebunt, vt nec euelli, nec omnino non esse non possint: nam quod ingenitum & absque principio est, nulli corruptioni subieitur. Ad hæc si nequitia sic inuicta esset, quomodo tam multi homines virtutem colere potuerunt? aut quomodo mortales & caduci æternū & immortale vitium superauerunt? sed Deus, inquires, vires malorum eneruat. At quomodo eneruauit, aut omnino quomodo destruet coæterna vitia, nec minùs pollentia, sed æqualium virium, & eiusdem, vt ita dixerim, ætatis? sed & hoc nihil aliud potest esse quàm diabolicum dogma, vt, dum putamus malitiam naturalem & ingenitam esse, vitia nostra necessitati & cuidam inuitabili malo assignemus, vt excusationem delictis prætexamus, & ita incauti & negligentes bonorum operum, præcipiti gradu ad inferna deuoluamur.

- 13 Non ingenitum igitur malum, sed genitum post bonum, quod prius fuit, & veritas prior mendacio. Atq; etiam hæc in parte lapsi, qui malitiam creatam & genitam quidem fatentur, sed simul tamen cum bono genitam ab initio, vt dicebat Euanonymus hæreticus: cum tamen opera Dei omnia essent valde bona, cum ea fecit, Genesis 1. ipseq; fecerit animam bonam, sed

sed ipsa degenerauerit peccato, quod propriè malum est, vt notat etiam Basilius Magnus sermone, Quòd Deus non sit author malorum. Docet & D. Dionysius Arcopagita lib. de Diuin. nominib. c. 4. qui nec ex bono, nec in bono, nec per bonum, malum oriri demonstrat, cùm ex eo quod est, quod non estoriri non possit.

Verùm huic negotio dubitationē quādam adferunt quædam: inter cætera duo potissimùm, quæ nobis esse mala, & substantiam habere, & à bono esse videntur. in primis quia ex malo corruptionis aliud generari videm⁹: dehinc quòd sentimus & percipimus mala, nempe dolorē ex ictib⁹, ægritudinibus, iniurijs, dolis, cædibus & huiusmodi. Et Chrysippus lib. *περί προσηλας* 4. scribit, nihil prorsus esse insipidius illis, qui opinantur bona esse potuisse, si non essent itidem mala: nam cùm bona malis contraria sint, vtraq; necessarium est opposita inter se esse, & quasi mutuo aduerso quæq; culta nisu consistere: nullum adeo contrarium esse sine cōtrario altero, vt refert etiam Gell. lib. 6. Noct. Attic. cap. 1. Accedunt & tristitia, & voluptates, in quibus sensibus egemus, quibusq; & constitutio corporis mouetur, vt scribit Galenus tomo 1. lib. 7. de Decretis Hippocratis

cratis & Platonis, & alibi: quòd autē nihil est, mouere non potest, siquidem non entis nullæ sunt qualitates: & quòd non est, in considerationem non venit: sicuti Africanus ait, seruum stipulantem domino nominatim, qui mortuus erat, inutiliter facere. in l. eius qui in prouincia l. 41. §. quòd si stipulatus de reb. cred. lib. 12. §. tit. 1.

Et tertio dicimus contrarium bono malum cum Aristot. in Prædicamentis: contrarium autem nequit esse quod per se non est; vt per consequens, si per se non sit, à bono procedat necesse sit: siquidem quod malum non est, bonum sit necesse est. Atq; sacra scriptura iubet auferri mala de medio Israël, Deutero. c. 13. b. vers. 5. & c. 17. c. vers. 13. & c. 19. d. vers. 19. Et Iudic. 20. b. vers. 13. auferri autem nequit quod non est.

Quarto scribitur Deū creare mala, Esaię c. 45. b. vers. 7. Et rursus, *Non est malum in ciuitate quod non fecerit dominus.* Amos c. 3. 6. ver. 6. & Baruc c. 2. a. *Adduxit dominus super nos mala.* Sed & iurisconsulti, esse malum aliquid dicunt, dum inter malè agere, & nihil agere distinctionem adhibent, vt apud Vlpianum l. vni. §. fin. quando dies vsusfruct. lega. ced. lib. 7. §. tit. 3.

Quin

Quin & illi dixisse videntur ex eodem fonte bona & mala oriri, vel ex bonis mala. Sic enim Iustinianus tradere videtur in §. illud quoq;, de exhiben. reis, in Authent. collat. §. tit. 6. dum scribit, ex legum optima dispositione, calumniarum prodixisse exemplaria. Et glossa in verbo calumniarum, in d. §. illud. sic colligit, *Omnia, inquit, mala exempla orta sunt à bonis rebus.* Et multa his similia congeri possunt: quæ tamen 15 omnia, si benè perpendantur, nec mala aliquid esse, nec ex bono esse probant. Nam quòd pertinet ad id quòd primo loco de corruptione obijcitur, malum ideo aliquid esse, quòd ex illa corruptione, quæ mala est, quòd destruat quod erat, fiat generatio: fieri autem non posse nisi esset illa aliquid, cum ex nihilo nihil fiat. fatendum quidem est, ordine naturæ aliquid ex nihilo fieri non posse, vt 1. de rerum. Natura docet Lucretius. errat tamen ille, quum ad Dei potètiã, & primam rerum creationem peruenit, dum ait, *Nullam rem. è nihilo gigni diuinitus unquam.* Id enim intelligi debet nõ de Dei creatione, sed naturæ opificio & lege, vt alij, & probè intelligunt. Porro, quòd post corruptionem aliquid generetur, illud non est ex malo quod corrumpit, sed ex bono quod superest: neque corruptio

corruptio & generatio eiusdem, sed di-
 uersorum. In eodem tamen subiecto, cor-
 ruptio à malo, & generatio à bono, & ex
 diuersa potentia. Siquidem notandum est,
 tunc cum post corruptionem fit genera-
 tio, non omnino bonum sublatum, sed di-
 minutum & deterius redditum, vel immu-
 ratum: & illam immutationem, diminu-
 tionemque boni, bonum aliud esse, at al-
 terius modi à priore: nam si bonum omni-
 no à malo obfessum fuisset, nihil reman-
 sisset; quia malum cum sit interitus, omne
 à malo sublatum esset: quare nec totum
 malum est. Et id quod malum, solum inte-
 rit, nec est: quod autem relinquitur, quod-
 que generatio est, aliud à malo. Docet id
 D. Dionysius Areopagita libro de Diui.
 nominib. c. 4. Et ea ratione, quia non tolli-
 tur omne bonum, & quia malum in aliquo
 subiecto dicitur, malum in aliquo bono
 fundatur: malum enim cum non habeat
 per se essentiam, neque per se subsistere
 potest. & cum malum per accidens cause-
 tur, effectus cum causa sit necesse est, vt
 fuse explicat D. Thomas 1. par. artic. 3. Et
 de malo q. 1. art. 2. & lib. 3. contra Gentiles,
 c. 11. Docet & malum non omnino consu-
 mere bonum. 1. par. q. 48. art. 4. & 2. q. 85.
 art. 1. & lib. 3. contra Gentiles, c. 12. Con-
 firmat

fir-
 cor-
 ne-
 esse
 tion-
 quo-
 rún-
 iur-
 fu-
 ter-
 aor-
 uar-
 res-
 exi-
 bre-
 sam-
 inte-
 in l-
 ver-
 sim-
 dix-
 ner-
 par-
 doc-
 pri-
 me-
 lup-
 na

firmat & D. Athanasius, dum ait oratio. contra Idòla. *Nullum igitur malum nec à Deo, nec in Deo, nec ab initio extitisse, neque ullam eius esse substantiam dicimus, sed homines per priuationem imazinandi, cogitandique boni, illud sibi quod malum est comminuci inceperunt, effinxeruntque pro libidine ea, quæ non erant.* Et docent iurisperiti dissolutione & destructione, siue nauis, siue ædificij, & ex eorum materia alia ædificata nouè, priora ædificia non censerì, non naues easdem, sed nouam quandam speciem: item, nec mutatas res in alios vsus extra còmercia hominum existentes, eiusdem esse obligationis. Et breuiter, vnam & eandem præsentem causam, obligationis & liberationis ortus & interitus esse, vt philosophatur Vlpianus in l. inter stipulantem, l. 83. §. sacram; de verb. obl. lib. 45. π. titulo l. cum ibi notatis similib. Non ignoro tamen Aristotelem dixisse, priuationem esse principium generationis per accidens: verùm hac in parte ab illo dissentio, nec immeritò, vt docebimus, Deo iuuante, cùm de rerum principiis agemus.

Sed transeamus ad secundum argumentum, cùm tristitiam, & dolorem, & voluptatem & mala huiusmodi, sicuti & bona sensibus apprehendi, & per consequens esse

esse aliquid malum, aiunt. Imò & corporeum: cum, quæ sensibus comprehendantur, corporea sint, vt alibi docuimus ex autoritate Aristotelis & Lucretij. Dicimus itaque in rebus corporeis, voluptate, delectatione, vel iucunditate, bonum malumue non esse: nam illa sunt in sensibus: bonum autem vel malum sunt in intellectu, & diuersa ratione; vt scribit Aristoteles; de Anima, c. 7. Et cum res ab usu vel fine, vel bonæ, vel malæ censeri possint, bonum vel malum non cadit sub notionem sensuum doloris vel tristitiæ. Et ideo id quod mouet sensum, est quidem, sed quod malum sit, quia triste, negatur. Et medicus dum fecat vritue membra putrida, tristitiam ingerit & dolorem, at id malum non est, sed bonum. Et contrà dum quis luxuriatur more brutorum contra prohibitionem, ob id, quòd agat à Deo prohibitum, malum est, quanquam voluptate ingenti in actu venereo afficiatur: quare non sensibus meriti oportet malum vel bonum, sed alia ratione, vt postea in definitione bonitatis docebimus.

17

Nec quod tertio in loco dicebamus contraria esse bonum & malum, verum est absolutè. Neque enim sunt contraria substantia ratione priuationis, sed in quantum

tum

tum malum priuat in moralibus, & in abstracto, vt contraria liberalitati illiberalitas; non in ratione subtracti, nec contrarium arguere quiditatem verum hic est. Nam etli contrarium sit bono malum genere quodam, non tamen est, cum sit priuatio, & priuatio nihil sit. Antequam enim malum dicatur malum, non est, cum infertur etiam non est; quia nondum priuatio: cum etiam illatum est, non est, quia priuatio nihil est. Verbo tenus igitur esse malum intelligitur, cum non perseueret, nec antequam sit, dici possit, nec cum sit, demonstrari possit. In intellectu tamen ex defectu & priuatione, indigentia boni & eius vtilitas colligitur. Quod autem scriptura iubet auferri de medio mala, intelligimus ablationem eam esse boni adiectionem, & castigationem faciendam eorum, quorum ope & ministerio mala commissa sunt. Et ibi malum accipitur pro eo qui malum commisit, efficiens pro effectu. inde mali homines, & Angeli mali, quia mala committant. Et Satan qui perpetuo machinatur mala, etiam titulo mali demonstratur in oratione dominica dum dicitur, *sed libera nos a malo*, hoc est a Satana eximie malo, qui cum a nobis nunquam laesus fuerit, tamen indefesse mala nobis archi-

rectatur: fitque ideo caput malitiæ, volun-
 tate, non naturæ talis, vt scribit D. Chryso-
 stomus homilia 20. in cap. 5. Matthæi, to-
 mo 2. sicuti & malitia dicitur interdum,
 non id ex quo malum prodit, sed id in quo
 malitia explicatur, vt Matthæi 6. in fine
 legitur, *Sufficit diei malitia sua.* vbi, & alibi,
 malitia non diei malitiam denotat, sed an-
 xietates, labores, ærumnas, sollicitudinés-
 ue, quæ singulis diebus occurrunt, quæ
 malorum verè dant ansam; vel mala, quã-
 uis falsò per se putantur. Nam, vt & ad re-
 liqua transeamus, vulgò & sæpè in scri-
 ptura sacra, quæ quantum fieri potest sese
 intellectui faciliori & idiomati omnium
 accommodat, malum accipitur non pro
 veri boni priuatione, sed pro priuatione
 eius quod bonum videtur, cum tamen
 non sit: sic afflictiones à Deo immissæ, vt
 saluus fiat homo, & conuertatur à pecca-
 tis, mala dicuntur: & Deus dicitur creans
 malum, & immittens, & faciens malum. Et
 ita intelligitur quod scribitur Micheæ, c.
 1. d. vers. 12. *Descendit malum à Domino: &*
Hieremiæ 11. b. vers. 11. Inducam super eos,
inquit Dominus, mala, de quibus exire non
poterunt, Et clamabunt ad me, & non exaudiam
eos. Et alibi Iesaias, cap. 45. c. Ego Dominus
formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem,

& es
 Greg
 Iob
 tura
 mala
 bis m
 & pe
 sin,
 venen
 serpe
 mun
 pro
 pro
 & ap
 Hon
 Thu
 pro
 nequ
 Aeuè
 casti
 riæ &
 nes.
 rem
 malè
 ager
 ager
 re n
 inter

& creans malum. Quod interpretatus D.
 Gregorius Magnus, lib. 3. *Moralium in*
Iob. c. 6. Neque, inquit, mala, quæ nulla sua na-
tura subsistunt à Domino creantur, sed creare se
mala Dominus indicat, cum res benè conditas no-
bis malè agentibus in flagellum format: ut ea ipsa
 & per dolorem quo feriunt, delinquentibus mala
 sint, & per naturam quæ existunt, bona. unde &
 venenum mors quidem est homini, sed tamen vita
 serpenti. Et hoc omnibus idiomatibus com-
 mune est, ita apud Hebræos ער & ערה
 pro afflixit & malè egit ponitur, & ערר
 pro malitia & afflictione & tristitia. Sicuti
 & apud Græcos κακός, & κακός malus, apud
 Homerum, Euripidem, Demosthenem,
 Thucydidem, & alios probatos authores
 pro misero, afflicto, tristi, & pro pravo &
 nequam: & Hesychius, κακός, inquit, δεινός,
 δεινός, παντός. Et ita mala à Deo sunt, id est
 castigationes mali, non autem mala nequi-
 tiæ & iniquitatis: & mala illa, castigatio-
 nes, inquam, bona sunt ad frugem melio-
 rem nos ducentes. Sic cum iurisconsulti
 malè agere distinguunt à nihil agere, malè
 agere accipiunt aliter quàm pro pessimè
 agere, scilicet pro eo quod est suo tempo-
 re non agere, vel actionem ut oportet non
 intentare.

Quod autem dicitur mala orta esse ex 19

bonis, intelligendum est orta esse per accidens, id est, eorum bonorum prætextu & fucō inuecta, cūm quid sub specie boni sit vel ex bono defenditur: sed id non verè ortum ex bono, sed corruptio vel deprauatio boni est, & cathachristicōs & impropiè ex bono ortum dicitur. Docet & id Chrysippus libro *εἰ τῶν ἀνθρώπων νόσοι, κατὰ φύσιν γίνονται*, id est, num morbi hominum secundum naturam fiant. vbi mala non per naturam, sed κατὰ παρανομοσίθησιν, id est, per consequentiam, fieri dicit. Sicut, inquit, cūm corpora hominum natura fingeret, ratio subtilior & utilitas ipsa operis postulauit, vt tenuissimis minutisque ossiculis caput compingeret: sed hanc utilitatem rei maioris alia quedam incommoditas extrinsecus consecuta est, vt fieret caput tenuiter minutum, & ictibus offensionibusq; paruis fragile: proinde morbi quoque & agritudines parte sunt, dum salus paritur: sic hercle, inquit, dum virtus hominibus per consilium natura gignitur, vitia itidem per affinitatem contraria nata sunt. Refert & Gellius lib. 6. Noct. Attic. c. 1. Constat igitur ex his, bonum esse, & malum nihil per se, cūm accidentaliter in boni priuatione superueniat. Atque necessario bonitatem sic etiam esse oportuit, qua, veluti summo genere, posita, species omnes boni colligerentur. Alioquin quedam,

dam,
tius r
neri
legat
& sp
veni
47. S
speci
dem
1. co
ro ge
prin
que
in l. c
lib. 9
lib. 5
tis. S
res v
que
riam
man
9. D
defe

S

dam, vel omnia per se mala essent, vel potius nihil essent. Nam sicut positione generis veniunt & eius species, vt in genere legati earum rerum, quæ quis parauerat, & species acquisitionis per emptionem veniunt, apud Vlpianum l. item legato, l. 47. §. 1. de lega. 3. lib. 32. n. tit. 1. Et cum in specie & genus representetur apud eundem Vlpianum in l. si quid earum, l. 45. §. 1. cod. de leg. 3. cum similibus: sic & sublato genere, omnes tolluntur species: & cum principalis causa non consistit, nec plerumque quæ ex ea sequuntur, vt ait Vlpianus in l. cum principalis, l. 139. de regulis iur. lib. 5. n. tit. 17. cap. accessorium, de reg. iur. lib. 50. Sexti decretalium. Sed de hoc factis. Si quis autem velit probationes latiores venari, quodque malum non sit ens, atque solutiones argumentorum in contrariam partem deductorum, videat D. Thomam lib. 3. contra Gentiles c. 7. & c. 8. & c. 9. Docet et c. 10. quomodo bonum sit per defectionem & per accidens causa mali.

Quid bonitas, & malitia.

C A P. II.

SED quia constat bonitatem esse, quid sit dispiciamus nunc, & paucis concludamus.

damus. Notatio nominis bonitatis, est quasi boni dicæ entitatem, vel existentiam, ex qua omnia bona dependent, & ubi omnia sita bona sunt. idem quod Græcis ἀγαθόν, quasi ἀγαθὸς οὐσίης, boni intelligentia: & Hebræis eodem modo טובה *tobah*, quasi dixeris, quia טוב בטה, *tob bah*, bonum in ea. Huic opponitur malitia siue nequitia, quasi malitio, vel ad malū iter. Græcis νόσος, veluti πῦρ ἀγρίου morbi electio. diximus enim morbum esse malum, & bonum morbi remediū. Hebræis autē ערה *ragna* malitia, à verbo ערה *ragna* vel ער quod significat etiam nocuit & displicuit, & malè egit. In quibus nota nominis demonstrat rei omnis substantiam & robur, vt quis ritè & cum ratione rebus nomina fuisse imposita à sapientibus antiquis intelligere possit: nunc substantialis autem finitio erit.

- 2 Bonitas est ens, fons, causa, & origo boni totius, & essentia, & actuum qui priuatione non vincuntur in eodem subiecto & tempore. Quæ nostra & noua, vt reliqua ferè quæ damus, bonitatis finitio est ex abditissimis scientiarū penerralibus collecta, constat genere & differentiis, vt omnis bona finitio constare debet, secundum Cicero. 1. de Inuentio. Quintilia. lib. 7. c. 4. & lib.

lib. 5. c. 10. Rodolphum Agric. Boëtium, & alios. Ens in hac pro genere, cætera pro differentiis. Quibus probatis & examinatis, statim mali vel malitiæ sese offeret, vt oppositi, cognitio: est enim regula in omni doctrina generalis, vt Cognito altero contrariorum, cognoscatur & reliquū. & Quod de vno contrariorum dicitur, de altero negatur: & contrà quod de vno negatur, de altero tacitè affirmatur, vt scribit Cicero 5. de Finibus: siue ea contraria sint *επιτιμὰ*, siue *ἀποφαιμὰ* lib. Topico. ad Trebatium. Hinc est quod dicunt, Contrariorum eandem esse disciplinam, ex Aristotele, lib. 1. Topico. c. 8. & Scientiã eandem ex eodem. lib. Problematum, sectione 29. quæst. 7. & quæst. 11. & 5. Ethico. ad Nichomachum. Quod & iurisconsultorum fuit axioma, in primis Caij in l. 1. de ijs qui sui vel alt. iur. sūt, lib. 1. π. tit. 6. *Videamus*, inquit, *de his personis quæ alieno iuri subiectæ sunt: nam si cognouerimus quæ istæ personæ sunt, simul intelligemus quæ sui iuris sunt.* Quæ transcripsit Iustinianus Cæsar in §. 1. vers. videamus, de ijs qui sui vel alie. iur. sunt. lib. 1. Instit. iur. ciuil. tit. 8. & Marcel. Iurisc. *Qui accusare,* inquit, *possunt intelligemus, si sciuerimus qui non possunt.* in l. qui accusare, l. 8. de accusat. & inscript. lib. 48. π. tit. 2. Sic per lucem tene-

bras, per somnum silentium, per verum
 falsum, per bonum malum dignoscimus, vt
 scribit Marcilius Ficinus in epitome The-
 æreti Platonis, vel de scientia. Sūt enim cō-
 traria vsque adeo pugnancia, vt se inuicem
 priuent. Vnde aliud axioma natum inter
 medicos est, Contraria contrariis curari:
 veluti morbos qui ex saturitate proue-
 niunt, inedia; qui ex inedia, saturitate; hos
 qui labore, quiete; & contra: & autumnal-
 es morbos vere liberandos, hyemis æsta-
 te, & contrà, vt docet Hippocrates lib. de
 Hominis natura, & pluribus in locis Apho-
 rismorum demonstrat. & latè Galenus lib.
 11. tomo 6. Methodi medendi, cap. 12. &
 13. Idque perpetuò verum esse & perpe-
 tuò contrarium remedium, calido frigi-
 dum, sicco humidum, & contrà in Isagogi-
 cis lib. De medi. artis constitut. & alibi.
 Quod & in morbis animæ, & vitijs accide-
 re docet D. Chrysostomus tomo 5. homi-
 lia 5. ad populum Antiòchenum dum tra-
 ctat de iuramentis omni studio fugiendis,
 & mutandam vitam vitijs seruientem in
 contrariam, vt ex luxuria in castitatem,
 crapula in iciunium, auaritia in liberalita-
 tem.

Quocirca cùm, vt contrarium, malum
 opponatur bono, intelligentes finitionem
 boni,

boni, per eandem, negando eadem in malo, ad mali notionem manu ducemur. Offertur igitur in primis in boni finitione explicandum genus, per quod definitio boni magis elucet: illud est quod dicimus esse ens, fontem, & causam, &c. Videmur certè hac in parte primâ fronte approbare quod antiqui dicebant, & Agrippa in artem Lullij, ens esse addendum nostris primis transcendentibus, vel supra illa: cum ens, vt genus, definitionis det ansam principijs. Sed certè non ita est ens accipiendum: nam aliquid maius quàm transcendens antiquorum, per ens hîc intelligimus. Antiqui namq; , & philosophi ens tantum accipiebant, prout est in prædicamêto Qualitatis; nam & semper apud philosophos in Qualitatis prædicamento ponitur, siue res aut realia consideres: tunc enim ponitur ens in prædicamentorum numero apud Aristotelem lib. 6. Metaphysic. textu 8. siue cõsideres rerum scientiã, quæ aliquomodo dicitur realis, vt scribit Aristoteles 3. de Anima, vbi agit de actu & specie intelligendi. Sic enim & communi modo ens reale potest accipi pro intellectuali, vt docet Chrysoftomus Iauellus tracta. 1. de Transcend. & Henneus in 3. quodlibet. q. 1. Nam quamuis

4 lapis non habeat esse in anima, dum mente comprehensus est, sed extra animam, vel vt dicunt, ad extrà, tamen esse eius obiectiuè est in anima, prout est intelligibilis lapis. Cæterum hæc omnia potius sunt entia aliunde, quàm propriè ens: ideo hîc nos ens accipimus pro Deo, à quo omnes existentia: ille namq; per se & verè est ens. Quia esse Dei primùm ex se, nec ab alio acceptũ est, indiuisum, à quo creatum est aliud esse, quod viderur. creatum dico, non genitum, vel productum: quia primum esse creauit illud ex non esse, nõ ex seipso. Indiuiduum namque cùm sit primum ex se, nihil generare potest vnde diuidatur à se: quia si esset diuiduum, esset corruptibile; & ita non esset Deus, qui est immortalis, & per se immortalitas. quod constat ex rebus essentiam habentibus, quia ex non existente prius creatum est, & esse accepit: in non esse etiam reuerti potest, quia eius etiã esse simplex non est, vt Dei, sed compositum. Sic & obnoxia dissolutioni sunt essentia rerum corporalium: productæ autem sunt res à primo esse, non naturaliter, sed per modum artis, vt scribit Rannundus Sabaude in lib. Creaturarum, tit. 17. neque ex necessitate: cùm enim esse Dei sit idem quod eius intelligere, & velle,

seu

seu
De
vo
cre
nor
dor
nita
in
exe
me
mu
quã
præ
tur.
prin
diu
stin
qui
hab
vol
mo
&
run
se
om
nia
qui
ex
om

seu liberum arbitrium, ideo producere Dei, est per intellectum & voluntatem, & volendo & intelligendo producere quod creauit. Artificialis itaque productio, quia non de natura artificis: sicut architectus domum in animo producit, vnde & infinitæ domus possint produci. mundus autem in mente Dei (si liceat humana diuinis exempli causa afferre,) veluti domus in mente artificis: nec Deus ipse mundus, sed mundus in eo maiorem perfectionem quam in se habet: quia puritate formæ ibi præstat, hinc autem alterationibus obijcitur. Et quia intellectus Dei ab æterno sine principio, sic & mundus & omnia in mente diuina ab æterno sine principio. Quod distinguit Dei opificium ab artifice mortali, qui quia mortalis, & cum principio ab alio habito, sic & ipse principium constituit sue voluntatis: non ita Deus, qui cum sit immortalis & sine principio essentiam habet & absque fine suam aliarumque etiam rerum essentiam in se sine principio, extra se cum principio, à se dat. Cum enim omnipotens sit, ex nihilo virtute sua omnia creauit, & ideo res creatæ essentiam quidem habent creatam, sed non ex se, sed ex non præiacente ente, & à Deo in quo omnia, & ex quo, & per quem omnia: ipso
verè

verè esse existente non aliundè, sed per se. Non dico etiam à se: nam à se si haberet, non antè idem habuisset, & aliquando incepisset, quod falsum: ideo per se esse dico.

Vocarunt ideò antiqui philosophi ens *τὸ ὄν*, id est, id quod est. sic enim interpretatur Plato lib. 23. in Cratylo, vel de recta nomi. ratione *ὄν*. Ita & Deum dixerunt *τὸ ὄν* omnes ferè Platonici, Amelius, Iāblichus, Syrianus, & alij: expressè etiā D. Dionysius Areopagita pluribus in locis, potissimùm de cælesti Hierarchia, c. 8. & De diuinis nominibus c. 1. vocat Deū *τὸ ὄν* vniuersale: nam *τὸ ὄν* particulare, potest esse id quod aliunde est, quòdque veritatem quandam existentiaè habet. Sic enim scribit Manuel Moscopulus libro *περὶ σχεδῶν, τὰ γὰρ ὄντα φαμὲν λέγειν τινα, ὕγιν τὰ ἀλαθῆ*, id est, etenim dicimus *τὰ ὄντα* vel existentia, esse aliqua, & per consequens vera: sed illa participatiuè, nō absolutè, & vniuersaliter entia, & ens: Deus autem vniuersaliter & vnicè & ppriè ens. Et hoc est, in Deo, est Dei essentia, & nō aliud in Deo. Et ita hoc ei nomen proprium apud Hebræos dicitur *יהוה* ineffabile: quod à radice *יה*, id est, fuit, traditur. nomen reuelatum Mosi, Exodi c. 3. vers. 4. d. Interroganti namque Mosi, quis esset dominus, qui
secum

secum loqueretur, ut eius nomine filijs
 Israël legationem iniunctam explicaret,
 respōdit Deus: *Si dixerint, quod est nomen eius*
qui misit te, dices, אהיה eheie, misit me ad vos, id
est אשהי אשח eheie, qui est, misit me. &
sequitur, dominus Deus patrum vestrorū, Deus
Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob misit me ad
vos. si dixerint inquit משה שמו לי משה
limah scemomah, idest, quod est nomen
eius qui te misit, dic illis משה שלימה ze
schemi legnalā, idest, hoc nomen meū, ab-
scōditum. Reperiēsque arte kabalistica, ex
singulis finalibus literis quas signavi vir-
gula. משה שלימה יהוה Ie
houah, quod vocat nomen secretum, nempe
משה שלימה legnalam: nam legendum legna-
lam absconditum, non משה שלימה legnolam,
in æternum. Nomen autem Iehoua, ab
essentia, quod sit ens tractum, ideo & quia
absconditum & essentiam omnem conti-
nens, ineffabile dicebatur, & scem hamepho-
rase, id est, nomen implicitum, & per inter-
pretationem, non per se probatum, ut
scribit Rabi Mosce Aegyptius lib. More.
in parte 61. capituli, & scribitur in parte 5.
Talmud, quæ dicitur קדושים keduscim id
est sanctificationum c. עשרה יוחסים gastrab
Iochasim, id est, decem nobiles, vnde & Rabi
Abraham Saul dicebat, cum qui nomen
 hoc

hoc Dei pronuntiaffet, non habiturum partem in futuro seculo, vt scribitur in 4. parte Talmud, quæ dicitur סדר נויוקין *feder nezikim*, id est, ordo damnorum, in סנסכת סנדרין *masseket sanedrin*, id est, tractatu iudiciorum, פרק פרק sine capite, quod incipit *helec*; & Rabi Azariel libro Sanctitatis, quem vocat אין סוף *ein soph*. id est, infiniti. Illud enim vetitum erat nisi solis sacerdotibus, quibus & tantum permittum in benedictionibus, quas in hoc nomine faciebant, vt scribit idem Rabi Mosce. 50. c. 61. partis More. magnam namque vim habet expressionis diuinitatis illud nomen entis, in Deo solo natura vniuersalis, sed qui aliorum existentium ratione super ens & nomen dici potest, quod supra vulgi captum transcendit, vt Deus dicatur: ita & ens & non ens, quod comprehendi non possit. Quare & in libro Talmudicorum inscripto אמנת היהודים *amunath haiehudim* fides Iudeorum, ille, inquit Deus, in quem credimus וי ies, & non וי ies, est ens & non ens. Et Diuus Dionysius Areopagita De diuinis nominib. c. 5. *Ipsius, inquit, entis appellatio in Deo, per omnia quæ sunt porrigitur: atque super omnia quacunque sunt eminent: non tamen super essentiam Dei bonitatem exprimit essentiamque & vitam &*

sapientiam

*sapientiam
ens,
quod
scriptum
supra
seculo
atque
neque
est quod
neque
tium
ipse e
Cele
tanq
mun
rum
ipsu
tia, o
vita,
ratio
brei
וית
schit
prin
D. D
factu
sup
rialit
sint,*

sapientiam, qua unum sunt in Deo, ac bonum & ens, non tamen cum ente creat. Nam Deus non quodammodo est ens, sed simpliciter & incircumscriptione totum in se esse comprehendens, gradūque superiore complectens. Quapropter & rex dicitur seculorum: quippe cum in ipso, & circa ipsum, esse atque ens omne subsistat: neque erat, neque erit, neque factus est, neque fit, neque fiet: imò, neque est quidem, sed ipse est ipsis entibus ipsum esse. neque verò etiam solum, sed etiam ipsum esse entium ex ipso pendet, qui ante aeternitatem extat: ipse enim est seculum seculorum, qui est ante secula. Celebratur autem meritò in primis Deus tanquam ens antiquiore bonorū suorum munere, quo omnia produxit: est enim rerum omnium principium, ex quo existit & ipsum esse, & omnia quomodolibet existētia, omne principiū, omnis terminus, omnis vita, sapiētia, ordo, bonitas, magnitudo, duratio & reliqua. Est enim, ut scribunt Hebræi in lib. *Sepher amunah* lib. fidei Iudæorū. ראשון ואעראשית ראשית ראשית *rescon b:ein reschit reschito* principium, non habens principium principio suo. Et ita, inquit D. Dionysius, dicitur de illo est, fuit, fiet, factum est, fitque, quod significat Deum super omnem intelligentiam, superessentialiter esse, & omnium quomodolibet sint, principium. Iam verò Deus non hoc quidem

quidem est, neque hic quidem, & ita est, ibi
 verò & aliter minimè, sed est simpliciter
 omnia vt omnium causa. Rursus omnia in
 se principia, omnes cōclusiones, terminos
 omnium rerum continens & antè habens:
 super omnia est, vt qui ante omnia præest
 mirabili super essentiam ratione. his acce-
 dat Diuus Athanasius, alia Ecclesiasticæ
 profunditatis colūna, *Deus*, inquit tractatu
 de definition. *essentia, siue causa, & omnium*
essentiarum supersubstantialis causa. Distinguit
 & clariùs Eusebius Phamphili. lib. 11. de
 præparat. Euangel. c. 6. *Dum Moses*, inquit,
scribit de Deo, Ego sum, qui sum, loquere filij
Israël: apertè solis Deo esse attribuit. Et dum
Salomon ait, futurum esse quod fuit, & faciendum
quod factum est, nec nouum aliquid esse sub sole,
dupliciter esse partitur. Nam aliud incorruptibile,
immortale, stabili que natura, intellectuale incor-
poralè que: aliud in fluxu mutatio, neque semper
esse determinat. Et vt breuiter colligam, cum ad
vn̄um cuncta principium Iudæi referant, vniūque
esse absque ortu, quod verè atque propriè appellant
ens corporalium omnium & incorporalium causam,
vide quomodo nō solum sensū, sed etiā verba Plato
expressit. Quid est, inquit, q̄ semper est, ortū nō ha-
bēs, & quod semper fit, est autem nūquā? illud certè
mētē ac ratione percipitur, eodē sēper ens modo. Sed
clariùs Moses, Est igitur, verè soli Deo
 erit, &

erit &
 Et id
 crea
 quia
 corre
 nequ
 idem
 fioni
 temp
 perc
 verti
 suis
 cunē
 reu
 scen
 2. ho
 Deu
 ἢ κτλ
 ἡ κτλ
 ταυτ
 ἢ κτλ
 τὸν τ
 γὰρ τ
 λαγὸς
 latin
 vel c
 igitur
 a mu
 eaden

erit & erat soli creaturæ accommodatur. Et idem c. 7. eiusd. lib. 11. docet rursus, in creatura non esse, solidum, ut in Deo est: quia creatura omnis perpetuò mutatur & corrumpitur, ut aetatibus, & morbis: neque etiam vel momento quisquam idem est: mutatur & affectionibus, passionibus, & voluntatibus in anima: & tempus ipsum quo omnia incrementa percipiunt & decrementa, mutabile, & vertigine perpetua circumvoluitur in suis cardinibus & polis, ad cuius motum & cuncta nascuntur, & decrescunt, & intereunt continuata serie. D. Ioannes Damascenus etiam libro de Orthodoxa fide 1. c. 2. hoc argumento veram essentiam esse Deum comprobat, πάντα, inquit, τὰ ἔντα, ἢ κτιστά ἐσι, ἢ ἀκτιστά. εἰ μὲν ἕν κτιστὸν, πάντως καὶ τρεπίσθ: ὡν γὰρ τὸ εἶναι ἀπὸ τροπῆς ἤρξατο, ταῦτα τῇ τροπῇ ὑποκείσεται πάντως, ἢ φθειρόμενα, ἢ κατὰ προαίρεσιν ἄλλοις μενα. εἰ δὲ ἀκτιστά κατὰ τὸν τῆς ἀκολεθρίας λόγον πάντως καὶ ἀτρεπίσθ. ὡν γὰρ τὸ εἶναι ἰναντίον, τὸ τῶν καὶ ὁ τῶ πῶτε εἶναι λόγος ἰνάντι. ἢ γὰρ αἰ ἰδιότητες. &c. quæ ita latinè explicantur, Omnia, inquit, existentia vel creata vel increta sunt. Si autem creata, igitur & mutabilia semper: quorum enim essentia a mutatione incæpit, scilicet ex non esse in esse, hæc eadem & mutationi obnoxia sunt, vel corruptibilia

bilia, vel ex voluntate a' terabilia. Si autem in-
 creata, secundum consequentiam sermonis sunt, &
 omnino immutabilia. Quorum enim essentia con-
 traria, erit & tractatio contraria, ergo & propri-
 tates. Et statim subiungit, Quis igitur non
 consentiat omnia entia, quæ vestro sensui subiaceant;
 imò & Angelos, & mutari & alterari, multi-
 pliciterque moueri atque transmutari. Intellectua-
 lia quidem dico Angelos, demonas, animas, se-
 cundum voluntatis delectum, & eam promotionem
 quæ in bono fita est, aut discessionem à bono, &
 intensionem quidem aut remissionem: reliqua vero secun-
 dum ortum & interitum, augmentum & decre-
 mentum, secundum qualitatem, mutationem, loca-
 lemque motum. Mutabilia sunt igitur entia
 omnino quæ creata sunt: creata autem
 sunt quæ ab aliquo opifice sunt con-
 dita: oportet autem opificem ipsum
 increatum esse. nam si ipse creatus, ab
 aliquo omnino ut sit creatus oportet: ut
 eo usque procedemus dum quippiam
 occurrat increatum. Et postea concludit,
 ἀνεκτίτος ὁ θεὸς οὐκ ἐκτιτίζεται, ἢ ἀνεκτίτος ἐστὶν
 ὁ θεὸς ὁ θεὸς ὁ θεὸς ἢ θεός. id est, Cum igitur
 omnino increatus sit rerum omnium opifex, erit
 & immutabilis. hoc autem quid aliud est quam
 Deus. Nam ut scribit D. Iacobus Epistolæ
 c. 1. c. vers. 17. Deus lucem, hoc est formam
 & essentiam, rebus dat, & ipse non mutatur

nec

nec
 bent
 ἀνω
 πρὸ
 id est
 Etum
 quem
 vel ob
 loci
 Deu
 sum,
 Sop
 molit
 sum,
 adeo
 dom
 stati
 Est e
 nus
 rum
 in D
 Pau
 & se
 qui f
 mille
 qui i
 est &
 bitu
 min

nec alteratur. Sic enim eius verba se habent, *πᾶσα δόσις ἀγαθὴ, καὶ πᾶρ δόριμα τέλειον ἀνωτέρω ἐστίν, καὶ ταβαίνον ἐπὶ τῷ πατρὸς τῶν φώτων, παρ' ὧν ἐν ἐστὶ παραμάχῃ, ἢ τροπῆς ἀποσύνιασμα.*
 id est, *Omnis dat bona, & omne donum perfectum descendit de sursum à patre luminum, apud quem non est alteratio v. l. mutationis obumbratio v. l. obscuritas.* Idcirco in plerisque scripture locis antiqui, & noui fœderis, semper Deus, cùm se Deum esse declarat, ait, *Ego sum*, simpliciter, Genes. 4. a. Esaiæ 43. D. Sophoniæ 2. e. Et Matthæi 14. c. *Ego sum*, *molite timere.* & alibi. Et fuit hæc vox, *Ego sum*, quæ terruit, D. Ioannis 18. b. vsque adeo Iudæorum cateruam, quæ vt caperet dominum nostrum *I E S U M* venerat, vt statim ceciderint retrorsum ea audita. Est enim verè, *qui est*, essentialium Dominus: & cum excedat hominum, & essentialium mentem, in comprehensibile ens, & in Deo solum, *est*, considerari docet D. Paulus 2. Episto. ad Corinth c. 2. d. vers. 18, & seq. *fideli*, inquit, *Deus*, quia sermo noster qui fit apud vos non est in illo, est & non: sed, est in illo. Est, Dei enim filius *I E S U S C H R I S T U S*, qui in vobis per nos predicatus est, non fait in illo est & non, sed in illo est, &c. Et expressè scribitur Sapient. c. 13. a. vers. 1. *vani sunt homines, in quibus non subsist scientia Dei, & de*

his quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum qui est, nec operibus attendentes agnoverunt quis esset artifex. nota ibi duo: vnum, opera bona, per se bonitatem Dei ostendere & Deum: deinc Deum dici EST. Et si forsan paganis & allophilis à lege Dei hoc videatur nouum, audiant ex suis Proclum theoremate 123. dicentem. *Ens primum propter substantialem suam vnitatem, incognoscibile est & indicibile, omnibus simul secundum: neque enim opinabile, neq; intelligibile est Ens diuinum & primum, imò penitus est ignotum, cum prorsus causam non habeat. Et cum omnia ab eo creata sint, bona autem omnia creata, author boni totius, & bonitas ipsa illa essentia & vnum dicetur.* Sic Plato lib. 15. in Sophista, vel de Ente eorum sententiam improbat, qui vel esse plura entia dicebant, vel ens ipsum principium statuiebant: ostenditque, nec à multitudine, nec ab vno ente principium entium capi oportere, sed ab ipso vno. Quod ideo facit, quia ad vnũ & solũ omnia referat. Et lib. 10. in Philæbo, siue de summo homi. bono, dixit, ex vno & multis constare ea quæ semper esse dicuntur, nempe naturam & finem & infinitudinem habere in seipsis generatam. Et iterum lib. 32. in Timæo, siue de generatione mundi, causam omnium existentium Deum esse scribit.

Mundum,

M
aut
bi
po
vn
fier
Le
& c
tur
qu
cau
ess
bon
illi
vol
& c
gen
se,
rat
per
bile
qu
vò
ticu
& p
refl
Re
lib.
go

Mundum, inquit, factum esse oportet. oportet autem quod fit, ab aliqua causa fieri: impossibile enim prorsus est aliquid fieri sine causa. Et post hæc, Creatorem, inquit, atque opificem vniuersi nec inueniri facile, nec si inuenerimus fieri potest ut omnibus explicemus. & lib. 10. de Legibus reprehendens eos qui res factas, & quæ fiunt, futuræve sunt naturâ siue fortuna dixerunt euenire, dicit à Deo mentèque omnia fieri, esseque. sed & in Timæo, causam & agentem & finalem boni, & essentiæ ponit Deum. Qui condidit, inquit, bonus erat. bono nullius rei inuidia esse poterat. Illius igitur expers, quam similitima sibi omnia esse voluit. Et iterum τὸ τὸ ὄν ἀεί, γένεσις δὲ ἢ ἐξ ὄν, &c. id est, quid est illud quod est semper, nec generationem habet: quid contra, quod semper fit, neque tamen fit vnquam: nempe illud cum ratione & intellectu percipitur, eodem modo semper existens. Hoc autem irrationali sensu est opinabile cum fiat & dispercat, verè autem sit nunquam. Et addit, ταῦτα γὰρ πάντα μέγας χρόνος, τὸ ἦν, καὶ ἔσται. &c. id est, illa qua dicimus particularia temporis, erat, erit, minutie quadam & particula temporis sunt, qua imprudentes non rectè diuina & eterna substantiæ tribuimus. Refert & hæc contra gentes Theodoritus, lib. 2. de curatio. Græca. affectio. & Gregorius Theologus sermone de Christi

natiuitate. Quod enim est semper, omni generatione est superius. vocat & Homerus Deos semper existentes, & ideo immutabiles, Odyſſea 4. ver. 146. dum ait, *ὄχι γὰρ τ' ἄνψα θεῶν τρέπεται νόος, αἰὲν ἔόντων.* Non enim statim mutatur mens d'orum semper existentium. Et idem Plato in libro Ciuili, & alibi eadem repetens, ipsum Deum exemplar & causam totius essentiaē probat. hunc secutus Speusippus libro de Diffinitionib. Platoniciſ. *Deus*, inquit, *est viuens, immortale, per se ipsum ad beatitudinem sufficiens, essentia sempiterna, ipsius boni causa, radix omnium, & essentia fons suae patris.* Sed ante eos extat Mercurij Trimegistri de ente & Deo sententia preclara. is enim in Pimandro, c. 2. sermone vniuers. ad Æsculapium, *Deus atque ipsa diuinitas*, inquit, *dico nunc, non quod genitum, videlicet quia ingenitum. si ergo diuinum sit, essentia est, si Deus etiam super essentiam.* Et sermone 4. nihil in corporibus est quod ipse non sit: omnia enim ipse solus existit, nomina in super habet omnia, quoniam *verus est pater.* nomen quoque nullum habet, quoniam pater est omnium. Et rursus sermo. 10 & 11. Deum omnia esse absolute & causam omnium primam, constanter asserit & demonstrat. Sed & Orpheus in *ποιήμασι τῶν κατὰ τὴν ἱερόν λόγον ἀντὶ τοῦ λεγομένου*

omni
ome-
o im-
it, &
Non
exi-
ili, &
xem-
obab.
ffini-
iuens,
suffi-
radix
ante
ente
man-
ium,
nunc,
itum.
etiam
corpo-
solu
oniam
habet,
ermo.
tè &
anter
us ip
yomé-
yur,

omni, siue in carminibus de verbo sacro,
sic ait.

*Vnus perfectus Deus est, qui cuncta creauit,
Cuncta fouens, atque ipse ferens super omnia
sefe.*

*Qui capitur mente tantum, qui mente videtur,
Qui nullumque malum mortalibus inuehit
vquam:*

Quo præter non est alius. & cætera quæ
sequuntur. Quorum etiam meminit Euse-
bius Phamphil. lib. 13. de præparat. Euan-
gel. c. 7. Sibylla etiã, vt habetur lib. 1. Sibyll.
oraculorum, sic scribit.

*Εἷς θεὸς ἔστι, βροχὰς, ἀνέμους, σεισμὸς ἐπιπέμπων,
ἀστρονομίαν καὶ νόμους, κρύσταλλα. τί δὲ καὶ ἐπὶ ἐξουσιῶν
ἔργων ἠγχιταί, γαίης κρατῆρ, ἀντὶς ὑπάρχει, inquit.*

*Vnus qui pluuias mittit, motusque, Notusque
Est Deus, atque fames, pestes, tristis que do-
lores,*

*Atque nives, glaciem. Sed quorsum singula
pando?*

Imperat & cælis & terra præsidet, ipse est.

Rursum Sibylla eodẽ lib. 1. oraculorum
exprimit sequentibus versibus & Dei hoc
nomẽ, & quod sit ens: & postea explicat il-
lud, ænigmate subiuncto de Dei nomine, q̃
ei vim refert. subijciẽ in primis Sibyllina

verba & ænigma, demum quid de hoc alij dubitarunt, & quid intelligant.

ἐμὶ δ' ἐγὼ ὁ ὄν, σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ σῆσι νόσον.
 ὀυρανὸν ἐνδέδυμαι, περιβέβλημαι δὲ δάλασσαν.
 γαῖα δὲ μοὶ τρίγυμα ποδῶν περὶ σῶμα κέχυται.
 ἀήρ δ', ἢ δ' ἄσπερον με χορὸς περιδέδωκε πάντα.
 ἐννεα γράμματ' ἔχω, τετρασύλλαβος εἰμὶ, νόσει μὲν
 αἰλοῖπαι δὲ τὰ λοιπὰ, καὶ εἰσὶν ἄφωνα τὰ πέντε.
 τῶ πάντος δέξιδ' ἡμῶν ἑκατοντάδες εἰσὶ δὲς ὀκτώ,
 ἡγεὶ τρεῖς τρεῖς δεκάδες, σὺ γ' ἑπτά· γυνὸς δὲ τίς ἐστὶ,
 ἢν ἀμύνητ' ἔσθ' ἑὸν θεῖον παρ' ἑμοίγε σοφίης.

Quæ sic latine sonant.

Porro ego sū quisum, memori quod mēte teneto:
 Cælum v'stitum præbet mihi, pontus amictum,
 Terra mihi fulciturque pedes & corpus amicit:
 Aër astrorumque chorus me circum omnem.
 Sunt Elementa nouem mihi, sum tetrasylla-
 bus autem.

Percipe me, primæ tres syllabæ efficiuntur
 Ex binis omnes elementis: cætera restant
 In reliquis, quorum sunt non vocalia q̄ inque.
 Totius numeri, bis sunt, hecatontades octo,
 Et tres ter decades cum septem, si scieris me
 Non te, quæ potior sapientia dia latebit.

Quæ omnia plana sunt, ænigmate ex-
 cepto: in cuius explicatione scio pluri-
 mos laborasse, cū nequirent proferre
 aliquod

ἄνιγμα
 περὶ τῶ
 ὀνόματ'
 τῶ θεῶ

Ænigma
 de nomine
 Dei.

aliquod
 vel
 nati
 & H
 pro
 fuiss
 cata
 Bab
 se. C
 tatio
 aliq
 rum
 sylla
 num
 esse
 prof
 sanct
 rius
 quæ
 à qu
 & m
 Gra
 prof
 nom
 cept
 in d
 rabil
 φασ
 vt ap

aliquod conueniens numeris nomen Dei,
 vel Græcum, aut Hebraicum. de vtraque
 namque dubitari potest lingua, eo quòd
 & Hebræa fuerit illa Sibylla quæ carmina
 protulit, cum scribat ipsa, l. 1. & 3. Oraculorū,
 fuisse se nulum Noachi, in arcæque cū eo
 cataclismi tēpore, & euasisse ex diluuiō, &
 Babylonē profectā, & in Græcia vaticinas-
 se. Quare & Sebastianus Castalio in anno-
 tationibus in Sibyllam, cum nomen Dei
 aliquod non posset inuenire, nomen litera-
 rum, quarum secundum literarum &
 syllabarum præscriptionem Sybilliacam
 numerus esset. 1711 cūque impeditus
 esset vocalib⁹ nōnullis Hebræorū, ingenuè
 professus est, se nescire. Et certè tutius &
 sanctius, quàm vnus nostri tēporis Gohor-
 rius, qui in opusculo de notis inscripto
 quædam de Musis comminiscitur nouem
 à quibus longè abfuit Sibyllæ mens. Sed
 & multum laborauit Ioannes Hartungus,
 Græcæ linguæ in academia Friburgensi
 professor publicus: qui tandem acceptum
 nomen, quod esset à Ioan. Brentio præ-
 ceptore suo edoctus, nobis cōmunicauit
 in decuria locorum quorundam memo-
 rabilium, c. 5. aitque eum esse nomen Dei
 φασφέρ, de quo Sibylla loquitur. Quod
 vt appareat clarius, nomen & numerum

sic disposito.

lit. val. summa. lit. val. summa

φ 500	}	771	}	φ 500	}	940	
α 1				ο 70			
ο 70				ρ 100			
σ 200				σ 70			
				σ 200			
Summa omnium ex			}	771	}	940	est 1711

Bis octo hecatonades faciunt 1600
 tertres decades 90. terseptem 21. sum-
 ma 1711. nouem literæ, quatuor syllaba

9 Sic enim collige $\left. \begin{array}{r} 1600 \\ 90 \\ 21 \end{array} \right\} 1711.$

Dicitur autem Phosphoros, quasi ferens
 lucem, Lucifer: qui enim essentiam dat re-
 bus, in lucem res quæ non erant produci
 vt appareant & videantur. Quod & pro-
 prium Dei nomen esse constat ex cap. 1
 Euangelij D. Ioannis: loquens enim de
 Deo sic ait, πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, ἡγεῖ αὐτῶν
 αὐτῶ ἐγένετο ἵδι ἰπὸ γέγονεν. ἐν αὐτῶ ζωὴ ἦν, ἡγεῖ
 ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων. &c. id est, Omnia
 per Deum facta sunt, & sine ipso nihil est con-
 que sunt: in ipso vita erat, & vita erat lu-
 ceminum. &c. Eò pertinent illa, Quia lux vera

in mundum, Ioannis 3. c. & dum CHRISTVS
Dominus ait, Ego sum lux mundi, Ioannis 8.
b. & c. 9. a. & Habitantibus in regione umbræ
mortis, lux orta est illis, Isaia c. 9. Et rursum
c. 49. Dedi te in lucem gentium. & c. 60. d. Erit
Dominus in lucem sempiternam. Extat & locus
proprius apud Diuum Petrum Episto. 2.
c. 1. d. vbi hoc nomen Dei Phosphoros
est, τῷ καλῶς ποιῆσαι προσέχοντες, ὡς λυχνῶ
φαίνοντι ἐν ἀνοσχυρῇ τόπῳ ἕως ἧμέρα διασπάσῃ,
ἢ φροσφῶρ ἀνατέλλῃ ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν.
id est, Cui bene facitis attendentes, quasi lucernæ
lucenti in loco caliginoso, donec dies elucescat, &
Lucifer Phosphoros oriatur in cordibus vestris.
Sed & Hippocrates lib. de Fœminea na-
tura, numen diuinum in rebus omnibus
humanis, causam potissimam esse fateretur.
hoc & Socrates lib. 4. Xenophon de dictis
& factis Socrat. nominatim subiungens,
cum reliquis lucem etiam hominibus
creasse. Scribit & Galenus lib. 9. de decretis
Hippocratis, & Plato. ab illa summa rerum
omnium causa & essentia, à Deo omnium
potentissimo, sapientissimoque, creatam
vniuersam mundi molem, vimque quan-
dam esse in mundo hominibus sapien-
tia & potentia meliorem. Deumque
totius, tamque pulchræ naturæ homi-
nis opificem, admirandum in operibus.
quod

quod & dicebat Socrates, vt scribit Xenophon. lib. 4. de eius factis. Aristoteles pariter lib. 1. Metaphys. c. 2. Deum causam omnibus esse dixit, & quoddam principium. Et hæc de ente dicta sufficiant, quæ forsitan longiore tractatu lectorem fatigabunt, sed oportuit hæc dici paulò latius, quia Deus & ens in cæteris principijs, præbent etiam finitionibus genus, de quo amplius non repetetur disputatio.

Quod bonitas sit essentia rerum à veritate existente Deo procedens. CAP. III.

I DOCEAMUS nunc hoc ens, nempe Deum, bonitati omni conuenire, & esse Deum puram bonitatem, & ex eo ente originem boni, quòd in eo sint, vt loquar cum Græcis ἀγαθὸν ἀγαθίδος, id est, bonorum gloriæ, bonorum cumuli, bonorum myrmecia, bonorum mare. Sed in hoc variarunt & errarunt Ethnici sapientes. nam Plato vniuersalem quandam finxit ideam boni: Pythagorici ipsum vnum & Deum in bonorum serie, non origine posuerunt: Aristoteles autem, vt ferè in omnibus arduis rebus habet nasum cereū, & ad vtrumque contortum, vtrumque im-

probat

Xeno- probat lib. 1. Ethicorum ad Nicomach.
 les pa- cap. 6. nihil tamen resoluit: diuersa cum
 sam o- tamen bona sint, alia per se, alia propter
 ipium illa: oportet & diuersas esse origines boni.
 æ for- Et paulò post causam suæ ignorantiaë &
 gabūt dubitationis explicat his verbis, *Constat*
 e, quia enim, *& si est aliquod vnum bonum, quod com-*
 rabent muniter predicetur, aut separatim quid ipsum per
 mplius se, non tamen aut agi aut acquiri ab homine posse:
 nunc autem tale queritur. Verum nos Dei
 cognitionem habentes non id dubitamus,
 sed & ipsum bonum & creatorem dici-
 mus, & conseruatorem omnium. Et ita &
 ipsum bonum commune sine quo nihil. Et
 vt capite præcedente dissidentes proprijs
 telis confecimus, nunc & eodem or-
 dine hæc ostendam, annotato prius bo-
 bonitatem esse in essentia rerum, non va-
 cuū quoddam. In primis igitur omnibus 2
 communis vera est sententia, omnia quæ
 sunt, vel bona, vel mala esse: bona esse per
 se appetenda, mala fugienda, vt scribit
 Aristoteles lib. 8. Ethicorum, ad Nicoma-
 chum. c. 5. Appetenda autem vel per se, vt
 quia iucunda pulchræue, vel ratione alte-
 rius, vt quia vtilia & iucunda ex his pro-
 ueniunt: sicuti bona mercatura, & labor,
 propter utilitatem quæstus, vel propter
 honorem, vt scribit Plato dialogo 2. de
 Repu

Republic. Nullus enim est, quin naturaliter ea non persequatur, ut etiam videmus nobis esse natura inditum: argumento animalium & puerorum, qui quæ sibi placent desiderant, appetunt: & ab ijs quibus terrentur & dolent, abhorrent. Quamobrem & quæ maius bonum exhibent, naturaliter præponuntur vel præponi debent his quæ minoris boni sunt. Sic maior utilitas minori præponitur: ut ab equo fenum, palea, & auena, fæno. Homo pariter inter negotia eligit quod melius sibi videtur: bono namque melius est, verum facta collatione. Nam quod melius est, & bonum est: sed maius non sui ratione, sed alterius, ut etiam philosophatur Ulpianus Jurisconf. in l. ubi autem non appareat l. 7 § de ver. ob. lib. 45. §. tit. 1. cū resoluit qualitatem tantam bonitatis generis, vel speciei vitiatam tanquam incertam stipulationem. Consideratur namque rerum diuersa bonitas in mutuis potissimum restituendis, in quibus æquè bonum reddendum, ut scribit Pomponius in l. cum quid, l. 3. de reb. cred. lib. 12. §. tit. 1. Docet & id longa sermone Max. Tyrius sermone 23. & 24. in utramque partem disputans, num bonum melius reperiri possit. Constatque rerum bonitates, vel ratione interioris boni, scilicet

cet
cet f
meli
meli
D. C
verb
coni
men
adul
lum.
recla
est a
bus,
Philo
rore
eoru
ideò
vnu
trans
rum
nem
bant.
glob
prop
tate
cipen
iora
res i
vnu

cet ratione substantiæ, vel exterioris scilicet functionis, vel vsus differre. Namque melius esse, est bonum maius. Et vt bono melius reperitur, ita malo peius; vt docet D. Chrysoftomus tomo 1. homilia 3. de verbis Iesaiæ. *vidi Dominam*. Sic bonum coniugij est, melior virginitas, bonum tamen vtrumque. Malum & furtum, sed adulterium peius, & tamen vtrumque malum. Quo fit vt peccata non sint æqualia: reclamant etsi Stoici, qui id asserebant vt est author Cicero in Paradoxis, & 2. de Fibus, Diogenesque Laerrius lib. 7. de vit. Philosoph. in Zenone. Quorum certè errorem ego maximè improbo, & ridiculas eorum rationes duco, nempe quòd putent ideò illud verum, quòd malum semper vnum sit: & quòd siue plus siue minus transfiliat quis lineam, æquè transfilijsse verum sit. Quæ tamen concessa, definitionem, quòd peccata sint æqualia, non probant. Nam & mundus vnus est, globus & globulus cum sphaera, vnus est figuræ & proportione geometrica æqualis: at quantitate quis non videat maius & minus recipere? Et bona diuersa, aliaque alijs maiora: quis negabit maius bonum esse plures iuuari, quàm vnum? & plures quidem vnum bonum faciunt, sed maius: nam si

iuua

iuuari hunc seorsum, & tantum illum, & alterum, bonum sit, nonne simul plures iuuari maius erit, quàm vnum tantum? Quòd si in bonis intentio bonitatis inuenitur, & remissio necessariò & in malis inuenietur. Cùm enim malum sit boni priuatio, priuatio maioris boni, peccatum erit maius priuatione quæ est minoris mali: priuatio enim ad habitum refertur. Nec sola transitio lineæ boni malum facit, sed extinctio boni, vt diximus: vnde quanto plus ex bono extinguitur, tanto amplius delictum est grauius, vindicta q; debet esse grauior, vt loco medicinæ & pharmaci æquetur vulneri & delicto. Sic in Deuter. 25. a. vers. 3. *pro mensura peccati, erit plagarum modus.* Talis sententia Dei, Apocalyp. 18. b. vers. 7. *quantum glorificauit se, & in delitiis fuit, tantum date illi tormentum & luctum.* Obseruant & hoc leges, Marcellus l. respiciendum, lib. 15. m. tit. 19. de pœn. obseruatis adhuc quibusdam quæ crimina grauiora reddunt, quæ ponit Claudianus l. aut facta, l. 16. cum similib à glossa notatis eodem tit. de pœn. Et maiorem & minorem perpendit etiam iniuriam ex maiore iniquitate Aristotel. 41. Rhetoric. ad Theod. c. 14. *Quid autem sit melius ita regula hac accipe. Melius ratione alterius cùm dicatur, vel sui ipsius causa,*

cau
illu
ad
pia
exn
bon
cur
qua
afce
gra
tem
non
sup
om
mel
mag
sup
est
dun
rē p
uia
à wa
dōges
diac
conf
conf
non
aper
elig

causa, & ratione alterius considerationis, illud est, quod habet tantum boni ac illud ad quod fit collatio, & ultra id, aliud quippiam, ratione cuius dicitur melius: & si exmie excedat, optimum erit, id est, magis bonum, ut in scala subiectorum licet percurrere ab instrumento incipiendo tanquam à minori bono, usque ad Deum ascendendo, quod summum bonum: quia gradus ultra non datur. Infra Deum autem bonitatis plures gradus, in quibus non potest dici summum bonum, eo quod supra aliquid sit, nempe Deus, in quo omnes boni gradus sunt, & ultra, plura meliora quam in inferioribus. Ideo quia magis apparet & potius eligi debet. Nam superioribus alia hæc regula ex Isocrate est colligenda in oratio. 14. in Archidamo dum sic scribit, *δυσὶν προκειμένοις ἀγαθοῖν, καὶ τῷ μὲν ὄντι προκείμενῳ, τῷ δὲ ἀγνωσμένῳ, ὡς ἐν ἄρ ποιῶσατε κατὰ γέλαστον, εἰ τὸ μὲν ὁμολογούμενον ἀποδοκιμάσασθε, τὸ δὲ ἄμφισβητούμενον ἐλέδαται δόξαεν ὑμῖν, ἄλλως τε καὶ τῷ ἀίρεσι* & τοῦτο διαφερῶς, id est, *Ducibus itaque bonis ante conspectum nostrum propositis, altero quidem conspicuo, altero obscuro vel ignorato nimum, qui non per ridiculum feceritis, si quod in confesso & aperto est reprobetis, ac id de quo controuersa est, eligere potius videamini, tam præsertim dissidente*

electione. Et Salomon Eccle. c. 36. c. vers. 20. *omnem escam mandacavit venter, & est cibus ei bo melior.* Quo fit vt error antiquorum ferè palpetur, qui summum bonum perquirentes in medio subiectorum, vel in medio itinere bonitatis hæserunt, nec vltra porrigentes oculos, ad fontem non potuerunt deduci.

Sic errauit Hieronymus ille, qui summum bonum in indolentia posuit: Carneades, qui prima naturæ esse sensit, sanitatem, robur, pulchritudinem & huiusmodi: Dinomachus & Callipho, qui voluptatè cum honestate: Diodorus, qui indolentiam cum honestate: Aristippus Epicurus, Democritus, Lucretius, qui voluptatem absolutè corporum summum bonum fecerunt, horumque sequaces Milesij, qui ob sobrietatem Hermodorum vrbe pepulerunt, virum clarissimum. Pariter lapsi Cynici, Sardanapalus, Heliogabalus, & huiusmodi ventris mancipia. Errarunt & Romani, qui in gloria, vel potius hominum superbia & laude, summum bonum posuerunt: verum non secus quàm Demosthenes summus alioquin orator, multum delectatus susurro mulierculæ, qui digito eum esse demonstrauit. Non enim tam bonus erat philosophus ac orator. Et vt

absol

absoluam, non diuitiæ, non potentatus potentiaue, non reliqua ex ijs composita, nec denique virtus ipsa sola per se summum bonum est. Summum enim id, quod alijs non indiget, perfectumque per se est, nec supra melius habet, dicitur. Illud autem solum & propriè Dei est: *θεῶν γὰρ ὁ βῆς, εἰς τὸ εἶναι δεῖς, ἰδεναι*, id est, *Indiget namque nullo Deo, si verè est ille Deus*, vt ait Hercules apud Euripidè, in Hercule furente, actu 5. versu 184. Et Deus solus sibi sufficiens, neque alterius amicitia vel ope indiget, vt ait Aristoteles lib. 2. Magno. Moral. c. 15. & lib. 7. Ethic. ad Eudemum. Qualia illa omnia, quæ summa dicunt, huiusmodi non sunt. Quamquam & virtutes & reliqua bona gradus boni sint, & media ad verè summum bonum, quod est Deus. Quæuis enim ea bona ad finem ducant, tamen ea finis nomine non sunt digna. Et sunt bona, alia finis, alia propter finem: & bonum finis solum propter se ipsum desideratur. Tale vnum tantum verè, nempe beatitudo, impropiè autem alia quæ terminum aliquem ratione alicuius ponunt, vt horror, venerandum, fruitio alicuius. bonum ad finem alterius ratione est, & ad aliud vbi locus electioni, vtili, lucro, vt scribit Plato in Hipparcho, & ibi Ficinus.

hæcque ad finē nos perducunt sua contē-
 platione, ordine & gradatim facta ad Deū,
 qui optimus maximusque est, & ideō ipsa
 bonitas est verè apud Deum, & in Deo,
 vt probat Cicero aduersus Democritum
 lib. 1. de Natura Deorum. Adde quod cum
 omnes antiqui fassi sint, summum rerum
 omnium esse Deum, & omnia & mundum
 ipsum eum regere, necesse est fateantur
 illo omnia egere qualiacunq; sint. Quod si
 illo egeant, id quod omnibus benefacit, &
 egentibus distribuit, melius est per se ijs,
 quæ alio egent, nec sufficiunt sibi. sum-
 mū igitur illud quod dat & vniuersale illo
 rū bonum rectè dicetur. Deus igitur infe-
 riora cōplectens, & iuuās entia bona, & su-
 pra se nihil aliud habens, summum erit bo-
 num, & fons bonorum: cum illius ope de-
 stituta, peritura sint. Sed & Aristoteles lib.
 9. Ethicor. cap. 4. expressè ait, habet nunc
 Deus summum bonum, sed est id quod est
 ipse. Sic Plato in Phædone & Theætero
 summum animæ bonum Dei similitudi-
 nem esse dixit, & integram diuini luminis
 consecutionē, qui in mentē primū, deinde
 in voluntatem descendit: illudque in men-
 te veritatem, in voluntate gaudiū dixit. in
 Philæb. vel de sūmo bono. Et ferè omnes
 philosophi, & poëtæ omnes, suos deos
 bonos

bonos esse dixerunt: quia Dei nomine illos dignabantur, cui bonitas intelligitur connexa. Sic Iphigenia loquitur apud Euripidem, in Iphigenia in Tauris, actu 2. vers. 155. Ἰδὲνὰ γὰρ οἶμαι θεῶν ἔσθαι κακίην.
Nullum Deum arbiuror esse malum.

Et Cicero lib. 3. de Natu. Deor. loquens de Dionysij Syracusarum tyranni sacrilegio qui iussit auferri mensas argenteas ex omnibus delubris suorum Deorum, vel idolorum, ait in his mensis inscriptum fuisse more veteris Græciæ, B O N O R V M D E O R V M, scilicet esse mensas: vnde Dionysius expilandi occasionem accepit, dicens, se velle vti eorum bonitate, quod bonorum proprium esse videretur iuuare mortales: quod & narrat Val. Maxim. lib. 1. c. 2. Istius moris Græciæ testis adhuc nobis esse potest Pausanias, qui lib. 1. siue in Archad. scribit in angustijs Megalopolitanorum, in via quæ ducit ad Helisfontem in læua eius viæ, boni Dei ædes esse. *Quod,* inquit, *si Di; hominibus bonorum authores sunt, Deorū verò supremus est iupiter, rectè quidem hoc Iouis proprium maxime cogn: m: n conijcere possis.*

Fuit etiam olim consuetudo, extremū poculum merū & non mixtum bibere, antequam mensæ conuiujs tollerentur: quod dicebant poculū ἀγαθὸς δαιμόνος, id est, boni dæ

ni dæmonis, quod, inquit Suidas in verbo *ἀγαθὸς δαίμωνος*, mori fuerit antiqui à cœna *serbere* merum hoc nomine. Subditque alios existimare primum poculum sic dici, sed discessuros conuiuas Iouis seruatoris nomine bibisse. Cur autem id fieret scribit notabiliter Teophrastus lib. de Ebrietate dū ait, vinum purum, quod in cœna dabatur, quod boni dæmonis appellant, esse potionem cuius perexiguam gustabant, veluti solo gustu in memoriam reuocantes vini ipsius vim: deinde numinis ipsius, scilicet dæmonis. nam impleri præbebant illud vt minimum esset haustum, tum tertio se flectentes in genua, ex mensa capiebant tanquam Deo supplicarent, ne quicquam agerent minus honestum, & ne in vehemens aliquod potus huius desiderium incidere, atque vt quod vile decorumque est, ex eo acciperent. Narrat & Philochorus lib. 2. Attidis, legitimum tum fuisse, vt post cibos vinum non mixtum ab omnibus gustaretur, quod & gustus gratia, & potentia ipsius boni dæmonis demonstrationis hauriebant, reliquum verò erat mistum: idcircoque effectum vt Nymphæ Dionysij nutrices fuerint nominatæ. Latius Athenæus lib. 15. Dipnosophi. c. 20. qui & hoc poculum boni dæmonis, etiam videtur vocare Iouis Saluatoris, & Dei. quasi diceret

poculum, quo bono, nempe Deo largito-
 ri vini, gratiæ agerentur. Nam & vt scribit
 Iulius Pollux lib. 1. Onomasti. c. 1. dicitur
 θεὸς καὶ θεοὶ καὶ δαίμονες, ὅτι γὰρ ὁ μῆρῳ δοκεῖ
 δαίμονας καλεῖν τὸς θεὸς. καὶ πλάσῳ δὲ τὸν τῆς
 παντὸς κυβερνήτην μέγιστον δαίμονα ὠνόμασεν.
 ἔπειθ' αὐτῆς αὐτῆς χρεῖας τὸ θεὸν καὶ τὸ δαιμόνιον.
 id est, Deus & dei dicuntur & dæmones.
 ita enim Homero placuit vocare dæmo-
 nas Deos, & Plato sanè gubernatorem
 omnium, magnum nominauit Dæmonem.
 Et eodem vsu diuinum & dæmonium di-
 cimus: quod etiam ferè semper vsurpatur
 ab Euripide & alijs. Et certè conuiuandi
 antiquorum mos suadet, vt certum sit bo-
 num dæmonem, & eius poculum de Deo
 intelligi; quia soliti erant prisca antiquita-
 tis conuiuæ forma hominum Deos inter
 conuiuas constituere, quibus ante & post
 pastū litabant & sacrificabant. Quādo nāq;
 præsentem Deos esse arbitrabantur: festiui-
 tates & ornatè & temperanter celebrabant:
 quare nec decumbere mos erat apud anti-
 quos, sed sedentes conuiuabantur, neque
 ad ebrietatem sanè vsque bibebant, sed
 quantum cupiebat animus: & vbi sacrifi-
 cassent domum quilibet suam repetebat.
 Et ita scribit Athenæus grauiissimus au-
 thor lib. 8. Dipnosoph. cap. 13. & lib. 4. cap.

24. vtramque solennitatem obseruasse antiquiores prudentes in conuiujs. Idque ex alijs etiam liquet authoribus. Sic & Homerus *Odyssea* 3. Gerenium equitem Nestorem conuiuium parantem inuitasse Minervam scribit, & simulachrum eius post sacrificium mensæ apposuisse, deinceps conuiuio facto rursus litasse. Et Plato liberatum, & Deo cantatum ex more fuisse in principio finisque conuiujs sui, ubi de Amore disputatum narrat lib. 25. in *Symposio*, siue dialogo conuiujs de Amore. Extat & Xenophontis testimonium, *Qui in conuiuio sublatu*, inquit, *mensis cum libassent cecinissentque, venit quidam Syracusanus, &c.* Docens morem illum à Philosophis seruatam. Vt testimonia gratitudinis in Deum, & si verum Deum ignorarent, & bonitatem eius, dona illi accepto referrent. Quod certe eo lubentius scribo, vt reprehendam Christianos aliquos, qui cum maioris beneficij & maioris boni participes facti fuerint, cumque summa Dei bonitate Deum verum agnouerint, vsque adeo ingrati, & Ethnicis benefico animo inferiores sunt, vt ferè eorum maior pars porcorum more ad conuiuia accedant, illincque tollantur vino madidi, ventre crepante, ad Venerem proni, vt verè dicas Epicuri de grege porcos, contem

contemptentes & omnem ecclesiasticam disciplinam, & Deum ipsum omnemque sanctam Christianorum antiquam legem, qua id iubetur. Sic enim legimus apud Basilium Magnum in epistol. illa, ad Gregorium Theologum missa, *ἐυχὰὶ πρὸ τροφῆς ἀξίως γενέσθωσαν τῷ τῷ θεῷ παροχῶν, ὧν δευῖν δίδωσι, καὶ ὧν πρὸς τὸ μέλλον ἐταμίενσαστο. ἐυχὰὶ μετὰ τροφῆν ἐυχὰρτίαν τῶν δεδομένων, ἔχουσαι καὶ αἰτησι τῶν ἐπιγγελλμένων, id est, Orationes ante cibum dignè fiant, eorum quæ Deus largitur tunc, & eorū quæ in futurum reposuit: habeant & orationes post cibum, gratiam agentes datorum & petitionē continentem promissorum. Cuius rationem reddit D. Chrysostomus, tomo 1. homilia de fide *Ἐπι*, inquit, *precatio, ubi gratiarum actio, ibi sancti spiritus accedit gratia, abiguntur demones, & omnis aduersaria potestas diffugit & abscedit. Qui se conuersurus est ad orandum, non audet quicquam absurdè loqui, nec in medio conuiuio, aut si locutus fuerit, mox respicit: proinde oportet tum in principio, tum in fine conuiuij gratias agere Deo, ob hanc precipue causam, quòd non facile prolabemur in ebrietatem, si nos ipsos in hanc consuetudinem instituerimus. Hæc & alia plura ibi de oratione ante & post pastum Chrysostomus. Et bonus ille Iob, metuens ne filij sui omisissent gratiarum actiones in conuiujs suis, illas pro filijs**

d 5

supple

supplebat, sic enim scribitur Iob. cap. 1. a. vers. 4. & 5. *Ibant filij eius & faciebant conuiuia per domos, unusquisque in die suo: & mittentes vocabant tres sorores suas vt comederent & biberent cum eis. Cūque in orbem transfissent dies conuiuij, mittebat ad eos Iob, & sanctificabat illos, consurgensque diluculo offerebat holocausta per singulos. Dicebat enim, ne forte peccauerint filij mei, & ne bene dixerint Deo in cordibus suis.* Sic Dominus noster **IESVS CHRISTVS**, cū cibum daret populo in deserto, gratias agens panes fregit, & dabat discipulis vt apponerent turbæ: & pisciculos quoque benedixit, & iussit apponi, Marci 8. a. vers. 6. & 7. Item Marci 6. D. Luca 9. 6. & alibi. Sic post cœnam Paschatis, conuiuijque Dei **CHRISTI** cum discipulis, annotarunt Euangelistæ hymnum dictum fuisse. *Et hymno, inquit, dicto exterrunt, Matthæi c. 26. c. vers. 30 & Marci 14. c. vers. 26.* Et ita Dominum cognouerunt discipuli dubitantes de resurrectione, in fractione panis. Nam statim vbi accubuit **CHRISTVS** cum discipulis rogatus accepit panem, benedixit, ac fregit, ac porrigebat eis. Luca 24. d. vers. 30. vnde colligimus semper dominum nostrum **IESVM CHRISTVM** antequam gustaret, solitum esse gratias agere patri Deo, vt nos illum imitare

imi
 mu
 mu
 do
 con
 Pau
 catis
 Vno
 uat
 riu
 larg
 este
 rian
 crue
 mer
 sigil
 con
 scrib
 Ad
 atque
 calce
 cubil
 exer
 Il
 Nec
 aute
 tion
 hoc
 bra

imitaremur. Cum enim Dei bonitate aliamur, cumque omnia bona ab ipso accipiamus, perpetuo etiã nobis beneficij gratitudo ante oculos esse debet cum perpetua commemoratione. *Sive enim*, inquit D. Paulus I. Corinth. c. 10. g. ver 31. *manducatis, sive bibitis, omnia in gloriam Dei facite.* Unde & Christiani primæ & bene observatæ disciplinæ, quia per crucis mysterium, & redemptionem, bonitatisque Dei largiorem largitionem consecutos nos esse cognouerant, in perpetuam rei memoriam, vsque ad posteros propagatam, crucis signo orationes & benedictiones mensæ & aliorum negotiorum, veluti sigillo regio quo dæmones maximè confunduntur consignabant. Sic enim scribit Tertulianus lib. de Coron. milit. *Ad omnem progressum ex consuetudine Ecclesia, atque promotum, ad exitum, ad vestitum, ad calceatum, ad lauacrum, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia, quæcunque nos conuersatio exercet, frontem crucis signaculo terimus.*

Ibi que notanter ad mensas fieri scribit. Neque quis putet velim, morem orandi ante & post mensam, & illam vini degustationem esse paganorum inuentum. Nam hoc erat populi antiquioris, nempe Hebræi solemne, à quo mutuati sunt Ethnici illud

illud quod dicebant poculum boni dæ-
 monis: gratias bono Deo agentes, sine
 nomine, eo quòd veri Dei nomen apud
 illos ignoraretur, & tantùm accepissent
 bono Deo fieri. Solemnia autem hæc quo
 modo peragerentur, in conuiujs potissi-
 mum festorum dierum apud Hebræos
 colligere possumus ex libro eorum qui
 inscribitur הלכות *hilcot*, id est, benedictio-
 nes. in quæ illud illis in more fuisse posi-
 tum constat. Et hodie inter Iudæos pater-
 familiâs, vel præstantior in mensa Iudæus,
 qui cum domesticis mensæ accumbit, po-
 culum vino plenum dextera tenens sic ora-
 re incipit oratiuncula ad Deum directâ,
 quam vocant קדוש *kadosc*, id est, sanctifica-
 tionē. ברוך אתה יהוה אלהינו מלך העולם. בורא פרי אגפן
barusc atha iehoua elohenz, melec
sagnolam bore peri agaphen. id est, Benedictus
 tu domine Deus noster, rex seculorum,
 creator fructus vitis. Qua oratione dictâ,
 prior vinum degustat, atque degustandum
 mox omnibus mensæ accumbentibus por-
 rigit: & statim eo factò, panem integrum
 quem non scissum esse oportet, vtraque
 manu tenendò, his verbis benedicit, ברוך
 אתה יהוה אלהינו מלך העולם המוציא
 אתנו לחם מן הארץ *barusc, atha iehoua elohenz melec*
hagnolam hamotzi lechen min haaretz; id est, be-
 nedi

ned
 duc
 lun
 qui
 quo
 inijs
 dieb
 tum
 de fi
 la.-כ
 שרה
 לתן.
 xadi
 gesce
 taio
 gnad
 fran
 dece
 digi
 qua
 qua
 Illa
 deca
 nanc
 cum
 quer
 agre
 illor
 fatæ

nedictus tu domine Deus noster, qui producis panem de terra. Quo dicto paululum de pane fracto edit, & simul omnibus qui mensæ assident buccellam distribuit: quo facto, reliquis epulis appositis, manus iniiciunt. Et hunc ritum festiuis tantum diebus obseruant: aliâs enim panem tantum & non poculum consecrant. Sicque de fractione panis apud illos hæc est regula. צדוך הבצע שיבצע בשת ידיו בעשר אצב. עותיו: ולמה בעשר אצבעותיו כנגד עשרה מצות הכהגות בתכונתעד תכו אליו רי לחן. *radic habotzeagn sceubat am bescthe iadaio begscer etzbe gnataio: velamoh begniscer esbegnataio cenaged gnasara mitzoth hanohagot, betboeth, gnad thebo lirai lechen.* id est, Oportet vt qui frangit frangat vtraque manu, atque cum decem digitis suis: cum decem, inquam digitis suis, respectu decem præceptorû, quæ obseruanda sunt in frumento antequam veniatur ad panis fractionem, &c. Illa autem præcepta sunt, lector, non ex decalogo, sed alia scriptura: vt non seminanda mixta semina, non arandum simul cum boue & asino, in messe aliqua relinquenda, non requirendas spicas oblitas in agro, & huiusmodi. Est etiam alia regula illorum, qua demonstratur efficacia præfata consecrationis in eorum libro, quæ ita

fe

אחד שמוגו כוס של ברכה אסוד
 להשיח דברים בשלים שאינן טעניין הברכה
 כי היין גורם לדברים הרבה שאינם חגונים
 שמכיאים לידי שטות ושברותו שממוקד כתיב
 ויין ישמה לבב אנושי שמה כתלשון שמתת:
 וגם כתוב שהיין משמה אלוהים ואנשום:
 רוב בני אדם אין שושן אותו מחמת צמא
 אלא מחמת חביבותו וחשיבותו ולפיכך מב-
 רכין על שינוי היין. *Achad scemaZe-*

gꝛ cōs sc̄al beraca asod lehassiah debarim be-
zslim sc̄cinan megnimian haberaca ci haiain go-
rem lidbarim harbe sceenan chaganim sc̄meccium:
lidi sc̄atyt uesthrst uestimamom decatib viiain ie-
scamach lebab. enosc: iescemach cat, lescon scema-
mach: vegam catyb sc̄ehaiain mes. amec cloim ve-
enascim: rob bene adam ein sc̄otin oto mechatat
txama ela mechomat chobibsto vechasibsto
& le picach miharcin gnal sc̄insi haijn, id est,
 Postquam miscuerunt calicem benedi-
 ctionis, prohibitum est fabulari, & vacare
 rebus otiosis, quæ non faciunt ad rem
 benedictionis: liquidem vinum occasi-
 onem præstat ad multa verba indecora,
 atque perducit ad dementiam & ebrieta-
 tem, & destitutionem mentis. Cum tamen
 scriptum sit, & vinum lætificet cor homi-
 nis. lætificet scribitur, quod est vocabulum
 desolationis. Scriptum est etiam quod
 vinum lætificat Deum & homines. Et

multi

multi sunt homines qui non bibunt ex
 fiti, sed magis ex voluptate & luxu. Atque
 ideo dicunt benedictionem pro vno quo-
 que poculo vini. Sed & post paltum
 anteaquam è mensa ad hymnum gratia-
 rum surgerent, idem qui prius accipiebat
 proculum rursus dextera manu, & boni
 Dei poculum sacrabat, gratias agens, &
 dices שאלו בשלנו ובשבנו חיינו *niba-
 rec sceacalens miscelo abetabo chajns*. Benedi-
 ctus, qui nos de suo pavit, & in cuius
 bono viuimus. Eadem respondentibus cæ-
 teris. Iterum dicit qui præest, ברוך אתה
 יהוה אל הינו מלך העולם בורא פרי הגפן.
*Ba rsc atha Ichoua elohcus melc hagnolam, bore pori
 agaphem*. Benedictus tu domine. Deus no-
 ster rex mundi, creator fructus vitis. Et
 ex consecrato poculo bibebat, môxque
 accumbentibus reliquis porrigebat. Et si
 quis velit adhuc antiquitatem istius san-
 ctissimi ritus certius habere institutum,
 legat c. 2 2 Luca b. vers. 4. & sequentib.
 ubi inueniet ad vnguem obseruatum esse
 à Christo, atque meliori conuiuio in illa
 gratiarum actione panem superælesté &
 corpus suum nobis edendum bonitate sua
 ineffabili donasse, & in principio eius syna-
 xeos quidem, morem comuné imitatus
 gratias agendi; sed postea ultra sacramen-
 tum

tum corporis sui iam instituit benedicendo verbis conceptis, HOC EST CORPUS MEVM, quibusque dictis, transubstantiatio substantię panis in sanguinem & corpus verum & reale, quod pro nobis cruci affixum est, facta est, remanentibus accidentibus visibilibus panis & vini. Bis itaque ibi inuenies Dominum poculum accepisse in initio conuiuij & fine: sic enim scribitur.

14 *Et cum facta fuisset hora discubuit, & duodecim Apostoli cum eo, & ait illis:*

15 *Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar.*

16 *Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei.*

17 *Et accepto calice gratias egit, & dixit, Accipite & diuidite inter vos.*

18 *Dico enim vobis quod non bibam de generatione vitis, donec regnum Dei veniat.*

19 *Et accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit eis dicens, HOC EST CORPUS MEVM, quod pro vobis datur, hoc facite in meam commemorationem.*

20 *Similiter & calicem postquam cœnauit dicens, HIC EST CALIX, NOVVM TESTAMENTVM, IN SANGVINE MEO, QUI PRO VOBIS FVNDETVR.*

Et

Et in
bat v
Apo
gari
trans
bat,
nem,
c. 24
nis e
poste
Pign
noltr
tibus
Scrip
mnes
pus C
r6.&
ment
tur, q
gari
omni
pus
lingu
bis C
briet
facie
do, &
bean
amo

Et in hac vltima fractione panis, quæ fiebat verbis conceptis, quibus ipse iussit Apostolis vt similiter facerent, non in vulgari Iudæorum benedictione, quæ nihil transmutabat, nihilque diuinum porrigebat, sed tantum habebat gratiarum actionem, cognouerunt discipuli dominum. Luc. c. 24. e. versu 30. Et in hac fractione panis erant discipuli & Apostoli CHRISTI postea perseuerantes. Actuum 2. g. ver. 40. Pignus namque hoc præcipuum est fidei nostræ, & corpus CHRISTI in accidentibus panis, post consecrationem, verè est. Scriptum namque est nos manducare omnes de vno pane: quia vnum tantum corpus CHRISTI. I. Corinthior. 10. d. vers. 16. & 17. Et semper cum de hac fractione mentio fit, semper panis in singulari ponitur, quod non fieret si tantum de pane vulgari benedictio censeretur. Nam vnus omni ecclesiæ non sufficit vulgaris: corpus tamen Dei omnibus æque & vnum singulis distribuitur. Ex quibus certè nobis Christianis maior reuerentia, & sobrietas, & gratiarum actio bonitatis Dei facienda relinquitur: vtpotè quia bibendo, & conuiuando repetere memoria debeamus, quomodo bonitatis diuinæ, amor in genus humanum proprio filio

c pro

pro nobis non pepercit, sed morti tradidit illum; qui que nec se contulisse satis in nos beneficij putauit, mortem pro nobis oppetens, nisi etiam seipsum nobis in cibum daret. Et in ecclesia primitiua florente ac viridi, mos antiquis propter sacramenti huius tractationem, panem & vinum vulgarem etiam reuerēter tractare. Quod liquet ex Tertulliano, lib. de Corona militis. *Calicis aut panis etiam nostri, inquit, aliquid decuti in terram anxie patimur.* Bonitas hæc ineffabilis Dei, qui nobis cum filio omnia simul donauit, vt scribit D. Paulus epistola ad Romanos, cap. 8. f. vers. 32. Et verè non est bonum quod Deus non det, vt scribit Plato in Euthyphrone, vel de sanctitate. Fuit & olim etiam philosophia Ægyptiaca, quæ duplex bonum dixerit, vnum super essentiam, aliud secundum essentiam. Essentiam dicendo esse deorum omnium proprietate, ipsum verò bonum super essentiam, boni essentialis principium, & per consequens fontem & causam, vt scribit Iamblichus lib. de Mysterijs Ægyptiorum, Quod etiam significauit Proclus, dum theoremate scribit, proprietatem diuinam distinxisse vnitates & bonitates deorum. *Neque enim inquit, deorum omnes existentia æquantur*

vero
lenti
boni
refer
Quo
rem d
ratio
absol
cam
bitra
quæ
bit id
Sed n
Deus
omni
pagit
rareh
illud d
supere
substit
causa
munio
eorum
Omni
ex sup
nan: è
Diuin
gregar
Deus
vero

traditi- vero Deo. Erant & Philosophi olim, excel-
 lentes in Iudæorū, Esai dicti, qui omnia
 nobis bona ad Deum firmissimis opinionibus
 in ci- referebant, vt scribit Philo Iudæus lib.
 floren- Quod probus omnis sit liber. Quamob-
 tram rem & fuerunt plerique, qui non absque
 vinum ratione bonitatem, omnium existentium
 Quod absolute potissimam causam dixerunt,
 a mili- eamque esse illum fontem in paradiso ar-
 aliqui bitrati, ex quo quatuor flumina exhibant,
 as hæc quæ totam faciem terræ irrigabant, vt scri-
 omnia bit idem Plato lib. 1. legis Allegoriarum.
 pistola Sed melius interpretes sacri, bonitatem,
 t vere Deum ipsum nominarunt, & ea bonitate
 et, vt omnia creata. In primis D. Dionysius Areo-
 et fan- pagita eximius senator lib. de cælesti Hie-
 sophia rarch. cap. 4. sic ait: *Primum simul omnium*
 i xerit *illud dicere oportet verum, vt bonitate essentiali.*
 andun *superessentialis diuinitas, eorum que sunt essentias*
 lle ex *substituens, ad esse adduxit: St enim hoc diuinum,*
 ipsum *causa & super omnia, bonitatis proprium, ad com-*
 essen- *munionem suam ea que sunt vocare, vt vni. uique*
 equens *eorum que sunt ex propria diffinitur analogia.*
 olichus *Omnia igitur que sunt, parti ipsant procedunt am,*
 od etiã *ex superessentiali & causa ipsa diuinitate ma-*
 ate 133. *nan: e. Et iterum lib. de Diuin. nominib. c. 2.*
 in xille *Diuina tota substantia per se ipsam est bonitas se-*
 que enim *gregans & exprimens, & nemo bonus nisi solus*
 untur vni *Deus. vt etiam testimonium adest ipsius*

veritatis. Matthæi 19. cap. 17. Marci 10. b. vers. 17. Lucæ 18. d. vers. 18. Quomodo autem ipsa bonitas omnium fons & causa sit, rursus idem D. Dionysius exprimit eod. lib. de Diuinis nominib. c. 4. *Omnia quæ sunt, inquit, ab ipsa bonitate perseverantiam habent & firmitatem, inde continentur custodiunturq; & domicilium illuc habent, bonitatem ipsam amantes: & ut sint bonæque sint, inde sibi vendicant.* Hac constant superiores cælorum ordines, purgationes, illustrationesque angelicæ, & perfectionis consummationes: hinc animæ animalium, plantarum, & materiæ ipsius bonitas: item Solis & stellarum præstantia, & bonitas, & pulchritudo, cum & bonum æquè dicat ac pulchrum & amabile, & desiderabile. bonitas ad se conuertit omnia, primaque ipsa bonitas, dispersa omnia congregat, tanquã & unitatis principium, & viuifica Deitas: atq; hûc omnia cõtinentiã, tanquã finem appetunt. Addamus Athanasij Magni subscriptionem, qui lib. de Humanitate verbi, *Deus, inquit, bonus est, vel potius fons bonitatis: bonus autem nullius rei inuidia tangitur, vnde nulli essentiam inuidens ex non entibus vniuersa creauit per suum verbum, DOMINVM NOSTRVM IESVM CHRISTVM.* Et D. Cyrillus Alexandrinus lib. 21. contra

Iulia

Iulia
Deu
nen
sufe
est I
pote
Mar
ægor
eivae
rd de
mã ev
mum
ni esse
Porr
fit, a
aut
lib. t
merc
eximi
accip
fufci
bis, q
lem,
mina
solu
com
quit
lent,
Scien

Julianum, cum Hermete in Asclepio ait, Deum solam, vnamque habere affectionem, nempe bonitatem, & bonum: neque superbum, neque impotens est: hoc enim est DEVS, & ipsum bonum omnium quod potentiam habet faciendi omnia. Sic D. Marcus Heremit. lib. *παρανομιών πνευματικῶν, πρῶτον*, inquit, *ὅτι θεὸς ἰδὲ αὐτῶν, πάντας ἀγαθῶς εἶναι αἰνῶν, καὶ ἀρχῶν, καὶ μεσοτήτων, καὶ τελῶν. καὶ δὲ ἀγαθῶν ἀμύχανον ἐπιργεῖν ἢ πιστεύουσαι, ἐμὴ ἐν χριστῷ ἰησοῦ καὶ ἀγίῳ πνεύματι.* id est, *Primum igitur omnium certo finis, Deum vnius boni esse causam, & principium, & bonum & finem. Porro bonum opus fieri non posse, ut aut efficax sit, aut credatur, nisi in CHRISTO IESU, aut Spiritui sancto.* Et Plato in Euthyphrone lib. 8. Inter Deum & res ponit quandam mercaturam, *Si fas, inquit, loqui hominibus eximiam.* cum enim nihil boni à nobis accipiat, nos omnia bona ab eo accipimus. suscipit autem à nobis res, quæ magis nobis, quàm illi profint, ut cultum venerabilem, & huiusmodi. Et Socrates nihil nominatim à Deo petendum voluit, sed se solummodo totum celestium arbitrio committendum: *Quia qui tribuere bona, inquit, ex facili solent, etiam eligere aptissima solent, ut refert Valerius Maxim. lib. 7. cap. 2.* Sciendum autem est bonum, & bonitatem,

non esse substantiæ Dei nomina, sed natu-
 ræ conuenientia. nam eius substantia cum
 sit incomprehensibilis, neque potest etiam
 proprio nomine concludi. Et sic scribit
 D. Ioannes Damascenus lib. 1. de Orthod.
 fid. cap. 12. τὸ δὲ ἀγαθὸν, καὶ δίκαιον, καὶ ἅγιον,
 καὶ τὰ τοιαῦτα ἡρακλῆσαι τῆ φύσει, ἢ ἀπὸ τοῦ ἰδι-
 οῦ ἡσίου δαδῶν. id est, Illa nomina Dei, bonum,
 iustum, sanctum, & similia, conueniunt quidē eiu-
 naturæ, non autem eius substantiam ostendunt. Et
 ita Tertullian. lib. 2. aduersus Marcio.
 etiam de Deo loquitur, *Deus, inquit, natura
 solus bonus. qui enim quod est sine initio habet
 non institutione habet illud, sed natura. homo au-
 tem qui totus ex institutione est habens initium
 cum initio sortitus est formam, qua esset. atque ita
 non natura in bonum dispositus est, sed institutionem
 secundum institutorem bonum, scilicet, bonorum
 conditorem.* Hunc sequitur Talassius mona-
 chus Heccatont. 2. de Charit. *Solus Deus,*
 inquit, *natura bonus est, ac sapiens. sic & men-
 participatione talis, si studiosa sit.* Germani
 etiam populi, sicut gentes aliæ, quæ Deum
 metiebantur commodis & bonis, quorum
 ipse author esset hominibus, vulgò Deum
 vocabant: & nunc dicunt, *Gott*, quasi *quos*,
 propter perpetua in omne genus homi-
 num benefacta, vt annotauit Gaspar Sci-
 blius Germanus in annotat. actus 3. Bac-

15

charun

charum Euripid. super verba *καρπὸν δ' ἀνδρῶν*.
 Et Alcinoüs lib. de doctrina Platonis c. 10.
Diuinitas, essentia ratio, veritas, harmonia bonum
existit. Neque verò hæc ita di numero, vt ab inui-
cem ipsa secernam, imò vt vnum potius cuncta con-
templer. Bonum profectò ob eam causam dicitur,
quòd omnia pro capacitate cuiusque beneficijs re-
plet, omniumque bonorum causa est. hætenus
 Alcinoüs. Plutarchus etiam lib. de Sera
 numi. vindict. Considerate, inquit, quod ex
 Platonis sententia, omnium bonorum sese *Deus* in
 medium constituit exemplar, vt humana virtus
 cum illi admodum conformis esset, haberet quem
 imitaretur, totisque sequeretur viribus. Etenim
 verum omnium natura confusa cum esset, hoc forti-
 ta est principium, vt similitudine ac cognatione
 quadam diuina virtutis & idea transformaretur,
 fieretq; mundus, &c. Legimus etiam Astro-
 logos nominasse tertiam & nonam par-
 tem sectionis cælestis duodenariæ, Theã
 & Theon, Deam & Deum, à bonitate lo-
 ci, quòd in vtraque bona polliceri dicantur
 ab Astrologis à syderibus: nempe in
 tertia, fratrum, sororum, affinium societa-
 tes, & hospitalitates, vt in nona consti-
 tuitur pietas, veritas, sapientia, philoso-
 phia, diuinatio, &c. ab imitatione Dei
 tracta similitudine, quia proprium est Dei
 benefacere, vt scribit Iouianus Pontanus

lib. 2. de Reb. caelest. cap. 3. & Sic Homerus
lib. 6. Isagoges Astron. par. 2.

Unde mala sint. CAP. IIII

RELIQUVM ex superioribus vide-
tur esse dubium nunc definiendū, ut
de mala sint: cum enim omnis essentia bo-
na sit, & creator omnium omnia bona fe-
cerit, & per consequens sit omnis creatura
Dei bona, Genesis cap. 1. in fine Ecclesi
30. b. & 1. ad Timoth. 4. b. videtur nullum
malum esse, vel oriri posse. Contrā autem
nobis aduersatur plantatio illa famosa, &
unde tot mala in nobis obreperint arbori-
bus boni & mali, de qua in Genesis mundi
cap. 2. c. versic. 17. & cap. 3. a. Quæ ut com-
ponamus, in primis mente hinc repetendæ
ea quæ iam admonuimus, in rebus gene-
ratis corruptionem, cum semper ex illa
corruptione aliquid fiat, non esse malum
natura simpliciter, sed imminutionem ve-
mutationem boni. Deinde dolores, tristi-
tias, & huiusmodi, quæ sensus afficiunt
non esse etiam mala per se, nec pœnas
Deo immisas, quæ iustè & bene semper
infiguntur, verè mala esse, quamuis à vul-
go pro malis habeantur. Dicimus igitur
quæ verè mala sunt, talia esse aliud, quam

ex eff
homi
lunta
tione
nihil
philac
ad Re
excell
miner
tim in
aliud
erga
præte
tilem
vitur
tur ad
lunta
eamq
no in
aduer
bolæ,
magis
quæ s
nantis
nas, &
voluc
ram p
quod
terrar

ex essentia rerum, nempe per accidens: in
 hominibus autem & dæmonibus, ex vo-
 luntatis decreto: in alijs autem esse priva-
 tionem, de qua satis cùm locuti fuerimus,
 nihil amplius addam, cùm etiam Theo-
 philactus enarrat in cap. 3. Epist. D. Paul.
 ad Romanos super illa verba, *Quid igitur
 excellimus nos!* vnica resolutione deter-
 minet, cùm à bono quispiam declinat, sta-
 tim inutilem reddi: malitiam autem nihil
 aliud esse, quàm peruersionem naturalium
 erga bonum motuum, vnde ad id quod
 præter naturã est, hominẽ aduehens, inu-
 tilem ipsum efficit. Non enim natura ipso
 vititur, quemadmodum nec ægrotante vti-
 tur ad propria opera. Tantum itaque vo-
 luntatem fontem esse malitiæ docebimus,
 eamque tunc malam esse, quando cum bo-
 no inimicitias gerit, id est, quando Deo
 aduersatur. Qua de re extant sacrae para-
 bolæ, quibus Dominus noster, verè solus
 magister, dignatus est nobis ea declarare,
 quæ scribuntur Matthæi 13. vna est semi-
 nantis, cuius semen cecidit, aliud super spi-
 nas, & suffocatum est: aliud super viam, &
 volucres illud comederunt: aliud in ter-
 ram petrosam, & cùm creuisset exaruit,
 quod non haberet radices altas: aliud in
 terram bonam, quod fructum dedit. Et ibi

concluduntur modi, quibus bonum cor-
rumpitur à malo: primò, si suffocetur ac
reddatur sterile: secundò, si à volucris,
id est, à dæmonibus, patiamur illud in no-
bis corrumpi, suggestionibus pessimis, &
varijs illius fraudibus decepti: tertio, si
à bene agendo quiescamus, & malum ipsi
eligamus. quod cadit autem in terram bo-
nam, illud est quod multiplicatur & colit-
tur à nobis omni diligentia, bonum; & cum
cooperatores Dei sumus, illique obaudi-
mus. Deus namque vsque adeò bonus est,
vt Solem suum faciat oriri super bonos &
malos, & pluat super iustos & iniustos.
Matthæi 5. g. vers. 45. & Lucæ c. 6. e. 35. su-
per bonos, quia nec bonum sine bono
Deo agere quicquam boni possunt: nec
sumus ex nobis sufficientes ad id sine eius
gratia: sufficientia quippe nostra ex Deo
est. 2. Corinth. 3. b. vers. 5. Nam sine ipso fa-
ctum est nihil, quod factum est, D. Ioan. 1.
9. & c. 15. a. & cooperatores Dei sumus 3.
epist. Ioan. 1. c. ver. 8. Ipseque & incipit &
perficit in nobis bonum opus, vt scribit ad
Philippenses cap. 1. a. vers. 6. D. Paulus ve-
nit super malos autem semen illud bo-
num, vt possint & mali ad bonum conuer-
ti, & ne illis possit excusandi occasio præ-
beri quòd Deus illis non illuxerit, & ex il-
lorum

lorum grauiore & perniciosiore malitia,
 acrior feueriorq; exigatur vindicta, quod
 Dei oblatum contempserint bonum, quod
 omnibus præstò est, & ad omnium vsque
 corda perueniens, illa pulsatur vt aperiatur
 illi. Neque ideo tamen bonum causa mali
 est, sed repugnantia bono facta. Quod in-
 dicatur per aliam parabolam, Matthæi 13.
 Homo namque Deus ipse seminauit bo-
 num semen, id est, bonos homines, in agro
 suo, id est, in mundo: sed dum dormirent
 homines, id est, dum negligentius illud se-
 men colerent bonitatis, venit inimicus ho-
 mo, id est, satan, cuius semen inimicitias
 gerit cū semine mulieris. Genes. 3. c. ver. 5.
 Et 1. Corinth. 14. f. vers. 34. Et super semina-
 uit zizania, id est, homines malos reddidit,
 qui ei cōsenserunt. Deus enim fecit homi-
 nem rectum, ipse autem se iminiscuit in-
 finitis quæstionibus Ecclesiastes c. 7. d.
 vers. 30. vnde scribit Oseas cap. 13. c. vers.
 9. *Perditio tua ex te Israël, tantummodo in me
 auxilium tuum ait Dominus.* Sic Mercurius
 Trimegistus in Pimandro, sermon. 4. *Fati
 inquit, diuina officia precedere, humana sequi de-
 bent. Deus profectò extra culpā malorum à nobis
 causa venit. Nam mala bonis anteponimus.* Ita
 malum nobis ex voluntatis nostræ ele-
 ctione contigit, vt etiam insinuat Home-

3

rus

rus Odyss. prima, vers. 4. dum enim cōmemorat labores Vlyssis circa curam reditus sui & sociorum, ostendit socios propria voluntate perijsse, dum canit:

πολλὰ δ' ὄγ' ἐμ' πόνῳ πάθει ἀλγεα ὄν κατὰ θυμόν,
 ἀρνύμενος ἢν τε ψυχὴν ἢ νόστον ἑταίρων.
 ἀλλ' ἔδ' ὡς ἑταίρους ἐρρυσάσθ', ἰέμενός περ:
 αὐτῶν γὰρ σφέτερον σὺν ἄσπασθ' ἀλίησιν ὄλοντο
 νῆπιόισι, οἱ κατὰ βῆε' ὑπερίονος ἡελίοιο
 ἠόδιον, αὐτὰρ ὁ τοῖσιν ἀφείλατο νόστιμον ἡμῶν.

Plurimos passus est, scilicet Vlysses, dolores in animo suo,

Conseruans maxima cura suam animam & sociorum reditum,

Sed neque sic socios seruauit liberauitue, quamuis vellet,

Sua enim ipsorum insipientia perierunt }

Stulti, qui boues sublimis Solis

Comederunt: ille verò eis abstulit reditus diem.

Quo in loco Didymus & alius vulgaris scholiastes, ἐμνήσθαι τῶν, ἐπεὶ ἐκ παλαιότητος ἀδικήσαντες ἀπόλοντο, id est, Memoriam ingerit (scilicet comestitionis) eo quòd ex electione libera peccantes perierint. Illud què liquet ex narratione quam texit Homerus Odyssæa 12. dum describit quomodo dormiente Vlyssè,

Vlyffe, socij eius suafu Eurylochi contra præceptum Vlyffis Solis boues, pascentes in Trinachria infula Solis, occiderunt, & fame coacti comæderunt. Scribit etiam Philo Iudæus lib. Quod deterius poriori infidiatur, Deum esse tantum authorem bonorum, rifus & gaudij; nostras autem manus mali. Et alibi lib. de Sacrificio Abel & Cain. fœmineum fœtum animæ dicit malitiam & affectiones, quibus effœmnanantur homines in omnibus studijs. Scribit & Ioan. Damascenus lib. 2. de Orthod. fide cap. 4. potestatem angelicam & naturam humanam, lumen & bonitatem ad malum nullo modo declinantem, accepisse. Illam autem libera voluntate demutatam, & ex lumine in tenebras, & ex bonitate in malitiam decidisse. Neque etiam Possidonio placet, quod malitia extrorsum adueniat hominibus nullam radicem habens in animabus nostris, vnde præluceat & augeatur. Sed contrarium asserit: quod Galenus cõfirmat tomo 1. lib. Quod antiqui mores animi temperaturas sequuntur. *Ve enim, inquit, & malitia est in nobis ipse semen & indigem: omnes non ita fugere malos, sicut fugere & repellere & prohibere a vobis agnitione malitia. Non enim sicut aiunt Stoici, extrorsum aduenit animabus nostris malitia tota, sed quod*

plurimum à seipsis habent mali homines, extorsum autem minus est valde quod aduenit. Et Pythagoras in carminibus Aureis subscribit his versibus.

ἄλλοι δὲ πᾶσι βλάπτειν αὐθιγὰς πᾶσι καὶ ἔχοντας:
 πλῆμους, εἴ τι ἀγαθὸν πᾶσι δούλων ἐκ ἐσοπίστου,
 εἴτε κλύσει. id est,

Quod ipsi existant homines sibi causa maiorum
 Cognoscet: miseri bona qui nec cernere possunt,
 Nec audire. Porro initium mali totius in

utraque natura, præsumptio sui fuit & superbia in dæmone, quòd Deo æqualis esse voluit, Esaiæ 14. In homine, quòd diuinitatem etiam dæmonis suafu, ambiuit, creditque mulier serpenti dicenti, *Nunc eritis sicut dii scientes bonum & malum.* Genesis 3. cap. Quod antiquorum aliqui Ethnici cognouerunt ex Mose, sed non ausi sunt sine ænigmate propalare, quorum in numero fuit Hesiodus antiquior, qui in Ergis, scribit temeritatem primi hominis vel Promethei, voluisse suffurari igne de cælo: quod nihil aliud est, quàm eum Deitatem sibi vsurpare voluisse: & ideo à Deo mala omnino in pœnam & vltionem producta. Scribit denique mulierem primam, quam Pandorâ nominat, quasi perfectam creaturam, malorum vas & pyxidem hominibus & terris aperuisse:

πρὶν μὲν γὰρ ζώσκειν ἐπὶ χθονὶ φύλ' ἀνδρώων
 νόσφι ἄτερ κακῶν, ἢ ἄτερ χαλεποῦ πόνου,
 νόσων ταραχῶν, αἰτ' ἀνδράσι γῆρας ἔδωκεν:
 αἴψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ κατ' ἀγκυράσκει.
 ἀλλὰ γυνὴ χεῖρασι τίθει μέγα πῶμα' ἀφελῶς
 ἔσκεδασ', ἀνδρώποισι δ' ἐμίσαισσι κῆδεα λυγρὰ. &

quæ sequuntur. Id est,
Prius namque vivebant familia hominum
Omnino absque malis, & sine difficili labore,
Morbisque noxiis, quæ hominibus senectutem af-
ferunt.

Mox enim in afflictione mortales consenescent.
Sed mulier manibus, vasis magnum opperculum
dimouens

Disperfit, hominibus autem machinata est curas
graves.

Ut non immeritò mulieres eo ex tempo-
 re ad malum dicantur, veluti natura qua-
 dam promptissimæ: ut Medea ipsa dixit
 apud Euripidem in Medea, actu 2. vers.
 139.

-- πρὸς δὲ καὶ πεφύκαμεν
 εὐαῖτες εἰς μὲν ἴδλ' ἀμυχανόταται,
 κακῶν δὲ πάντων τέκτονες σοφώταται. id est,

Ad hæc nos mulieres ut sumus ad res bonas
ineptissima: sic malorum archi tectones vaserrime.
 Exprimit id meliùs Andromache apud
 eundem actu. 1. vers. 215. dum Euripides
 Andromachen sic introducit loquentem.

τίποιδε

πέποιθα δαυδὸν δεῖ γενῆσθαι μὲν ἀγρίων
 Ἄν' ἢ βροτῶν θεῶν ἕνα ταχέσθαι τινὰ
 ἀδ' ἐστ' ἐχιδνὸς καὶ πυρὸς περὶ σίρω
 ἄδεις γυωαυδὸς φάσμακ' ἐφευγνέτω.
 κακῆστοις τοῦ ἐσμέν ἀνδρῶτοισι καὶ δὴν.

*Persuasisti aduersus quidem bestias reptiles,
 Remedia aliqua constituta sunt à Deo,
 Qua sint supra viperas & ignis:
 Nullus autem mulieris mala unquam inuenit
 Pharmaca. Tale sumus hominibus malum.*

Quod imitatus videtur Seneca, in tra-
 gædia 4. quæ scribitur Hippolytus actu 2.
 vers. 198. dum ait,

*Maritus coniugis ferro iacet,
 Perimunt que fetus impia matres suos.
 Taceo nouercas, mitius nihil est feris.
 Sed dux malorum fœmina & scelus um artifices
 Obsedit animos. Cuius incestè stupris
 Fumant tot vires, bella tot gen es gerunt,
 Et versa ab imo regna tot populos premunt.*

Sed breuius absoluit Scheledrus seruus
 apud Plautam in Milite glorioso, actu
 2. scœna 3. vers. 36. *Quid peius, inquit,
 muliere, atque crudacius?* Et adhuc vnicam
 eximiam de mulierum malis querelam
 subiungam Hippolyti ex eodem auctore
 Euripide in Hippolyto, actu 3. vers. 51.

γυω
 εἰ γυ
 ἄδ' ἐστ'
 ἄδ' ἐστ'
 ἢ χα
 καὶ δ
 τῶν ἀ
 υαίει
 νῦν α
 μέλλο
 τῶν
 πρὸ δ
 φεβύ
 ὁ δ' ἄ
 γέ γυ
 λυαδ
 δ' ἴσχυ
 id
 bus m
 M
 S
 Id
 V
 De
 solidi
 Sen
 Ob

-- ὃ ζεῦ τι δὴ κίβδηλον ἀνδρῶσι κακόν,
 γυναικας εἰς φῶς ἠλὲς κατάνισσας,
 εἰ γὰρ βροῖστον ἕδρας σπείρας γένεσθαι,
 ἔκ ἐκ γυναικῶν χερῶν παρασχέσθαι τούδε:
 ἀλλ' αὐδίνσας σοῖσι ἐν νοοῖς βροῖσας,
 ἢ χαλκόν, ἢ σίδηρον, ἢ χρυσὸν βάρεσθαι,
 παίδων πρῶσθαι σπέρμα, τὸ τιμήμασθαι
 τῆς ἀξίας ἕκαστον. ἐν δὲ δώμασι
 ναίειν ἐλευθέροισι θελειῶν ἄσπερ.
 τιῶ δὲ εἰς δόμας μὲν πρῶστον ἀξέσθαι κακόν
 μίλλουσαι, ὄλβον δὲ δωματίων ἐκτίνομεν.
 τῶ δὲ δίδου, ὡς γυνὴ κακὸν μέγα.
 πρῶσθαι γὰρ ὁ σπείρας τε καὶ τρέψας πάντες,
 φερέας ἀπὸ νόστον ὡς ἀπαλλάχθαι κακόν.
 ὁ δ' αὐ λαβὼν ἄσπερον εἰς δόμας κακόν,
 γέγνηδε, κάσμορ προστιθεῖς ἀγάλλμασι
 λαλὸν κακίστω καὶ πέλοισιν ἐκπονεῖ
 δύσπνοσ, ὄλβον δὲ δωματίων ὑπεξελόν.

id est, ὁ Iupiter, quidnam reprobum mortali-
 bus malum,

Mulieres transtulisti sub Solis iubar?

Si enim hominum genus serendum fuit,

Id haud è sœminis creari oportuit.

Verum tuis templis ferre donaria

Debebant, vel aes, vel ferrum, vel auri pondus
 solidi,

Semenque librorum mercari, quisque pro pretio

Oblati muneris, liberi que in adibus

Degere, sine mulierum commercio.

Iam verò cum primum in aedes ducturi sumus

Postem, domus facultates dissipamus.

Hinc autem liquet, mulier quàm magnum sit malum.

Proposita enim, qui genuit & educavit pater

Dote, in alienas tradit aedes ut liberetur à malo.

Rursum qui accepit in domos suum malum,

Letatur, ac ornata conuestit imaginem

Pulcho deterrimam, & pepulis lautè comit,

Miser, rem familiarem exhaustiens.

Et si tibi Euripides osor fœminarum videatur, audias Sophoclem, qui scribit.

κακὸν ἂν ᾖ ἢ ἔστι, δὲ ἔστι ποτὲ

γυναικὸς, εἰ τι ὠμὰ γίνεταί σοφοῖς. id est,

Sed nihil est peius, nec erit unquam

Muliere, siquidem illa est clades & infortunium mortalibus.

Adest & testimonium Hesiodi, qui in Theogonia, vers. 594 loquens de prima illa Pandora, quæ prior malum intulit fœmina, ait,

ὣ τῆς γὰρ γένος ἐστὶ γυναικῶν θνητῶν.

τῆς γὰρ ὀλεσίον ἐστὶ γένος, καὶ φύλα γυναικῶν,

ὠμὰ μέγα θνητοῖσι μετ' ἀνδράσι ναίειν

ὀλομίην περιεὶ, ἀσύμφοροι ἂν ἀνέροισι.

Ex

*Ex illa enim est genus mulierum placentium
rel voluptuosarum:*

*Illius enim perniciosum est genus, & sexus,
mulier*

*Nocumentum ingens mortalibus, inter viros
habitans,*

*Perniciosa paupertatis impatiens, sed satietatis
amans.*

*Scribit & Terentius comedia 6. quæ He-
cyræ dicitur Actu 2. Scena 1. ver. 1.*

*Prò Deum atque hominum fidem quod hoc
genus est, quæ hæc coniuratio!*

*Vt omnes mulieres eadem æquè studeant,
nolintque omnia!*

*Neque declinatam quicquã ab aliarum ingenio
vllam reperias.*

*Itaque adeo vno omnes animo socrus oderunt
nurus:*

*Viris esse aduersas æquè studium est, similis
pertinacia est.*

*In eodem omnes mihi videntur ludo doctæ ad
malitiam.*

*Omitto alios huius etiam sententiæ
assertores, ne videar operosius in mulie-
res inuehi. Sufficiet, ni fallor, scripturæ
sacræ autoritas, vt malum etiam à mu-
lieribus hominibus ingeri doceatur.
Scribitur itaque in Ecclesiastico, 25. c. 1.
vers. 17. Omnis plaga tristitia cordis est; &*

omnis malitia, nequitia mulieris. Et vers. 21. &
 22. Non est caput nequius super capus calabri, &
 non est ira super iram mulieris. Commorari
 leoni & dracon: magis placebit, quam habitare
 cum muliere nequam. Et vers. 25. Brevis omnis
 malitia super omnem malitiam mulierum, fors
 peccatorum cadat super illam. Et vers. 32. A
 muliere initium factum est peccati. quod etiam
 scribitur in mundi Genes. c. 3. a. vers.
 6. Et rursus Ecclesiastes c. 7. d. vers. 27.
 inueni mulierem amarior em morte, qua laqueus
 venatorum, id est, demonum est, & sagena cor eius,
 vincula sunt manus illius: qui placet Deo offendet
 illam, qui autem peccator est, capietur ab illa.
 Sic Sibylla lib. 1. oraculorum, loquens de
 lapsu primi parentis.

ἀλλὰ γὰρ ἡ πρώτη προδότης τις γίνετ' ἐκείνη
 ἢ δόνην, τῶν δ' ἄδ' αὖτ' ἠείδεσεν ἄμαρτην.
 ἃς δ' ἐπέειπε γυναικὸς πεπεισμένους ἐξελάδεσεν
 ἀδ' ἀνάστ' ἡλίης, οὐδέ μιν δ' ἀμείλιχον ἐφ' ἑμῶν,
 τὸν κεν' αὖτ' ἀγαθοῖο λάβον κακῶν οἶον ἐτραξάρ.

Sed mulier prima proditrix exiit illi,
 Quae dedit, ignarò porci peccare suasis.
 Ille quidem quidita persuasus coniuge, potrem
 At rnum oblitus, spreuit clarissima iussa:
 Hoc ergo peperere sibi mala, non bona, falso.

Decepto

Decepto; namque Adamo, malorum
omnium accessit caterua & ilias. Nam vt
ait Horatius 2. lib. Carminum, ode 3. vers.
27.

Audax omnia perpeti

Gens humana, ruit per vetitum nefas,

Audax Iapeti genus,

Ignem fraude mala gentibus intulit.

Post ignem aethera domo

Sabductum, macies, & noua febrium

Ternis incubuit cohors:

Semotique prius tarda necessitas

Lethi corripuit gradum.

Nos rursus & inuidia dæmonis, &
mulieris delitijs, malis prius onerati, ex
his mala accumulamus. mulier namque
per se mala non est sua natura, vt nec
diabolus: nec hominibus mulier vt malum
ipsum abhorrenda. Et illius vsus bonus
est, abusus malus. Et sunt mulieres aliquę,
potissimum quibus timor Dei mentibus
inhæsit, viris quibusdam meliores, nobis
vtiliores. imò & D. Ambrosius lib. de in-
stitutio. virgi. c. 3. ait, fœminas bonũ esse ho-
minis: cõstatq; ex Genesis creatione, *Non
est bonum hominem esse solum, facturus,* inquit
Deus, *ei adiutorium secundum se.* Confirmat
vtique

vtique bonum esse hominum genus, si virili sexui fœmineum genus accedat. Considerandum etiã, quia homo de limo, ista de carne facta est. Et caro quidem limus, sed ille informis, ista informatus. Et Plato lib. 3. dialogo 5. de Iusto, mulieres aptas ad omnia quibus idoneus vir, scribit, sed inter imbecilliores. in aliquibus tamen, viris præstantiores putat: namque præstantiores in his quæ viri contemnunt, vt, in telis texendis, & placentis faciendis. Sed & Constantinus Cæsar sagatioris mulieres fieri citius existimat, & probitate morum citius à natura, quàm masculos donari in l. 2. de his qui veni. æta. impetraue. lib. 2. C. tit. 45. Quod forsan malè, malitiæ adscribit glosa, dum ait, quod id fit ideo, quia mala herba citò crescat. Illi tamen ad stipulatur Cæsares Dioclerianus, & Maximin. in l. si alterius, l. 3. titulo, si minor se maiorem dixit. lib. 2. C. tit. 43. qui malitiam supplere ætatem dixerunt: sicut & pontifex Alexander tertius in c. de illis c. 9. de desponsa. impub. lib. 4. Decreta. Greg. tit. 2. Extat & illa super omnes eximia, & benedicta super omnes mulieres Maria, Theotocos, cuius partu & semine, generis humani labes & ruina restituta est pristino, imò meliori statui:

vnde & non satis sufficientes matri possumus referre laudes, cuius ministerio & labore & sanctissima puritate, mūdus suo redemptore Messiah, Domino nostro IESU CHRISTO donatus est. Digna certè facta, cuius vtero verus homo & verè filius Dei & ipse Deus includeretur. Cuius virginitatem & bonitatem quamplures aliæ imitatae sunt, & si tantum non fuerint culminis & præstantiæ gradum assecutæ. Et quanto fragilior sexus mulierum est, quanto uè labilior natura, tanto certè ampliùs laudabilior, si veluti singulari Dei bonitate, contra naturæ fragilitatem, vt contra hostem familiarior, vt victrix mulier. Et beatus qui habitat cum muliere sensata. Eccles. 25. b. vers. 11 & c. 16. b. c.

- 16 Gratia mulieris sedula delectabit virum suum, & ossa illius impinguabit.
- 17 Disciplina eius datum Dei est.
- 18 Mulier sensata & tacita, non est immutatio anima erudita.
- 19 Gratia super gratiam mulier sancta, & pudorata.
- 20 Omnis autem ponderatio non est digna continentis anima.

- 21 *Sicut Sol oriens mundo in altissimū Dei, sic mulieris bona species in ornamentum domus eius, lucerna splendens super candelabrum sanctam.*
- 22 *Et species faciei super etatem stabilem.*
- 23 *Columna aurea super bases argentearum, & pedes firmi super plantas stabiliū mulieris.*
- 24 *Fundamenta aeterna supra petram solidam, & mandata Dei in corde mulieris sancta.*
- Et rursus c. 36. d. ver. 26. *Qui possidet mulierem, bonam incipit possessionem, adiutorium secundum illum est, & columna ut requies. & ita dictum est etiam Genesis 2. d. mulierem in adiutorium simile, factam esse homini. Scribitur & Proueb. c. fin. b. 10.*
- 10 *Mulierem fortem quis inueniet? procul & de ultimis finibus pratium eius.*
- 11 *Confidit in ea cor viri sui, & spolijs non indigebit.*
- 12 *Reddet ei bonum & non malum, omnibus diebus vitae suae.*
- 13 *Quaerit lanam & linum, & operata est consilio manuum suarum.*
- 14 *Facta est quasi nauis institoris, de longe portans panem suum. &c.*

7 Bonus etiam illarum cum legitima conjunctione prouentus. Ad hoc enim Deus

eas creasse videtur, vt partus ederent, &
 in hoc maxima earum cupiditas, vt scribit
 Iustinianus Cæsar in l. 2. §. cuius enim,
 de ind. vidui. toll. lib. 6. C. tit. 40. & vt idem
 ait in §. 1. de nuptijs, in Authent. collat. 4.
 tit. 1. Sic & matrimoniū ita est honestum,
 vt humano generi videatur immortalita-
 tem artificiosè introducere, & ex filiorum
 procreatione innouata genera manant
 iugiter Dei clementia; hinc tot fauores
 mulieribus concessæ, circa dotes, circa re-
 stituciones, cautiones Velleiani, & huius-
 modi, quæ bonitatem mulierum arguere
 possunt & vtilitatem, ob quam ea concessa
 videntur. Quanquam forsàn quis obijcere
 audeat glossam illam, quæ scribitur in l.
 ex ijs. l. 4. de legibus, lib. 1. tit. 2. dicen-
 tem quod propter bonas fœminas non
 debet fieri lex, quia raræ sunt, sed propter
 malas, quia multæ sunt: cùm plures repe-
 riantur qui perirent nubendi causa, quam
 quæ iuramentum de non nubendo ob-
 seruent, propter quas, quia rarò tales
 continentur reperiuntur lex facienda non
 est, vt scribit Iustinianus, in §. quia verò, in
 Authent. collat. 7. tit. 4. vt sine prohibi-
 tione matres debiti. &c. forsàn & obijciat quod
 scribitur in Ecclesiast. c. 46. e. ver. 12. & 13. &
 14. *In medio mulierum noli commorari. de vesti-*

mentu procedit tinea, & à muliere iniquitas viri:
 melior est enim iniquitas viri, quàm mulier bene
 facies & mulier cõfundens in opprobriõ. Sed hæc
 periculũ quod ex mulierũ fragilitate, & ea
 rũ ad malũ prõpitudine potius respiciũt
 quàm ad illarum naturalem malitiam. ac-
 cenditur enim proximitate ignis palea, &
 plures cupiditate incensi, per assiduitatem
 mulierum in multa mala lapsi sunt: sed
 illud est potius illis abuti, quàm vti. Sic
 nimius vsus vini, & assiduitas mulierum,
 apostatate faciunt per occasionem sa-
 pientes. Eccles. c. 19. a. Nam vt ait Vir-
 gilius 3. Georgico. vers. 215.

*Carpit enim vires paulatim, vritque videndo
 Fœmina, nec nemorum patitur meminisse nec
 herba.*

*Dulcibus illa quidem illecebris, & sape super-
 bos,*

*Cornibus inter se subigit decernere amantes.
 Sic Propertius lib. 2. ad Cynthiam de ea
 ait.*

9 *Qui videt ñ peccat, qui non te videt ergo
 Non cupiet, facti crimina lumen habent.*

3 *Qua ratione & statutum est in legibus
 Romanorum, contumeliam esse pudori
 matronali, si fœminæ conuentibus ho-
 minum*

minum & iudicijs interesse cogantur: à
 quibus arcentur à Constantino Cæsare l.
 maritus, l. 21. de procurator. lib. 2. C. tit. 13.
 & in l. 2. de is qui veniam impetra. lib. 2.
 C. tit. 45. & Vlp. l. 1 §. secund. loco, de postul.
 libe 3. π. tit. 1. & Bonifacio VIII. in c. mu-
 lieres de iudic. lib. 2. sex. Decret. tit. 1. vnde
 in septima synodo separati monachi à
 monialiū monasterio. in cano. definim⁹, 18.
 q. 2. Prohibet & id D. Basilius sermo. de
 vera virgin. prohibent & leges castitatis,
 & virginitatis professores, ab earum ab-
 stinere cohabitatione clericis, permittis
 tantum propinquieribus: Episcopus verò,
 nullis fœminis. Honorius & Theodos. in l.
 eum qui, & Aurent. Episcopo, de episc.
 & cler. lib. 1. C. tit. 8. Extant & tituli integri 10
 in iure pontificio de cohabita. cler. & mu-
 lier. in his itaque & in reliquis, vt semel
 dixerim, potissima mali causa erit ex no-
 bis, voluntas, & propositum, ex quibus, &
 iurisconsulti distingunt crimina. Sic in
 furti censura inspicimus, num eo animo vt
 alienam rem quis contractet, retinendi
 sibi causa inuito Domino, vt dicatur fur,
 an putet se ex domini voluntate contre-
 ctare, & tunc non dicatur, vt scribit Pom-
 ponius in l. inter omnes constat, l. 47. §.
 rectè, de furt. lib. 47. π. tit. 3. & Iustinianus
in

in §. placuit, de oblig. quæ ex dei. nasc. lib. 4. Instit. iur. ciui. tit. 1. Atque imperator Antoninus in l. 1. adl. Corn. de sicar. lib. 1. C. tit. 16. rescripsit, crimen contrahi, si voluntas nocendi intercedat & ea quæ ex improviso, casu potius, & vel accidunt fato, plerumque non noxæ imputari. Sic ex hac voluntate, quæ contra præceptum Dei, vetitum arboris vel ligni fructum concupiuit, altiora diuiniõis naturæ desiderauit, natum est peccati & mortis initium. Nam arbor, cuius fructus Adam prohibitus fuerat edere à Deo, bona quidem per se erat, & bonus fructus eius: non enim ut quidam opinantur arbor quidpiam noxi] vel lethiferi attulit, sed inobedientia mortis causa fuit. Nam fructus nihil aliud habebat, quàm cognitionem solam, verum cognitio bona & pulchra est, si quis ea rectè utatur. Si quidem nullum bonum est, quin scientia comprehendatur, ut scribit Plato, lib. 4. in Menone, vel de virtute. & scientia boni possit esse in cautione mali malum scièdo. Eo autem tempore, infans seu puer erat Adam: quapropter eam cognitionem dignè percipere nequiuit. nam sicut infans recenter natus pane vesci nequit, nec ei similis est qui prouectiore ætate soli-
diore

dior
den
eur
ferit
Deu
cupi
& s
laud
apud
bus,
2. ac
calu
xand
Scien
non
bonū
illud
creac
malū
cè in
nem,
care
ne co
per s
tum
Et ce
Alex
stata
malu

diore cibo, non lacte vitur, vt non inuidens Deus Adamo, vt quidam sentiunt, eum ab arbore cognitionis abstinere iusserit. Probare etiam hominem volebat Deus, an dicto eius audiens esset. Tum & cupiebat, vt homo longo tempore simplex & syncerus maneret innocens vt puer: laudabile namque censetur omnibus, & apud Deum, sine malitia subijci parentibus, vt docet Theophilus theologus, lib. 2. ad Autolyicum Christianæ religionis calumniatorem. Et vt cum Cyrillo Alexandrino loquat, lib. 3. contra Iulianum; Scientia boni & mali in arbore prohibita, non erat prohibitio cognitionis, vt quid bonū, quidue malū esset cognoscerēt. Nam illud cognoscebant, cum essent rationales creature, & liberū arbitriū & ad bonū & ad malū haberent: sed scientia illa erat practicè intelligenda, id est factam prohibitionem, ne facerent malum, scilicet ne peccarent contra præceptum Dei, videlicet ne comederent ex ligno: non quia malum per se lignum, sed malum, quia prohibitum ab eo, quem offendere malum est. Et certe vt scribit Cyrillus Archiepiscopus Alexandrinus lib. 3. contra Iulianum apostatam, quid sit bonum, & contrà, quid sit malum, nescire prorsus pecuinum est, & magis

magis lapide ac ligno dignum, ab homine autem rationali prorsus alienum: & per consequens Deus de cognitione in prohibitione non intellexit. Sed audiamus & D. Chrystosto. qui tomo 1. homilia 16. in Genesin ita scribit. *Arbor boni & mali in Genesi dicitur, non quod ob illius gustationem scientiam boni & mali habuerit Adam: nam & ante preuaricationem habebat scientiam utriusque: alioquin frustra illi datum esset liberum arbitrium, & lex imposta. Quin & sapientia repletum fuisse antea constat: quod secundum naturam cuiusque animali nominatum imposuerit quod de futuris prophetauerit. Nunc hoc os ex osibus meis, &c. Sed à contingente, arbor boni & mali dicta. Mos enim est sacra scriptura nomina à rebus contingentibus locis imponere. Ea propter lignum hoc vocatum est, lignum scientia boni & mali: quia circa illud observatio & transgressio mandati erat. Misericors enim Deus, docens hominem, quod habeat conditorem & factorem, qui inuisibilia omnia produxit & formauit, per unum tantum mandatum declarauit se dominum esse. Et rursum, Sermone de interdictione arboris ad Adam, tomo 1. propter hoc Deus plantauit & interdixit arborem scientia boni & mali, ut posset esse per quod voluntas hominis monstraretur. Dat mandatum ut probet obsequium, imponit legem, ut probet hominis voluntatem: insinuat obsequium;*

ut eius noscat arbitrium. Stabat ergo arbor in
 medio, hominis voluntatem explorans. Explorabat
 enim an homo potius Dominum comminantem,
 quam persuadentem audiret: non enim in arboris
 fructu, sed in arboris contemptu, mors ipsa
 pendebat. Stabat & homo inter Deum &
 hostem, inter vitam & mortem, inter iudicium
 & salutem. Condignum fuerat, ut talis circa
 creatorem homo fuisset, qualem se esse eius
 creaturam agnosceret: ut pareret Deo, qui ei cuncta
 parire preceperat, serviret Domino, qui eum
 Dominum mundo presecerat. Et D. Augusti-
 nus, & ceteri catholici Doctores, super
 Genesin lignum innoxium boni & mali
 esse dicunt, & bonum ipsum & malum
 tantum in transgressionem fuisse, & ex vo-
 luntate parentum. Et Diuus Damascenus

I 2

egregia hac de re tradit lib. 2. de Orthod.
 fid. c. 11 vbi de paradiso agit. Omnes enim,
 ut verum est, ad nostram proæresin vel
 electionem referunt malorum causam,
 impijs exceptis, qui in Deum ut se pal-
 pent & decipiant, referunt. Quos notat,
 pudet dicere in Christiani nominis usurpa-
 tores, Homerus, qui Odyssea 1. vers. 35.
 sic scribit in persona Iouis conquerentis.

ὦ πόποι οἷός ἐστιν ἴδὲς βρωτοὶ αἰσιδέωσθε
 ὃς ἡμέων γὰρ πατὴρ καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ οἰοῦμεθα
 σφῆσι καὶ ἀσπίδα καὶ ἄρματα καὶ ἄρματα ἔχουσιν. i.

ὁ Διὶ

ὁ Διὸς, ὡς homines graviter Deos accusant!

Dicunt enim, ex nobis mala existere, cum tamen
ἑῶν

Proprijs admissis, preter fatum, mala habeant.

Et Æschylus in tragœdia, quæ inscribitur
προμηθεὺς δεσμώτης, Prometheus religatus
circa finem inducit Hermetem ad Achorum
Oceanidum Nympharum sic loquentem.

ἀλλ' ἔν μ' ἐμνησθ' ἄ τ' ἐγὼ προλέγω,

μυθεῖε πρὸς ἄτης θηραβεῖσαι,

μὲ μνησθ' ἄ τ' ἐγὼ προλέγω,

ὡς Ζεὺς ὑμῶς εἰς ἀπρόσῳπον.

πῶμ' ἐδέβαλε μὴ δῆτ', αὐταὶ δ' ὑμῶν ἴασι. εἰδῆσαι

κ' ἐν θ' αἰφνης, ὅδε πατραιῶς (γὰρ

εἰς ἀπρόσῳπον δύνουσι ἄτης

ἐμπελεχθῆσαι ἀνοίας.

Sed meminertis qua ego pramonco,

Ne à malo deprehensa,

Accusetis fortunam, & nequando dicatis

Quòd Iupiter vos in improvisam

Cladem induxerit. Non enim sane id facit,

Sed vos ipsa. Scitis enim:

Neque ex improvise, neque clam

In inextricabilem laqueum calamitatis

Involuemini per vestram insipientiam.

Scribit

Scribit & Aristoteles lib. 3. Ethic. cap. 5. Cum igitur, inquit, finis quidem sit affectabilis ipsa voluntate, ea autem quibus itur ad finem consultabilia sint, atque eligibilia, fit ut actus hi qui circa hac versantur, ab electione proficiantur, nostraque sponte fiant. at operationes virtutum circa haec ipsa versantur. nostra igitur in potestate ipse virtutes, & identidem vitia collocantur. Quibus enim in rebus nostra situm est in potestate agere, in illis & non agere. & in quibus non agere, in ijs est & agere. Quare si agere bonum (quod honestum est) in nobis est situm, & non agere quod est turpe, in nobis est collocatum. Et qua sequuntur.

De ultimis verbis finitionis Bonitatis:

CAP. V.

SPERSUNT nunc ultima verba explicanda finitionis Bonitatis, dum dicimus eam fontem & causam totius essentiae, & actuum: dummodo priuatione non vincantur vel superentur in eodem subiecto & tempore. In quibus ultimis verbis consistit differentiarum vis. Et inde distinguuntur actus, num sint boni vel mali. Nam si actiones essentiam adijciant, bonae sunt: si magis in priuatione praevalcant, malae.

g in eo

in eo dici possunt. Exemplis res facilior adiectione & priuatione collatis, veluti hominem occidere si nudè proponatur num bonum vel malum sit, se offeret necesse esse priuationem, vitæ scilicet: ideo quum sit nuda priuatio, malum est. Si quis autem dicat, num occidere hominem malum, vt præmium pecuniarum quoddam consequamur? habes adiectionem & accessionem ex vna parte, nempe præmium, ex alia priuationem, mortem alterius. quid respondebis? examinabis num priuatio præualeat accessioni vel contrà: & inuenies vtique præualere. Sed dicet, quomodo id cognoscam? accipe paucis: priuatione præualere colligo ex bono quod tollitur, collatione facta cum bono quod accedit, vt aliud tollatur: inueniam autem maius bonum tolli, nempe vitam hominis, occasione minoris, nempe occasionis præmij pecuniarum. Si dicas autem, sed quomodo cognoscam id bonum quod tollitur maius esse, vt postea nouerim præualere priuationem? Quomodo? facile certè, si scalam nostrarum substantiarum reuoluas. Scis enim in 1. gradu elementata poni, postea nobiliores plantas, dehinc animalia, dehinc homines. vides igitur tribus gradibus bonitatis excedere homi

ho
per
id
Et
po
pri
bon
fun
nur
priu
qu
Sed
ide
nef
pit,
bon
bon
qui
rapt
quæ
pter
cæ
mat
hom
bon
dere
ris si
bon
plur

hominis bonitatē, bonitatē pecuniarum : per consequēs priuationē præpōderare, & ideo eadē ob pecunias factam, malam. Et ex hoc exemplo iudicium simile trahi potest aliorum actuum, in quibus vel est priuatio sola, vel adiectio alterius gradus bonitatis. Quòd si priuatio & adiectio sunt eiusdem gradus subiectorum, veluti num bonum sit, alienum rapere : rapina priuatio est, quæ nihil confert subiecto à quo accipitur, sed solùm aliquo priuat. Sed dices, qui rapit, accessionem sibi facit, ideo bene facit. Respondeo rapere & benefacere non posse esse simul. nam qui rapit, priuat : & quamuis quod raptum est bonum sit in se, non tamen quia raptum bonum, sed malum : quia respectu eius qui habet & accepit mutauit nomen, vt raptum & furtiuum. Sed rursus aliud queramus, num occidere hominem propter vindictam publicam malum sit. vindicta publica, & cædes, vel vitæ priuatio, in materia eiusdem gradus sunt, nempe in hominis gradu. Consideremus igitur, num bonum priuationi alterius boni præponderet, vel contrà num priuatio boni maioris sit quàm vindicta. Et dicemus vindictæ bonum præponderare priuationi. Nam plura bona vnius generis, potiora sunt &

meliora ratione cumulationis & eligibili-
 liora. utilitas publica, plurimum est: & si uti-
 litas vnius bona sit, & plurimum, per con-
 sequens melior, præponenda. Præterea
 cædes, vindictæ iustæ, melior est ipsi
 necato, quàm vita ipsa corporalis; quia
 malo mors indicta, est mali castigatio, &
 medicina, veluti interceptio occasionis
 malè agendi: quanto enim diutina mala
 detinent animam alligatam, tanto grauiora
 sunt, vt scribit Gregorius IX. in cap. fin.
 de consuetud. lib. 1. Decretal. tit. 4. Et ex
 concilio Lateran. in cap. cum in ecclesiâ.
 cap. 9. de Simo. lib. 5. Decretal. Grego. tit.
 3. Et diuturnitas temporis non diminuit
 peccata, sed auget. vt ait Alexander tertius
 ex concilio Turonensi, in cap. non satis, c.
 8. dicto tit. de Simonia in Decretal. Et Cle-
 mens III. in cap. cum haberet, cap. 5. lib.
 4. Decret. tit. 7. quia peccatum cui non
 medetur, transit in consuetudinem, vel cor-
 ruptelam, & iuuat prinationem boni resi-
 dui, & tandem illud quod superest omni-
 no corrodit & tollit, vixque postea com-
 modè manus medica ad remedium, sed
 frustra accersitur. Nam vt ait Ouidius lib.
 1. de Remed. amoris.

*— mora dat vires, teneras mora percoquit rivas.
 Et validas segetes, qua fuit herba facit.*

*Que prebet latas arbor spatiantibus umbras,
 Quo posita est primum tempore virga fuit.
 Tunc poterat manibus summa tellure recelli,
 Nunc stat in immensum viribus aucta suis.
 Principijs obsta, sero medicina paratur.
 Cum mala per longas conualuere moras.*

Et Virgilius 3. Georgicor.

*Alitur vitium, viuítque tegendo:
 Continuo culpam ferro compeſce, priusquam
 Dira per incautum serpent vestigia vulgus.*

Omitto eius rei reliquos testes, cum natura nos moneat vniuersorum malum nullo remedio sublatum reliquam integram partem labefactare: sic aqua, quæ situm contrahit, longiori tempore magis putris efficitur: aer semel incipiens corrumpi, vicinas partes populatur eadem contagione: ignisque paulatim vires consumprices auget: morbi in corpore, in sanas corporis partes, ni subueniatur, serpunt, vt inde accidat nunquam diu mala, potissimum magna, latere posse, vt dicebat Medea apud Senecam tragæd. 7. quæ Medea inscribitur, act. 2. scena 1. vers. 41. Vires virus sumit cundo, & initium cladis, ab initio inuisibile vel contemptibile, sed tandem maiori priuatione eius quod de-

sideratur memoria incutit. Et vt absoluam
 malè agendi impœnitentia, quæue est
 absque vltione, delinquendi promptitu-
 do, transit in negligentiam & contemptũ
 boni, negligentia in obdurationem, obdu-
 ratio in consuetudinem, & sic in pœna-
 rum seueritatem. Et idcirco bonum fit
 hominem de medio tolli cita vindicta, ne
 pœnæ illi posthac accumulentur. Nam &
 grauiores pœnæ infligi debent in delictis
 repetitis, ex responso Callistrati in l. capi-
 talium, l. 28. §. solent, de pœn. lib. 48. n. tit.
 19. Modestini in l. 30. si plures. & Arriani
 in l. non omnes, l. 5. §. desertor, de re milit.
 lib. 46. n. tit. 16. Et quatuor Cæsares Gra-
 tianus, Valentinianus, Theodosius, & Ar-
 chadius cùm iuberent in l. 3. de Epif. au-
 dien. lib. 1. C. tit. 7. aperiri carceres in die
 Paschatis fontibus leuiorum criminum,
 hæc verba in §. fin. addunt: *Hi ergo tali quo-
 que sub astrictione damnati, indultum nostra se-
 renitatis eo præcepti sine concludimus, vt remissi-
 onem venia crimina nisi semel commissis non ha-
 beant: nec in eos liberalitatis Augusta rife-
 ratur humanitas, qui impunitatem veteri
 admissi, non emendationi potius, quàm con-
 suetudini deputarunt.* his addere licet, maius
 bonum ex punitione maleficij sequi, dum
 corpus castigatur vel vt anima salua fiat,

pre

pretiosior cum sit salus animæ corporali salute. Sic tradidit D. Paulus viuentes Sathanæ Hymenæum & Alexandrum, vt discerent bonum maius operari, nempe non blasphemare 1. Corinthio. 1. vers. 20. Et rursum 1. Corinth. 5. b. vers. 3. & 4. 5. de eo qui cognouerit vxorem patris sui, ait. *Ego absens corpore, præsens autem spiritu iam indicaui vt præsens, cum qui sic operatus est, in nomine domini nostri IESU CHRISTI, congregatus vobis & meo spiritu, cum virtute domini nostri IESU, tradere huiusmodi hominem Sathanae in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die domini nostri IESU CHRISTI.* ex quibus & facilis ad alia exempla similia dabitur aditus. Et liquet eius priuationis consideratione quid sit bonum, quidue malum. Nomen latet tamen, alias boni fuisse aliorum finitiones, quas non sequor: nempe quod bonum sit quod expetibile, item quod honestum, item quod verum. Quarum & Seneca quasdam improbat. lib. 2 1. Epist. epist. 1 18. Scio & eundem, bonum dixisse id esse, quod ratione habet lib. 2 2. Epistol. epist. fina. bonumque tantum esse quod intellectu percipitur, non sensu. Et noui aliter Biam, aliter Zenonem, aliter alios sensitisse: qui tamen potius quoddam particulare bonum descripserunt, bonique spe-

cies, quàm bonum in genere. Quocirca
 mihi mea generalis sufficiensque videtur
 finitio, illa omnia complectens: placetque
 ita bonitatem, & quæ inde bona oriri pos-
 sunt, describere, donec optimus maximus-
 que Deus, cuius benedictum nomen in se-
 cula, dignetur nobis, vel alteri qui nos ad-
 moneat veriorum demonstrare. Fatemur
 enim ingenue nobis multa incognita, ne-
 que amplius quàm Deo placuerit scire.
 Interim tamen, vt faciam satis lectori
 quantum consequor, huic capiti quasdam
 annectam species bonitatis, & boni, per
 quas quodlibet esse bonum, vel malum,
 vno ictu oculi apparebit: & sic de singulis
 principijs supremis, Deo iuuante, tabellas
 efigurabo, quas addiscere quemque &
 mente tenere oportebit: quibus singula-
 riter contraria opponemus e regione. Sed
 antea semper notemus expedit vltima
 verba definitionis bonitatis, & boni: in
 quibus dicimus considerandum semper
 idem subiectum & tempus. Nam diuersa
 subiecta & tempora rerum variant consi-
 derationes. bonum namque vni subiecto
 est, quod alij malum est: & bonum eidem
 subiecto vno in tempore, quod in alio
 eidem malum est. sic de magno, durabili,
 potentia, & similibus principijs. Exem-
 plum

plum vtriusque sit in boni specie: quædam sunt quæ decent pueros, quæ viris indecora sunt: rursus viris cibi solidi boni sunt, pueris lactantibus mali. Et bona quædam dicuntur seruis, vt flagella, quæ mala liberis hominibus; veluti magnum dicitur, respectu indiuiduorum, veluti faba respectu aliarum eius generis, vel respectu grani sinapis maxima: respectu hominis, mundi, minima. De duratione & alijs idem conijcere licet: in tempore etiam quædam præsentis tempore bona sunt, veluti sanis bonum comedere quædam, quæ ægris iisdem mala sunt; & maior magnitudo viris quàm pueris, & sic de similibus. Et ex subiecti consideratione iurisconsulti similia tradunt, & esse inde censenda negotia: vel ratione dignitatis, vel ætatis, vel similibus eiusdem generis, vt apud Paulum, secundum ea variare operum præstationem rescriptum est in l. eius artificij, l. 16. de oper. libert. lib. 38. tit. 1. Et separatâ cõditione habetia, separata indigere cõsideratione, respõdit Jul. in vsucap. partiũ diuersarum fundi, quæ egerat separata vsucap. l. qui fundum possid. l. 7. de vsuc. pro empt. lib. 41. tit. 5. Scorsum itaq; tractãda, & separatim quæ separata sunt, vt idem Iulianus tradit de rationibus scorsum red-

dendis à seruis, qui seorsum administrauerant in l. si quis ita libertatem, l. 13. §. si duo serui, de sta. liber. lib. 40. n. tit. 7. Separata autem dicuntur, vel substantia, sine genere, vel indiuiduo: & hæc ferè vnicuiq; distincta apparent, vel nomine, vel re ipsa, diuisis rebus. Et sic separata docet testamenta, nec eiusdem efficaciz, & codicillos, quia diuersa habeant nomina. Constantinus Cæsar in l. si idem, l. 7. de codicil. lib. 6. C. tit. 36. vt & indiuiduorum distinctio, cuiuslibet vel rudiori subijtur oculis, quòd numero inter se distet, & forma & quantitate, & alijs rebus sensib⁹ expositis. Et hæc latè quis haurire potest ex Vlp. in l. si quis, in fundi vocabulo, l. 4. de leg. 1. lib. 30. n. tit. 1. cum similibus ibi notatis. de quibus latius cum de differentia Deo iuuantè loquemur.

Et iidem iurisperiti etiam dixerunt, quod pertinet ad tempus, sequi ex illo diuersam considerationem, sicuti priscis temporibus licebat Episcopis tertiam partem prouentuum parochiarum suarum diocesis accipere, nunc non licet. in cano. priscis, & can. seq. 10. q. 3. in 2. parte decreti Gratiani. Multa & in præceptis diuinis mutata sunt, pro temporum varietate, in ceremonijs, repudio, esu carniarum, & in alijs
de

de quibus in cano. ab exordio, 30. dist. in 1. parte decreti. Et tempus multorum æstimationem variat, sicut & locus apud Paulum in l. pretia rerum, l. 63. §. fin. ad l. Falc. lib. 35. tit. 2. cum similib. à glo. citatis. Quia & rerum etiam natura tempore immutatur, & corrumpitur & augetur: *Quem vides puerum formosum, vid. bis deformem in senecta. vetustas pauca non deprauat, multa tollit*, inquit M. Varro lib. 4. de ling. Latina. Quare & Saturnus Græcis *γεῖνος*, quæ *γεῖνος*, tempus, ferens symbolum temporis, falcifer, & edax rerum, dicebatur, vt apud Ouidiū 1. Fastorum: & fingebatur partum deuorare, & deuoratum euomere, quòd noua ex deformatis faceret, vt & Cicero scribit 2. de Natur. Deor. & Phronotus lib. qui *Ἰουλιανὸς ἐπι τῆς τῶν θεῶν φύσεως*, de natu. Deor. qui illi attribuit rerum omnium mixtionem: scribit & Iulianus Aurelius lib. 3. de Cogno. Deo. cap. 2. Explicat & Macrobius lib. 1. Satur. cap. 8. & 22. Qui ideò putant, quia rerum continuam mutationem & factionem tempus facit, Saturnum idem esse quod Solem. Dixit & Iustinianus naturam hoc esse, qui nouas semper deproperet edere formas, vt humanæ res semper in infinitum occurrunt. in l. 2. §. sed quia diuinæ, de veter. enucle. lib. 1. C. tit. 20.

7 *Synopsis eorum que Quae bonitatis exē-
bonitatem referunt. plis repugnant.*

Acceptabile, de quo Repudiandum.
tractatur c. 6. istius
libri.

Accommodatū, com Inconueniens, dispa
modū, conueniens. ritas.
c. 7.

Æquum, iustū. c. 8. Non æquum, iniu-
stum. & c.

Benemeritum, bene Malemeritum, ma-
ficum, benignum, lignum, & quod
omne quod ex be- componitur ex di-
ne componitur, vt ctione malè, vt ma
benedictio. c. 9. ledictio.

Communicatio. c. Restrictio, auarum.
10. Item diffusio,
extensio.

Debitū. vide dignū. Indebitum.

Desiderabile. cap. 11. Fugicendum.

Dignum, dignitas. Indignum.
c. 13.

Donatio. vide com- Tenacitas.
municatio.

Dona Dei. c. 12. Diaboli mala.

Esse, essentia, existē- Nihil, non esse. Quæ
tia, 14. & quæ ea destruūt & minuūt
essen

prædicant, v^t actio, essentiam.
 constructio, ædifi-
 catio. &c.

Fœlicitas.

Gloria.

Beatitudo.

} 15. Infœlicitas, dånatio.

Fructiferum. vide Infrugiferũ, sterile.
 essentia.

Gratificũ,

Gratitudo,

Gratum,

} 16. Ingratitudo, ingra-
 tum.

Honestas, decus, ho-
 noratum, castum.
 &c. 17.

Turpe, dedecus. &c.

Fama bona.

Infamia.

Idoneum, vide ac-
 commodum.

Iustũ, vide æquum. Seruitus.

Libertas. cap. 18.

Melioratio. vide es-
 sentia.

Mortis obliuio.

Mortis cogitatio, 19.

& quæ inde se-
 quuntur.

Ignobile, vile, abie-
 tum.

Nobilitas, nobile 20.

Ornatum. vide hõ-
 nestum. Incomptum, inorna-
 tum.

Pax. c. 21.

Dissidium, bellum.

Perfectum. c. 22.

Imperfectum.

Pul-

Pulchrum. 17.	Deforme.
Ratio. 23.	Irrationale.
Salus, salubre. vide essentia.	Insaluber, ægritudo.
Sanctum. 24.	sine timore Dei.
Transcendentia o- mnia nostra.	
Verum. 25.	Falsum.
Vtile. 26.	Damnum.

Sunt & quædam adiaphora, quæ vel
vſus, vel intentio agentis, aut bona aut
mala facere potest.

Docetur acceptabile bonum esse.

C A P. VI.

ENUMERATIS quæ bonū referre vidē-
tur, cōsequēs nunc est, vt ea bona esse
probemus in discentium gratiam, quibus
vel præmandere cibum oportet, si velimus
hinc illos vtilitatem quandam percipere,
quod maximè omnibus cōtingere in Dei
gloriam desideramus. Et quanquam per
se hæc & his similia esse bona in confesso
sūt, conabimur adhuc, facem lumini ad-
dere, eoque ordine, quo proposuimus,
singula talia esse exponemus, vt ex propo-
sitis

fitis alia quæ occurent tractanda faciliùs percurri possint.

Acceptabile bonum itaque esse constat, quòd conueniat ei finitio bonitatis. Est enim essentia & actus supra priuationem. item omne appetibile per se, bonum, vt docuimus suprâ, & postea dicemus. acceptabile autem est per se desiderabile: ergo bonum. Et ita Cicero s. Tusculanar. argumentatur, *Bonum, inquit, est quicquid expetendum. quod enim expetendum, approbandum: quod approbandum, gratum & acceptum habendum est.* Dico autem acceptabile, non acceptionem, vel acceptum. Intellego namque bonum esse tantum quod dignum est & rationi conueniat vt accipiat. non enim semper bonum est accipere, iuxta vetus prouerbium Græcorum ἕτε πάντα, ἕτε πάντοτε, ἕτε παρὰ πάντων, id est, non omnia, nec passim, nec ab omnibus, scilicet accipienda esse. aliquid tamen, & aliquando, & ab aliquibus accipiendum. Nam valde inhumanum est à nemine accipere, sed passim, vilissimum, & omnia, auarissimum. Erâtque in mandatis Seueri imperatoris & Antonini, ne donum vel munus ipse proconsul, vel qui in aliquo officio est, acciperet, emerétue quid nisi victus quotidiani causa: quod tamen ad xenia Vlpia.

inter

Interpretatur non porrigi l. solet etiam l. 6. §. fin. de off. procons. lib. 1. n. tit. 16. Mandata autem erant secundum legem Cinciam, quæ huiusmodi constitutionem antè decreuerat, vt author est Cicero orat. pro lege Manil. & alij. Cuius rei multæ sunt rationes. publicam vtilitatem respicientes, & per alias species bonitatis comprobata: quas silemus breuitati studentes. Erit autem acceptabile hîc, quod iustè & legibus non vetantibus acceptari potest, veluti etiam dum permittitur acceptio personarum, dum alij alijs iustè præferuntur: vt qui bene præsunt, duplici honore digni habeantur, maximè qui laborant in verbo & doctrina, 1. epist. D. Paul. ad Timoth. c. 5. c. verb. 17. Hâcque de re scribit D. Hieronymus epist. ad Rusticum Episco. Narbo. & refertur in cano. ecce ego dico, 95. dist. de her. & acceptio fieri personarum legitimè, vt stultis præferatur sapiens, siue in dignitatibus, siue in alijs honoribus: nam si aliter fiat, malum est. Ergo ita fieri bonum. Ideo Ecclesiasticus c. 10 b. vers. 16 & 17. ait, *Est malum quod vidi sub Sole, quasi per errorem egressionis à facie principis, positum stultum in dignitate sublimi, & diuites sedere deorsum. vidi seruos in equis & principes ambulantes super terram.*

terr
ritè
qui
tit.
ribu
form
rum
frui
pella
fama
tudo
segre
mon
fona
vide
illas
Para
c. 2.
disti
his,
ipsis
corr
Cæ
siden
tion
laris
pra
2. c.
quæ

terram quasi seruos. Ideo Roma. Imperator
ritè Reipub prouidere desiderans, in l. ne
quis ex vltimis, l. 6. de dignitat. lib. 12. C.
tit. 1. scribit, Ne quis ex vltimis negotiato-
ribus, vel monetarijs, abiectisque officijs, vel de-
formibus ministerijs, stationarijs, omnique officio-
rum fece, diuersisque pactis, turpibus lucris, aliqua
frui dignitate pertinet, sed & quis meruerit, re-
pellatur. Et rursum l. 2. eod. sub tit. Non
famosis, & notatis, & quos scelus aut vita turpi-
tudo inquinat, quos infamia ab honorum catu
segregat, dignitatis portæ patibunt. Neque nos
moueat quod vulgò fertur, non esse per-
sonarum acceptionem apud Deum, vs
videatur, nec distinguendum esse inter
illas in iudicio. Sic enim scriptum est 2.
Paralip. 19. b. vers. 7. & D. Paul. ad Roma.
c. 2. b. vers. 11. Nam & non habendam
distinctionem admittimus personarum in
his, in quibus aliud queritur, quàm de
ipsis personis: omnes enim æquali sorte
corpus & animam à Deo acceperunt.
Cæterùm in bonis quæ in personis con-
siderantur, præferuntur personæ, non ra-
tione faciei exterioris, sed ratione singu-
laris boni, quod in ijs vel circa eas, est su-
pra cæteras personas. Sic in libro Paralip.
2. c. 19. præfertur iustitiæ æquitas, de qua
queritur inter personas: apud Paulum ad
h
Roma.

Roma c. 2. fides, & alibi epist. ad Philip. c. 6. b. vers. 8. & 9. in boni operatione non est erga Deum acceptio personarum, siue eę sint liberaę, siue seruę conditionis, vt etiam idem scribit D. Paulus ad Colloss. 3. b. vers. 11. omnes pari ratione creature ipsius sunt. Caterum bonum & malum quod in ijs reperitur, consideratur vltra genus commune, vt scribit Gregorius IX. Pontifex in c. venerabilis, c. 37. de pręb. lib. 3. Decreta. tit. 5. & D. Augustinus de bono coniugali, in cano. sicut satius est fame mori 32. quęst. 4. in 2. par. dec. Bonifa. & in vlt. par. in cano. nec quenquam de consec. dist. 4. Sic vnusquisque prout gessit in corpore suo, siue bonum, siue eadem, siue malum, damnationem accipiet, vt scribit D. Arhanasius in symbo. fides ex euan. D. Ioan. c. 5. e. Et oportet, inquit Paulus, 2. Corinth. c. 5. b. vers. 10. *omnes nos manifestari ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum.* & per totum 25. c. Matthę. Et Lucę 13. e. cum similib. de hoc etiam admonuit Deus Cain, Genes. 4. a. vers. 7. *nōne si bene egeris, recipies: sin autem malę, statim peccatum tuum in foribus?* Sed & qui meliũs egerunt, honoratiores apud Deum & maior gloria fulgebunt.

Sic

Sic
de iu
sau
in for
stiam
illoru
dinet
nabu
Mat
cele
alia
terre
Lun
ab st
mo
15.
sulto
elect
lia, in
num
eo i
scien
repu
acce
& di
orat
oder
Dili
sibi

Sic enim scribitur Sapien. c. 3. a. 6. loquente de iustis Sapiente vers. 5. & seq. *Deus tentavit illos, & invenit dignos se. Tanquam aurum in fornace probavit illos, & quasi holocausti hostiam accepit illos, & in tempore erit respectus illorum. Fulgebunt iusti, & tãquam stella in arundineto discurrent. Iudicabunt nationes, & dominabuntur in populis, &c.* Et refertur apud D. Matthæ. c. 13. f. vers. 43. quòd alia corpora cœlestia, alia corpora terrestria sunt: sed alia cœlestium quidem gloria, alia autem terrestrium: & alia claritas Solis, alia Lunæ, alia stellarum: utque stella differt ab stella in claritate, sic & resurrectio mortuorum, inquit D. Paulus 1. Corinth. 15. e. f. vers. 40. 41. 42. Apud iuriconsultos etiam magistratuû prælatio, rerum electio, & repudiatio, multaque his similia, in quibus id quod acceptabile est, bonum est: quod repudiandum, malum in eo in quo repudiatur. Sic in omnibus scientijs & artibus acceptabile bonum, repudiabile malum. Dicam autem semel acceptabile id esse, quod bene placitum, & dilectum est: nemo quippe diligit cum oratione quod malum est, sed illud odit. oderunt & animalia nociva & sibi mala. Diligit quisque maxime ea quæ conferre sibi existimat, & ex quibus arbitratur

suam fœlicitatem pendere, vt scribit Plato lib. 31. dial. 3. de Repub. vel de iusto. Quæ enim quis appetit diligitue, illo indigere videtur: & ita bonum amicum est, vt idem Plato scribit lib. 12. in Lyfide, siue de amicitia. Sic in historia Ester c. 10. a. vers. 3. narratur de Mardocheo, quòd acceptabilis plebi fratrum suorum esset, addit rationem, quòd esset quærens bona populo suo, & loquens ea quæ essent ad pacem. Sic in Leuitico c. 1. a. vers. 3. 4. loquens Dominus de offerēdo holocausto, *Masculum immaculatum de armento offeret ad ostium tabernaculi, ad placandum sibi Dominum, ponetque manus super caput hostiæ, & acceptabilis erit. Ratio, atque in expiationem eius proficiet.* Et in reliquis scripturæ sacræ locis, acceptabile pro bono semper habetur, vt apud Esaiam c. 56. b. ver. 5. dies acceptabilis Domino, & tempus acceptabile. item 2. Corinth. 6. a. ver. 2. hostiæ acceptabiles. 1. Petri 2. a. ver. 3. & alibi. in qualibet etiam arte id dicitur acceptabile, siue id fuerit terminus, siue propositio, siue ratio, vel aliud, quod artem iuuare possit, non quod destruat. Et instrumenta acceptabilia, quibus quis vti possit bene ad opus, figuræque acceptabiles, quæ secundum artem, & constitutam approbatamque rationem

rationem
math
que
chan
cepta
doce
& hu
sint a
da &
iuuar
bene
infini
posit

D

A
esse:
quod
plica
con
nam
bonu
fit vi
pictu
tica

F

M

zationem fiunt, siue in literis, siue in mathematicis demonstracionibus accidat querere, vel in pingendi arte, vel alijs mechanicis. Potest & quid probari esse acceptabile per alias bonitatis species, vt id doceatur esse iustum, æquum, pulchrum, & huiusmodi. quia talia bona sint, & bona sint acceptabilia, desiderabilia, persequenda & diligenda. Sic enim mutuò se species iuuant, & se inuicem probant. vt si quis bene hæc memoriæ commendet, statim infinitas prope paratas habeat ad proposita probationes.

De accommodato. CAP. VII.

Accommodatum, appositum, decens, ¹ vel quod congruit, bonum dicimus esse: contrarium, malum. Bonum, quia quod congruit, addit essentiam, & multiplicat: quod proprium esse diximus boni. contrarium quod non congruit, priuat: nam diminuit pulchritudinem, vel statum bonum rei, vt aliud quidpiam, quàm quod sit videatur: quare id malum dicitur: vt de pictura Horatius in princ. de Arte pœtica scribit,

Humano capiti ceruicem pictor equinam.

Iungere si velis, & varias inducere plumas,

*Vndique collatis membris vt turpiter atram
Desinat in piscem mulier formosa superne,
Spectatum admissi risum teneatis amici!*

Dixit & Innocent. 1 : 1. summus pontifex turpem esse partem, quæ suo non congruit uniuerso in c. fin. de sponsa. duorum. lib. 4. decret. Greg. tit. 4. Quod autem turpe est, malum præ se fert, vt infra docebimus: ergo bonum est, si congruat. Sic Ulpianus in l. congruit, l. 13. de off. præf. lib. 1. § tit. 8. congruere ait bono præfidi, paccatam & tutam à latronibus reddere prouinciam: congruere bono, id est, ad bonitatem præfidis pertinere. Sic alibi in eod. tit. Callistratus iurisconsultus l. obseruandum est, l. 19. de offi. præfid. § iudici conuenientes mores, vt conseruetur dignitas, nec ea minuat, præscribit: vt sit in adeundo facilis, ne cõtemni se patiat, neminem in vltimam familiaritatem admittat prouincialium, sit constanti & immutabili vultu in audiendis controuersijs. Et quod id bonum sit probat à finitione bonitatis: *Quia, inquit, ita auctoritatem dignitatis suo ingenio addit, essentiam auget, & si id non agat, minuit.* Sic Iurisconsulti bonum & vberimum putant fundi confinis dominum, etiam si quid pro eo dandum sit

fit
nob
co
ma
in l
tit.
con
qua
con
de v
dis
in
vni
in v
Co
in f
lita
gni
furi
thra
tim
let
con
ioca
cum
tun
c. 2
ora
aliu

sit supra communem æstimationem, quia
 nobis commodus est, & intersit nostra,
 confines, fundos etiam supra iustam æsti-
 mationem acquirere, vt scribit Neratius
 in l. si cui fundus. l. 56. de lega. 2. lib. 31. ¶
 tit. 1. Atque ijdem iurisperiti regulam
 constituunt, bona propriè dici non posse,
 quæ plus habeant incommodi, quàm
 commodi, ex Iuliano. in l. propriè, l. 83.
 de verb. signi. lib. 50. ¶ tit. 16. Sic antiqui
 disparitatem, & malè coherentia omnibus
 in rebus, & non congruentem rerum
 vnionem, improbarunt, vt malum. Atque
 in verbis & in locutionibus poëtæ Tragicæ,
 Comiciuè, & personis quas introducunt
 in scenam, verba pro personarum qua-
 litate accommodant, seruilia seruis, ma-
 gnifica & liberalia Regibus & liberis,
 furibundis truculenta, militibus superba,
 thraconibus blanda, mulieribus varia &
 timida tribuentes. Neque in conuiujs
 lætis quis bene tractauerit de funere, nec
 contrà inter luctuosos funerum cineres
 iocabitur: nec bene conueniunt psalterium
 cum cithara, & musica in luctu impor-
 tuna narratio, vt scribitur in Ecclesiastico
 c. 22. Et quanquam sit varius ornatus
 orationis & multiplex, conueniâtque
 alijs alijs, nisi fuerit tamen accommodatus

rebus aut personis, non modò non illustrabit eam, sed & destruet, & vim rerum in contrarium vertet: vt si gènus sublime paruis in causis, paruum illiniatúmque grandibus, latum tristibus, lenem asperis, minacem supplicibus, summissum contitatis, trucem & violentum iucundis adhibeamus, vt scribit Quintilianus lib. 11. Instit. orator. c. 1. Et ampliùs lib. 8. c. 3. ex Cicerone dicimus & improbam orationem, in qua partes sibi non congruunt etiã ordine Grammatico: bonam autem, eam, in qua partes, nomen, pronomen, verbum, & reliquæ sibi, medijs & modis certis, conueniunt. Sic quæ à rusticæ vitæ
 3 sectatoribus suis temporibus seruntur, vel euelluntur, vel putantur, bene fiunt, quia aptis & accommodis diebus alijs temporibus, malè fiunt. Et ita Phronutus lib. qui inscribitur *θευρία περί τῆς τῶν θεῶν φύσεως*, de natu. Deorum c. *περί τῶν ὥρων*, de Horis, scribit, *διὰ δὲ τὰν τῶν πλὴν αἰτιῶν, καὶ ἐν δέμῳ ὁ ζῆλα ἔγεται γεννῆσαι τὰς ὥρας, ἢ πῶν τὰ ἀγαθὰ πάντα ἐν ἡμῶν ὀρέγεται, καὶ φυλάττεται*, id est, non dissimili ratione motus, fertur Iupiter ex Themide sustulisse Horas, ex quibus omnia bona quæ nobis adsunt custodiuntur, & seruantur. Et quia ex Deo opportunitates temporum sunt, non dubium quin & opportu

opportuno tempore accommodata bona
sint: cùm nomine Iouis & Themidis anti-
qui Dei providentiam bonùmque ipsum
rerum annotarunt, eo pacto arbitrati ex
illis natas Horas, vt etiam tradit Hesiodus
circa finem Theogoniæ, de Ioue loquens:

διῦτερρον ἠγάγετο λιπαρὸν δέμιον ἢ τίμειρον ὄρας.

Postea duxit Iupiter splendidam Themim, quam
peperit Horas.

Vnde & Homerus in carmine in Apoll.
vocat ὄρας ἐυφρονάς, Horas bene sapientes,
sicut scribit Pindarus ode 10. Pythior.
Strophe 4. vers. 3. ὁ δὲ καιρὸς ὁμοίως παντὸς
ἔχει κορυφαίον. temporis opportuni apprehensio, totius
negotij pariter habet summum & caput. Et
virum, qui tempori scit se aptum & con-
ueniētem reddere, bonum certè dicemus
cum Archita Pythagorico, φησὶ, inquit, δι-
τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα τὸτον εἶναι, τὸν πράγμασι
μεγάλοις καὶ χειροῖς καλῶς χροῦμενον. ὅτι δὲ καὶ
ἐν ὀνυχίασιν τε διδάμεν & καλῶς φέρον, καὶ
πάλιν ἀτυχίασιν, καὶ ὅτι τὸ τοῖς καλοῖς καὶ τιμίαις
ἀξί & γενόμεν & τῶν ὑποκειμένων, καὶ μετα-
βαλοῖσας τὰς τύχας εὔ τὸ παρὸν ἐνδεχόμενος. I.
Virum sanè bonum esse dico, qui rebus magnis
& temporibus rectè utatur: talis autem erit,
qui prosperam fortunam nouit rectè ferre, & ad-
uersam: & qui rebus pulchris & praeclaris obuen-
dis non erit impar: qui fortuna mutata, praesentem

statum boni consulat. Quibus possem alia de
 his subiungere: omitto tamen, quia in
 nostra Themide de Horis latè disputauimus. Porro ex hac aptitudine cognoscere
 licet disparitatem bonum non esse, neque
 in vnius subiecti consideratione, eo quòd
 non congruant sibi disparia. Exemplum
 sumatur ex matrimonio, quod vnum
 quoddam facit ex duobus corpus: dictum
 enim est de eo, *Erunt duo in carne vna.* Ge-
 nesis 2. d. ver. 24. Matthæi 19. a. ver. 5.
 Mar. 10. a. 7. ad Ephesios. 5. 9. ver. 31.
 1. Corinth. 6. d. ver. 16. Quod & expli-
 cat Innocentius III. in c. debitum, c. 5.
 de bigam. lib. 1. Decreta Greg. tit. 21. &
 in cap. gaudemus in domino, c. 8. §. quia
 verò, de diuort. lib. 4. decre. tit. 19. & in
 eano. lex. diuina constitutionis, 27. q. 2.
 in 2. par. decreti Gratia. Arque Mode-
 stinus in l. 1. de rit. nupt. lib. 22. π. 2. vni-
 tatem, & conuenientiam, & bonum, & Dei
 bonitatis participationem in nuptijs de-
 monstrat, ex earum finitione. *Nuptia,*
 inquit, *sunt coniunctio maris & femina, consor-*
tium communis v't.e. diuini & humani iuris com-
municatio. Ex quibus sumpsit suam finitio-
 nem nuptiarum Iustinia. in §. 1. de patr. pot.
 lib. 1. Inst. iur. ciuil. tit. 9. Hæc cõiunctio ita-
 q; si bene inter se cõueniunt cõiugati, bonum
 maxi

maximum, atque honorabile in omnibus
 coniugium, & thorus immaculatus, vt
 scribit Diuus Paulus. ad Hebræos c.
 13. a. vers. 4. & bonum nubere. i. ad Co-
 rinth. 7. Conuenient autem maximè si
 eiusdem religionis, iisdem moribus, &
 eiusdem animi sunt, si pares genere & for-
 tunis: vt imparitas horum, malum super-
 inducit discordiæ nuptijs. Docent ea quo-
 tidiana rerum exempla, quibus præmo-
 nitus quisque disparitatem vt malam præ-
 cauere debet. Nam quòd pertinet ad reli-
 gionem, numquam vlla est communio
 vel pax inter CHRISTVM & Sathan, &
 filios Belial, iustitiæ cum iniustitia, fideli
 cum infideli. vnde D. Paulus 2. ad Co-
 rinth. 6. c. vers. 14. *Nolite, inquit, iugum
 ducere cum infidelibus.* canon. resuscitatus, de
 pœnit. dist. 1. in dec. Gratia. Colligit & ma-
 la quæ ex matrimonio hominis fidelis &
 infidelis oriuntur Tertullianus lib. 2. ad
 vxor. vbi & prohibet nubere infideli, atq;
 interpretatur caput 7. prioris epistolæ ad
 Corinthios c. vers. 14. dum dicitur, *Sancti-
 ficatur vir infidelis per mulierem fidelem, & con-
 trã.* & vers. 12. *Si quis frater vxorem habet in-
 fidelem, & hæc consentit habitare cum illo, non di-
 mittat illum: & si qua mulier fidelis habet virum
 infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non
 dimittit*

dimittat illum. Intelligiturque illa verba Ter-
 tullianus, non de ducenda infideli vxore
 post fidem susceptam, sed de coniugio
 iam facto, tempore, quo alter coniugum
 fit Christianus. Quod & probat textus
 D. Pauli, dum ait, *Si quis habet uxorem infi-
 delem, non enim dicitur, si quis ducet.* proba-
 turque ex eodem Paulo eodem loco, *si
 quis vult nubere, nubat tantum in Domino.*
 dixit enim, *tantum, in Domino,* non cum in-
 fideli aut gentili. Et Cæsares Valentini.
 Theodos. & Archadius prohibuerunt
 connubia inter Christianos & Iudæos in
 l. ne quis Christianum, l. 5. & l. nemo Iu-
 dzorum, l. 6. de inde. lib. 1. C. tit. 12. &
 cano. Iudæi, 28. q. 1. in 2. par. Decret.
 Gra. ex concilio Toletano 4. Accipitur
 enim mulier coniunx in sociam diuinæ
 & humanæ domus, vt scribit Gordianus
 Impera in l. aduersus, l. 4. de crimi. expill.
 hæred. lib. 9. C. tit. 32. Ratio autem ab
 ipso Deo adfertur Exod. 34. b. vers. 11. &
 sequent. *Obserua iurata quæ hodie mandauit
 tibi, ego ipse eiciam ante faciem tuam Amor-
 rhaum, & Chananeum & Hethaem, Pharesaem
 quoque & Henaem & Iebusæum. Caue ne vnquam
 cum habitatoribus terra illius iungas amicitias,
 quæ sint tibi in ruinam, sed & aras eorum destrues
 &c.* Et postea, *Ne in eas pactum cum hominibus
 illarum*

illarum regionum. Ne cum fornicati fuerint cum dijs suis, & adorauerint simulachra sua, vocet te quissiam vt comedas de immolatis. Nec uxorem de filiabus eorum accipies filijs tuis, ne postquam ipsa fuerint fornicatae, fornicari faciant & filios tuos in Deos suos. Maximum certè malum idololatriæ, quod à mulieribus infertur, vt vix sperandum sit illam disparitatem scienter electam religionis, in malum pronam, sapientia corrigi posse: nam & Salomon sapientissimus habitus, illa spe deceptus corrui. De eo sic scribitur 3. 7 Regum. c. II. a. ver. 1. & sequent. Rex autè Salomon adamavit alienigenas mulieres multas, filiã quoq; Pharaonis, & Moabitidas, Ammonitidas, Idumæas, & Sidonias & Cithæas, degentibus, super quibus dixit Dominus filijs Israël, Non ingredimini ad eas, neque de eis ingredientur ad vestras: certissimè enim auertent corda vestra vt sequamini Deos earum. His itaque copulatus est Salomon ardentissimo amore, fueruntque ei uxores quasi regina septingentes. Et auerterunt mulieres cor eius. Cùmque iam esset senex, deprauatum est cor eius per mulieres vt sequeretur Deos alienos: nec erat cor eius perfectum cum domino Deo suo, sicut cor David patris eius, sed colebat Salomon Astartem deum Sydoniorum, & Chamos deum Moabitarum, & Moloch idolum Ammonitarum: & qua sequuntur. Ex quibus

8

quibus patet disparitatis incommodum in
 thori coniunctione ex religione. Non
 ignoro tamen religionis cultum diuer-
 sum (si tamen ijs diuersus iuste permissus
 fit) apud Leonem Cæsarem non dirimere
 matrimonium , nec ideo iam sponsalibus
 præcedentibus esse eidem impedimento.
 l. si legibus, leg. 16. de Episc. aud. lib. 1. C.
 tit. 7. De hæreticis etiam cautum ab In-
 nocentio 111. in c. quanto, de diuor. lib. 4.
 Decret. tit. non licere quidem prætextu
 quòd alter coniugum in hæresin lapsus
 est , soluere matrimonij diuinum vin-
 culum. Scio & D. Augustinum dixisse ad
 Pollentium, c. 13. lib. 1. de adult. coniug.
 ex quo sumptum iam nunc illud, & can.
 sic enim nec. 28. q. 1. licere recedere
 Christianis factis ab infidelibus coniugi-
 bus: sed non expedire, nisi coniugem ad
 idololatriam impelleret: tunc enim eam
 relinquere tenetur, vt idem alibi scribit
 Augustinus lib. 1. de verb. Domini in
 monte. & in lib. 2. de adulter. coniug. &
 in cano. idololatria. & can. non solum, 28. q.
 1. Cæterum Leo ipse viderit, num duæ
 religiones simul approbatæ in eodem re-
 gno esse possint sine vindicta, iniuria &
 odio Dei, & loquantur nostra tempora:
 mihi enim satis compertum est, seditioni-
 bus

bus, quibus æstuauit tota Germania, & Gallia, non posse duas religiones contrarias inò & diuersas sustineri in eadem monarchia, non dicam domo, vbi magis perniciofa pestis. Quare & statuendum esse arbitramur, ratione religionis diuersæ, vel ratione hæreseos pertinacis, non quidem esse opus repudiatione, sed dissolutione quæ fiat gladio vltore, auctore iudice: vbi lex Dei sola seruetur, & non permittitur contrarium. Sic enim tollitur venenum cum fera pestifera & alter coniugum solutus à lege matrimonij, liberè poterit cui voluerit nubere in Domino, malum igitur hoc maximum euitetur, & disparitas ante matrimonij fœdus, & sequetur bonum, nempe cultus Dei æqualis, & accommodatum vtrisque iugum. Adfert & alia pleraque bona hæc convenientia, quæ nuptijs copulat: disparitas contra mala alia. Sic enim dixerunt antiqui, & post illos Pindarus. Et post hunc Æschylus scribit in tragæd. Prometheus ligati, sub persona chori Nympharum, quæ laborem admirantes ijs Nymphæ, & quod à Ioue amata furijs agitaretur, ita loquuntur,

ἢ σοφῆς, ἢ σοφῆς ἢ

ὁ πρῶτος ἐν γυνίκα τὴν ἰβάνουα

ἦρα

ἡγὴ γλώσσαι διευδολόγησε,
 ὡς τὸ κινδύνου καθ' ἑαυτὸν
 ἀριστίνε μακρῶ : ἡγὴ μίτε τ' ὀλέσται.
 διαβρωσόμενον ὄντα χερνύται
 ἐραστῆσαι γάμον.

*Quam sapiens, quam sapiens eras
 qui primus in mente habuit
 & lingua explicauit,
 quod affinem & uxorem facere secundum se
 longè præstet : & neque diuitiis
 diffluens, neque genere splendens
 plebeio sit affectandum connubium.*

Et Horatius vitandam disparitatem vi
malam suadet:& Iuuenalis Saty.6.verf.165.

*Qui feret uxorem cui constant omnia malo,
 Malo Venusinam quam te Cornelia mater
 Gracchorum, si cum magnis virtutibus affers
 Grande supercilium, & numeras in dote triumphos.
 Tolle tuum precor Annibalem, victumque Siphacem
 In castris, & cum tota Carthagine migra.*

Cuius reddit rationem Pylades apud Eu-
ripidem in Oreste tragœ.act. 3.verf.378.

εἰ νότος, κακὸς γυναικὸς
 ἀνδρα γινώσκει κακὸν. id est,
*Expedit uxoris male,
 Malum esse virum.*

Et id

Et id
Carn

Il

Pr

N

Co

Et id

Ode

litate

Fa

Q

D

S

Scri

præc

lineas

pore n

etum

haber

malu

cepr

eum a

locupl

tendit

sed n

igitu

vxor

bus

Et id inter mala enumerat Horatius lib. 3.
Carmi. ode 24. vers. 17.

*Illic matre carentibus
Præignis mulier temperat innocens,
Nec dotata regit virum
Coniux, nec nitido sedit adultero.*

Et idem rursus Horatius lib. 1. Carmin.
Ode 13. circa finem: felicitatem in æqualitate & morum pacifica concordia ponit,

*Felices ter & amplius,
Quos irrupta tevet copula: nec malis
Diuisus querimonij,
Suprema citius soluet amor die.*

Scribit & Plutarchus in Præc. connubialib.
præcepto 14. Oportet, vt Geometra dicunt,
lineas, & superficies non per se, sed vna cum corpore moueri: sic vxorem nullum proprium affectum habere, sed studia, curas, risum, communia habere cum viro. Aliter, futurum maximum malum ostendit, dum eodem libro præcepto 23. ita scribit, Romanus quidam, cum eum amici reprehenderent, quòd pudicam vxorem locupletem & formosam repudiasset, calcicum protendit: nam & hic, inquit, nouus est & pulcher, sed nemo vestrum nouit vbi me premat. Oportet igitur non doti, non generi, non formæ vxoris credere: sed operam dare, vt quibus vir maximè tangitur consuetudine, &

i

moribus

moribus, & obedientia, canec dura nec molesta, sed composita, apta, iocunda praestet. Enimvero ut medici eas febres, quae ab incertis causis paulatim collectis proueniunt, magis suspectas habent, magisque verentur, quam quae manifestas magnasque causas habent: sic latentes pleurosque paruaeque & frequentes, ac quotidiana viri atque uxoris offensae, magis eos disiungunt, & vitae consortium labefactant: accedunt causae diuortij, homicidiorum, adulterij, & alia, quae ex disparitate prouenientia, dilucidè demonstrant, bonum esse quod accommodatum est, & malum dispar. item & perpendere possumus harmoniae conuenientiam, ruditatem dissonantiae, illam magnam caeli & terrae & rerum omnium cōsensum sympathiam, & alia quae ex isto fonte accommodi bonitatis summae, per media influunt, in inferiora riuulos. Et Imperator Iustinianus, in §. nos igitur maximam quomod. oport. episc. &c. in Auth. col. 1. tit. 6. Bene, inquit, *universa geruntur & competenter, si rei principium fiat decens & amabile Deo.* Sed de accommodo haecenus: ad alia transcamus.

De equo. CAP. VIII.

AEQVVM ad bonum pertinere docemus ex eo quod ponit essentiam: competat

con
bon
in T
sup
vtat
Psal
suum
et p
psal
Pro
filium
iuud
8. D
seculi
regni
44. l
aqui
nos
hon
scrib
uerb
in l
riga
Sapi
F
mu
aqui
bon
Ch

competat & Deo æquum esse : & ita sit bonitatis particeps, cum nihil ex Deo, nec in Deo, nec per Deum, quin bonum sit, ut suprâ docuimus. Quod autem æquitate utatur Deus, ex sacris constat literis ibi, Psal. 9. ver. 8. *Parauit in iudicio thronum suum, & ipse iudicabit orbem terræ in æquitate, & populos in iustitia.* idem Psal. 66. vers. 4. & psal. 95. ver. 10. & saepe psal. 118. & in Prouerbijs, c. 8. b. vers. 14. *Meum est consilium, & æquitas, mea est prudentia, mea est fortitudo, inquit, Dominus.* Et D. Paul. c. 8. b. vers. 8. *Deus dixit ad filium, Thronus tuus Deus in seculum seculi, virga æquitatis vel directionis, virga regni tui.* Quod antea David cecinit Psal. 44. b. ver. 7. & certè directio viarû quæ pro æquitate summitur apud Græcos & Latinos ad Deum solum pertinet, sicuti est hominis cor & viam suam disponere ut scribitur Prouerb. c. 16. b. ver. 9. & Prouerb. 20. d. Psal. 66. a. ideo David multis in locis, ad Deum clamat, ut vias suas dirigat. Psal. 5. 6. 7. c. 16. d. 89. d. 118. a. & Sapiens idem clamat Eccles. c. 36. c.

Hac æquitate & directione uti debemus, & mirum esse nobis non debet, si æquitatem & æquum, quod Dei habet bonum, & bonum dicamus. Quin & D. Chrysostomus in Acta Apostol. supra cap.

15. homil. 32. tomo. 3. æquitatem magnam ubique dicit bonum esse. Et rursum in cap. 25. Actu. homil. 48. idem *ἐπιείκεια* illam, vel æquitatem, magnæ virtutis indicium esse, eo quòd æquitas egeat nobili præclarâque anima, cuiuscunque generis sit. Nam æquitas, ut inquit Cicero in Topi. ad Trebat, tripartita est, vna ad superos, alia ad manes, tertia ad homines pertinet. Idque dilucidius apparebit, si de eius finitione agamus: de qua, antequam progrediar, quid mihi videatur proferam. Scio etenim variatum propter eius ignorantiam in eius effectibus à nostris iuris interpretibus, quos anonymos esse volo semper in reprehensione: est enim nominibus parcendum, cum sint cuique seculo sua bona & mala. forsan & meam sententiam alij improbabit, sed nihil moror dum modò meliora afferant: nostram enim omnia eo diriguntur, ut veritas appareat, non ut falsa pro veris fucis obscurerentur. Ergo dico breuiter, æquum ab æquali magis cognito vocabulo, siue dicamus æquale ab æquo, siue æquum ab æquali, sumpsisse originem: inde æquitas, quæ in æquali restituendo omnino versatur. Deus ab initio homines æqualitate colere docuit, ex latere hominis primi

Euam

Eu
vt h
ter
qu
der
cre
ide
cier
sub
in s
eria
æqu
bus
mun
strib
hon
gita
orb
Sic
& 3
Eua
tem
Ela
reno
8. a
mili
dica
solu
bus

Euam adiutorium simile Adamo fecit, vt habetur Genes. c. 1. deinde vt æqualitatem rebus indictam & hominibus, in suo quoq; genere ex se p̄dere, impositā ostēderet, adiecit benedictionem, vt omnia crescerent, & multiplicarentur æqualiter, id est, secundum genus proprium & speciem: neque excederent vel deficerent à substantia & potiori forma: hoc belluis in suo genere commune, hoc hominibus etiam, Geneseos 1. & 2. terra & cælum æque & plantis & animalibus & hominibus, ab initio pro cuiusque natura communia, & æqualiter sua beneficia ipsa distribuit: vna vita immortalis omnibus hominibus proposita, omnibus ratio elargita: terra, plantæ, animalia, & reliqua orbis comuniter in vsum hominū creata. Sic Deus vt habetur Genes. c. 1. vers. 29. & 3. in plurali numero ad Adamum & Euam, *Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen, & fructum omnem in escam, & cuncta animantia ad vescendum.* Et rursus cum renouasset seculum cataclysmo, Genes. c. 8. a. vers. 3. cum exisset arca Noë cum familia, et si iustus Noë tantum inuentus dicatur, Genes. 6. b. vers. 9. tamen non solum ei, sed vxori suæ & filijs & vxoribus filiorum dictum communiter est, *Omne*

quod mouetur & uiuit, erit uobis in cibum: quasi
 olera uiuentia tradidi uobis omnia. Vfus enim
 tantum, isque communis, concessus fuit.
 proprietates namque rerum, non hominum
 tantum, sed Dei est: quia Domini est terra
 & omnis plenitudo eius. Psal. 23. a. vers. 1.
 & Psal. 49. c. ver. 13. & 1. Corinth. 2. f. vers.
 26. Quod & Anacharsis nouit, dum ea
 epistola, quam ad Cræsum scribit κοινὸν δὲ
 θεῶν κτῆμα γὰρ, κοινὸν καὶ ἀνθρώπων τὸ πάλαι ἔσθ',
 id est, *communis & Deorum & hominum anti-*
quitus possessio terræ. Et Cicero, priuata esse
 natura nulla dixit, 1. Officio. quod inter
 canones Ecclesiasticos est relatum. canon.
 quo iure defendis villas 8. dist. 1. par. Decre.
 Stoicorum etiam illa fuit sententia, mun-
 dum quasi communem urbem, & ciuita-
 tem hominum & Deorum, & unumquēq;
 nostrum huius mundi esse partem: ex quo
 illud natura consequitur, ut communem
 utilitatem nostræ anteponamus, ut notat
 Cicero lib. 3. de finib. bono. Et res ipsa
 indicat nihil propriè nostrum esse, quan-
 tumuis iniuste pro nostris usurpemus.
Nihil enim intulimus in hunc mundum: haud
dubium, quòd nec auferre quid possimus. habentes
autem alimenta & quibus tegamur, his contenti
sumus, inquit D. Paul. 1. ad Timoth. c.
 6. b. vers. 7. & 8. Sic Sapiens admonet
 Prouerb.

Prouerb. 27. d. vers. 23. & seq. *Diligenter agnosce vultum pecoris tui, gregesque tuos considera. Non enim habebis ingiter potestatem, sed corona tribuetur tibi in generatione & generationem. aperta sunt tibi prata, & apparuerunt herba virentes, & collecta sunt fena de montibus. Agni sunt ad vestimentum tuum, & hœdi ad agri premium: sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos, & in necessaria domus tua, & ad victum ancillis tuis. Admiranda deinceps hac de re exomologesis extat iusti hominis Iobi in c. 1. eius histo. d. vers. 21. qui certior de expropriatione suorum bonorum factus, & de morte filiorum, corruens in terram, tonsa capillo adorauit, & dixit: *Nudus egressus sum de utero matris mee, & nudus reuertar illuc, Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est.* Et ideo patres antiqui duo obseruarunt, primum quod pastoriam artem & agriculturam, necessaria duo ad victum & vestitum excolerent: alterum quod se peregrinos reputantes, in tentorijs habitarent. vtrumque probatur, quia & pastor fuit Abel Genes. 4. 2. Abraham, Iacob, Loth, Dauid, & alij. Agricola Adam Genes. 4. 2. & Zachar. 13. c. vers. 15. & Esau agricola, Genes. 25. c. habitauerunt & hi boni patres, & filij primi Israël eos sequentes, in tabernaculis, &*

tentorijs, vt constat ex Gene.c. 9. c. 16. d. 18. a. 25. d. 31. d. c. 33. Exodi 19. a. 26. a. & ex alijs locis in quorum memoriam festum instituit Deus tabernaculorum, Leuit. 23. f. Zachar. 14. d. peregrinorum namque est, nullibi sedem figere. & illi patres optimi agnouerant se hic peregrinos esse. cietus namque homo est à Paradiso, à proprio, inquam, & natiuo solo, in terram, vt operaretur, & sudore pœnitentiã ageret: quare & omnis nostra actio, vitæ hominis, nihil aliud quàm peregrinatio est. Neque habemus hic ciuitatem permanentem, sed futuram inquirimus, vt D. Paulus scribit ad Hebræ. cap. 13. c. ver. 14. illa autem est, de qua D. Ioan. ait Apocal. c. 21. c. ver. 10. *Et substulit me in spiritu in montem magnum & altum, & ostendit mihi ciuitatem sanctam Hierusalem descendentem de celo, habentem claritatem Dei, & lumen eius simile lapidi pretioso, & quæ sequuntur. Quæ etiam visa fuit ciuitas ab Ezechiele. Ezechiel. c. 40. Et D. Paulus 2. ad Corin. c. 5. a. ver. 1. & sequent. Scimus, inquit, quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quòd edificationem ex Deo habemus, domum non manu factam, sed æternam in calis. Nam & in hoc ingemiscimus, habitationem quæ de celo est superi noui cupientes. Et paulò post, ver. 6.*

Audientes

*Audientes
dum
mi
fide
erāt
vt se
verf
25.
Egre
Et r
Scito
in ter
Pau
c. 1
vno
celi
oram
sunt
à lou
tes qu
Qui e
rere.
clam
tiones
38. i
apud
Remi
ampli
CH*

Audientes igitur semper, & scientes, quoniam dum sumus in hoc corpore peregrinamur à Domino, &c. Et ideo Abrahamo, in cuius fide & semine benedicendæ & saluandæ erât gentes per IESVM CHRISTVM, vt scribitur in mundi Genesis. 12. a. & 18. c. vers. 18. & 21. d. vers. 18. & Actuum 3. d. 25. & Eccle. 44. d. vers. 25. dictum est; Egrede de terra tua, & de cognatione tua. Et rursum c. 15. c. vers. 13. & Actu. 7. a. vers. 6. Scito quòd peregrinum sit futurum semen tuum in terra non sua, &c. quæ verba explicat D. Paulus loquens de fide, Epist. ad Hebræos c. 11. vers. 12. Propter quod, inquit, & ab uno orta sunt, & hoc emortuo, tamquam sidera cæli in multitudinem, & sicut arena quæ est ad oram maris innumerabilis. iuxta fidem defuncti sunt omnes est, non acceptis promissionibus, sed à longè eas aspicientes & salutantes, & confiteres quia peregrini, & hospites sunt super terram. Qui enim hoc dicunt significant se patriam inquirere. Sic David Psal. 118. vers. 54. sub. Zain clamat; Cantabiles mihi erant, Deus, iustificationes tue in loco peregrinationes meæ. Et Psal. 38. in fine, Ne sileas quoniam aduena ego sum apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei. Remitte mihi vt refugerer priusquam abeam, & amplius non ero. Et Dominus noster IESVS CHRISTVS Euang. D. Ioan. c. 15. c. vers. 16.

Elegi vos, & posui vos ut eatis, & fructum asferatis & fructus vester maneat. Eatis dixit, ut ostenderet hic immorandum non esse, sed ad altiora progrediendum. Sic D. Paulus ad Philipp. c. 3. v. 13. Fratres ego me non arbitror comprehendisse. unum autem, quæ quidem retrò sunt, obliuiscens, ad ea verò quæ sunt priora extendens meipsum ad destinatum persequor, ad bruium supernæ vocationis Dei in CHRISTO IESU &c. Et ideo D. Petrus ad fideles scribēs Christianos epist. 1. cap. 2. v. 11. Chævisimi, obsecro vos, inquit, tanquam aduenas & peregrinos, ut abstinatis vos à carnalibus desiderijs quæ militant aduersus animam. Et D. Paulus ad Philipp. c. 3. d. vers. 18. & sequentib. Multi ambulat, quos sæpe dicebam vobis, tunc autem & stens dico inimicos crucis CHRISTI, quorum finis interitus, quorum Deus venter est, & gloriam in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt, nostra autem conuersatio est in caelis: unde etiam & saluatorem expectamus dominum nostrum IESUM CHRISIVM, veni Domine. Et Cato apud Ciceronem lib. de Senectute quamuis Ethnicus, Ex vita ista, inquit, discedo, non tanquam ex domo. commorandi enim natura diuersorium nobis, non habitandi dedit. o præclarum diem cum ad illud animum consilium catimque profisciscar, & cum ex hac turba & colluione discedam. Non enim
Deus

De
nici
qu
ple
mo
dix
cten
nav
nav
aqu
bulo
niga
gub
ne
vita
aut
aut
quor
num
desi
riar
Phi
in M
cess
flu
vel
lib.
car
qu

Deus Optimus Maximus id celauit ethnicis, quibus & hominis mentem indidit, quam tamen suo maximo malo contempserunt. Et Maximus etiam Tyrius Sermone. 3. vitam hominis persimilem nauis dixit, latissimum pelagus trananti. Et Epictetus eximius vir similem facit vitam nauigio: *Quemadmodum enim, inquit, in nauigatione, ubi in portum est ventum, si excessu aquatum, incidit ut cochleas in itinere aut bulbos colligas, animum tamen intentum ad nauigationem habere conuenit, & saepe respicere an gubernator vocet, & si vocet omnia illa abijcere, ne uinctus eo conijciaris instar pecudum: Sic in vita, si pro bulbo aut cochlea uxorcula nobis, aut filiulus prabeatur, nihil sit prohibendum, si aut gubernator vocet, curre ad nauigium, relinquens haec, neque respiciens: Si uero sis senex, nunquam procul à nauigio discede, ne forte uocatus desis, inque id uictus conijciaris: ut scribit Arrianus in Enchirid. Epicteti, c. 11. Utque Philiscus consolans Ciceronem exulatam in Macedonia, omne id præter ea quæ necessaria habemus quod possideretur, superfluum esse & in multo discrimine adsit ne uel ab sit, ponendum dicebat apud Dionem lib. 38. histo. Roma. Refert & præclara carmina Athenæus lib. 11. Dipnosoph. c. 1. quæ latine ita redduntur.*

— *An nescis quia
 Quod vita dicitur mors est id denique:
 Ac dimitum nomen est faci iustus.
 Quod si per te me ferat quis vel male
 Dydicasse, contra ego nihil dicerem.
 Considerans ipse noui, & credidi,
 Quod hospites semper sumus, dum viuimus.*

Et Plato in Axiocho, *παρεπιδημία τις ἐστὶν ἡ βίη*, peregrinatio quædam est hæc vita, vt nihil acquirendum homini, nihilque proprium ducendum Sapientes rati fuerint. Et ita sententiosus ille Euripides in Supplicibus, actu 2. vers. 151. inducit loquentem Adrastum,

*ἰάσεται ἢ δὴ γῆ καλυφθῶσι νεκροῖς.
 ὄθρου δ' ἐκῶτορ εἰς τὸ σῶμα φέρετο,
 ἐνταῦθ' ἀπῆλτε, πνεῦμα μὲρ πρὸς αἰθέρα,
 τὸ σῶμα δ' εἰς γῆν. ἔτι γὰρ κεντήμεθα
 ἡμέτερον αὐτὸ πλὴν ἐνοικῆσαι βίον.
 καὶ περὶ τῶ δρέφασαυ αὐτὸ, δεῖ λαβεῖν. id est.*

*Simite iam terra occultari cadauerea,
 Nam vnde vnaquæq; pars ad hominē conuenit,
 Illuc rediit: spiritus quidem in æthera,
 Corpus autem in terram. Nequiquam posside-
 mus enim
 Hoc proprium, nisi quoad vitam incolimus.*

Et

Et id
miniθὺν κ
ἢ π δὲΟἷ
pertraSi
transfC
tino

anci

exist

bus

vt in

cont

alior

tum

cupi

tena

& al

que
inve
nici
mili
vnde
conce
vesti
xela

Et idem expressisse videtur duobus carminibus Lucianus, in Epigramma,

Θνητὰ τὰ τῶν θνητῶν, καὶ πάντα παρέρχεται ἡμᾶς:
ἢν δὲ μὴ, ἀλλ' ἡμεῖς αὐτὰ παρέρχόμεθα. id est,

Omnia mortalium mortua sunt, & omnia pertranscunt:

Si minus, nos certe ipsa derelinquimus & pertransimus.

Cuiusmodi multa de his sunt apud Latinos, quæ prætereo. Et notum Biantis Prianei celebre dictum, qui nihil proprium existimavit, sed fugiēs capta patria omnibus relictis, omnia se sua portare dicebat, ut in Paradox. narrat Cicero. Taceo & contemptum rerum Diogenis Cynici, & aliorum exempla, persequor iter institutum, in hanc communionem naturalem, cupiditatem habendi, avaritiam, & rerum tenacitatem irrepisse: diuisa tum omnia, & aliorum partes ab alijs vsurpare: hincque omnes malorum species in mundum inuectę: hinc bella, fraudes, & artes perniciose, cędes, fames, & reliqua his similia. docet id D. Iacob. Episto. c. 4. 2. 1.

unde, inquit, *bella & lites in vobis? nonne ex concupiscentijs vestris, que militant in membris vestris? concupiscitis & non habetis, occiditis & zelatis, & non potestis adipisci, litigatis, & belligeratis:*

Et

gerati, & quæ sequuntur. Subscribit & D. Paulus 1. ad Timoth. c. 6. b. ver. 9. *Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueos diaboli, & desideria multa & inutilia, & nociva, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inseruerunt se cogitationibus multis.* Nouit & Anacharsis ille Schyta, qui ad Cræsum scribens, refert pro diuisione illa rerum facta, mala aduenisse. *Dei, inquit, ἀντι τῶν τῶν δῶρα πλεονεξία ἀντιδοχῆσαντο, ἔπιρ ἡγὶ ἰδονὴν ἡγὶ μικρο ψυχίαρ ἀνδρόποισ. ἀπὸ τῶν τῶν μίγνυμένων τε ἡγὶ διακρινόμενων πάντα ἔφυ κακὰ ποῖς πᾶσι δυντοῖς, ἀγοροί, σπογοί, μεταλλοῖς, πιδεμοί.* id est, *Dei verò vicissim congrua munera retribuerunt hominibus, contentionem, voluptatem, animos humiles. Et ab his rebus commixtis, & discretis omnia omnibus hominibus mala sunt exorta, arationes, sementes, metallorum investigationes, pugna.* Inde paulò post omnia inæqualiter distributa, & qui vi vel ingenio fraudulento pollebat, aliorum vitium deuorabat, vel impiè vsurpabat. Cui malo certè obuiam iri oportuit, ne genus humanum interiret, & ne mutuis prælijs & vulueribus & malicijs, quæ ex inæqualitate congerant, opprimetur. At id fieri non potuit facilius commodius uò, quàm restitutio

restitu
equa
hoc
qui
taten
Dei
dis,
cuim
goni
Phru
quip
12.&
Secun
terra
auter
equi
iniust
inl. r
Cicer
esse r
naatu
cit. S
de iur
docet
lorum
ὡ δυντ
ἢ ἰσὸς
πᾶντι

restitu

restitutione prioris boni, per equum vel
 equale, quo perueniretur ad equalitatem.
 hoc autem Dei beneficio edoctum est,
 qui artem reducendi inæqualia ad æquali-
 tatem, per iustitiam docuit. Estque iustitia
 Dei filia & eius quod est fas siue Themidis,
 ut nos proprio libro de iustitia do-
 cuimus. Utque tradit Hesiodus in Theo-
 goniam. Pindarus ode 13. Olymp. in princ. &
 Phrynus lib. de Nat. Deor & alij. Iustitia
 quippe de cælo prospexit, Psal. 84. d. vers.
 12. & rursus de Deo dicitur, Psal. 47. vers. 9.
*Secundū nomē tuum Deus, sic & laus tua in fines
 terra, iustitia plena est dextera tua.* Iustitiam
 autem nemo dubitat esse artem boni &
 equi, qua equum ab iniquo, iustum ab
 iniusto distinguimus, ut tradit Vlpianus
 in l. 1. de iust. & iur. lib. 1. §. tit. 1. Et ideo
 Cicero 1. Officio. ait, iustitię splendorem
 esse maximum, ex qua boni viri nomi-
 nantur, bona igitur illa, que & bonos fa-
 cit. Sed clariùs Orpheus in Hymnis, quos
 de iustitia composuit, equalitatis artem
 docet, & per consequens bellorum & ma-
 lorum medelam, dum scribit, ita,

ὦ θνητοῖσι δικαιοτάτη. πολὺ ὄλβε, ποθεινὴ,
 ἃ ἰσότητος ἢ θνητοῖς χαίρουσα δικαιοῖτε,
 πάντι με, ἄλβιδόμοιζε δικαιοσύνη, μεγαλαυχίη.

ε καδω

ἡ καὶ ἀγαθὴ γνώμῃς ἀεὶ τὰ δίκαια βραβύεισ,
ἀδραστεύου τὸ σωεῖδος.

ἀσκαρίδε, γίνη παυτῶν, φιλόκωμ', ἐρατεινῆ,
εἰρήνῃ χαίρεισθε, βίον ἡδύσασα βέλαιον.

αἰεὶ γὰρ τὸ πλεον στουγείσ, ἰσότητι ἢ χαίρεισ.

ἔμ σοὶ γὰρ σοφίῃς ἀρετὰ βέλός ἔδορ ἰνάεισ.

ὦ iustissima dea mortalibus, omnibeeata, desiderabilis.

Propter equalitatem gaudens iustis hominibus.

Omni honore digna felicissima iustitia, magnifica.

Quae puris sententijs semper. cuique conuenientia
distribuis,

Integra conscientia fulgens:

A seditionibus aliena, amica omnium, conuiuia
ligens, amabilis.

Pace gaudens, victus stabilis emula.

Semper enim quod unum est odisti, equalitatem
autem gaudes.

Por te sapientiae totum virtus finem assequitur.

Et Aristoteles lib. 5. Ethicor. c. 10. Aequitas, inquit, & bonitas ad iustitiam, æquum ad

rem & bonum ad iustum. Nam considerantibus

neque simpliciter idem, neque genere diuersum

detur. Quare & ad alia laudantes, transferimus, in bono, ipsum æquius declarantes melius esse.

Interdum rationem sequentibus absurdum videtur

si æquum & bonum (si sit quid præter iustitiam)

laudabile sit. Et paulò post iustitiam bonitatem & æquitatem esse concludit: nam

7 iustitia

est, & liquet iustitia de

& Cicero de officiis

De officiis namque

ex iustitia

iustitia de officiis

de officiis namque

ex iustitia

iustitia

est, &

liquet

iustitia

1. de

& Cicero

De officiis

namque

ex iustitia

iustitia

1. de

uenit

re. Et

definit

distribuitur

tur autem

alia: e

nolit,

ta alio

tem,

iniustitia

à Mo

exigi

lib. 5.

intell

namque

rum,

æqui

ria, u

iustitia

iustitia cum tribuat cuique quod suum
 est, & cuique debitum, ut ex superioribus
 liquet, & ex Vlpiano in l. iustitia est. l. 10. de
 iustit. & iur. lib. 1. π. tit. 1. Iustiniano in §.
 1. de iust. & iur. lib. 1. Inst. iur. ciuilib. tit. 1.
 & Cicerone 5. de Finib. bono. & de Natur.
 Deor. 3. certè & æqualitatem conseruat.
 nam hoc, *debitum, & suum cuique.* idem sunt
 ex iustitia, ut Simonides per definitionem
 iustitiæ docet. Et Plato lib. 3. 1. vel dialog.
 1. de Republ. debitum, & quod cuique con-
 uenit, esse in iustitia interpretatur redde-
 re. Et ita latè Aristoteles libello de Virtut.
 definit iusticiam esse virtutem animæ, di-
 stribuentem quod quisque meruit. mere-
 tur autem quis vel honorem, vel bona, vel
 alia: eaque qui debet præstare tenetur, & si
 nolit, cogitur iustitia, qua iniuste occupa-
 ta alterius, & ita malè & contra æqualita-
 tem, alteri cui debetur fit restitutio: & ita
 iniusti per iudicem fit æquatio. Sic debitor
 à Modestino dicitur, à quo etiam inuito
 exigì potest, in l. debitor, l. 108. de verb. sig.
 lib. 50. π. tit. 16. Debitum autem semper
 intelligitur, bene ad aliquem pertinens:
 nam si malè aliquid petatur, non est debi-
 tum, etsi promissum: pacta namque iuri &
 æquitati, & bono per consequens contra-
 ria, nullum producent effectum, ut notat
 k Vlpian.

Vlpian. l. iuris gentium, l. 7. §. prætor ait de pact. π. & Caius l. contra iuris civilis regulam, l. 29. de pact. lib. 2. π. tit. 14. Antoninus l. pacta quæ contra, l. 6. de pact. lib. 2. C. tit. 3: Huc igitur pertinent omnes approbatae obligationes, omnesque modi actionis siue honorariæ, siue prætoriam, siue civiles, siue naturales fuerint, vel persecutoriam. hæc enim cõtinet hoc verbum, *debit*, vt scribit Vlpian. in l. pecuniæ verbum, l. 178. §. fin. de verb. sig. lib. 50. π. tit. 16. Et ideo finitur actio, vt sit ius persequendi in iudicio quod sibi debetur à Iustiniano, in §. 1. de actio. lib. 4. Instit. iuris civil. tit. 6. Huc pertinent leges & canones, quibus ius suum cuique tribuitur vnde ait Horatius lib. 1. Epistol.

-- *vir bonus est quis?*

Qui consulta patrum, qui leges iurâque seruat.

Quia & leges sunt ea ratione donum Dei, quia æquitatem foueant, & æqualitatem communem apud Demosthenem oratione contra Aristogito. apud Chrysippum lib. πρὶ νόμων, apud Martianum in l. 2. de legib. lib. 1. π. tit. 3. Sic Cicero legem nihil aliud quàm rectam à numine tractam dicit rationem, quæ à sapientibus promulgatur iubentem honesta, contraria prohibentem, cuique sua tribuentem, in Philip.

2. Et

2. Et
decre
tarch
lorum
regul
corrig
in cor
can. ca
creti
leges
tollen
qualis
cautu
bere,
leges,
re dec
vbi no
vincib
Sic N
lib. 6.
ideo co
que rei
possessu
non est
apud
& Pa
condi
ibi no
oprin

2. Et Lycurgus legislator suas *leges*, vel decreta, Dei esse dicebat, vt scripsit Plutarchus in vita eius. Hinc leges Apostolorum, canones, Latinis directiones vel regulæ, quòd distortum siue inæquale corrigerent, vt apud Diuum Clementem in constitutio. Apostoli. videre licet, & in can. canon, & can. regula. 3. dist. in 1. par. decreti Gratiani. Laborarunt namq; omnes leges in restituenda naturæ æqualitate, & tollendis his quæ inæqualitatem fouent, qualis audacia, improbitas omnis. Ideo autum, secundum naturam esse leges debere, ex can. causæ. can. factæ sunt autem leges, can. exit autem lex, 4. dist. in d. 1. parte decret. Gratian. Et Iurisconsulti semper vbi non est euidentis ratio recurrunt ad inuincibile fundamentum æquitatis naturæ. Sic Neratius in l. fin. de public. in rem act. lib. 6. n. tit. 2. *Publiciana*, inquit, *actio non ideo comparata est, vt res damiosa feratur: eiusque rei est prima æquitas: deinde extentio, si ea res possessurus non sit.* Et alibi, *Hoc natura æquum non est, vt quis cum alterius iactura locupletetur.* apud Pomponium, l. nam hoc natura, l. 14. & Papinianum l. hæc condictio, l. 66. de condict. indeb. lib. 1. 2. n. tit. 6. cum similib. ibi notat. iurib. à glo. Deinde in omnibus, optimus Iudex, qui anima legis est, & lex

viua, quæue ministerium executoris legum
 habet, debet semper ante oculos pro conscripta
 & indubitata regula æquitatem illam si Et p
 quendam proponere. Et sic Vlpianus ad Vlpian
 monet l. vbiunque, l. 22. de interrogab. m
 actio. lib. 11. π. tit. 1. *Vbiunque, inquit, in dūm
 tem æquitas mouerit, æquè oportere fieri intemta, qu
 gationem, dubium non erit. Quod obseruabat m
 debet non tantum in arbitrarijs, sed etiam tertio
 in alijs quæ ex præscriptione legum deo ius, &
 di possunt, vt colligo ex eiusdem Vlpian rem e
 responso in l. quod si Ephesi, l. 5. §. fin. d. num 6
 eo quod cer. lo. lib. 13. π. tit. 4. Postquam 8. de
 enim arbitrariam actionem dixisset, que omni
 competit pro petitione eius quod certe que se
 loco præstari debebat, *In summa quoque* quanti
 inquit, *æquitatem ante oculos habere debet in* patet
dex, qui huic actioni addiçtus: ac si diceret, non quod
 solum in his quæ ex lege scripta, vel citi runt:
 li pendent, æquitatem inspicere debet in sint, q
 dex, sed etiam in arbitrarijs; illud enim vo nos ci
 luisse iurisconsultum docet dictio, *quoque* per a
 Quod velim annotent iurisc. & qui ma non. c
 gniam superflue excitarunt quæstionem pro a
 num æquitas semper sequenda sit. Et ridi vbi ea
 culam certe constituerunt distinctionem cum i
 (parco nominibus eorum) dicentes, si consu
 ius scriptum non sit, nec æquitas, iudex appro
 tenetur seruare æquitatem: Si autem in l. 1. de
 quiunt*

oris leg quiunt, ius est scriptum, & æquitas non sit
 pro cert scripta, tenetur sequi ius, non æquitatem.
 illam se Et pro istius membri probatione citant
 manus ad Ulpianum in l. prospexit, l. 12. qui & à qui-
 errogab bus manum. libe. non fiant. lib. 40. n. tit. 9.
 uit, tu dum scribit verba legis seruanda, & si du-
 ri inter ra, quæ manumissionem seruorum veta-
 bseruan bat mulieri diuertenti ad tempus. Dehinc
 ed etiam terriò dicunt, si vtrumque scriptum sit, &
 um deci ius, & æquitas, æquitatem vt fauorabilio-
 a Ulpian rem esse præferendam. Citant Constanti-
 S. fin. de num Casarem in l. placuit in omnibus, l.
 ostquan 8. de Iudic. lib. 3. C. tit. 1: dum ait, *Placuit in*
 et, qui *omnibus rebus præcipuam esse iustitiæ æquitatis-*
 ed certi *que scriptæ, quam stricti iuris rationem.* Sed
 quoque quantum aberrauerint in distinctione hac,
 debet in patet ex eo quòd ius & iustitiam, veluti
 ret, nec quoddam contrarium ab æquitate fece-
 vel citu runt: cum tamen nec ius, nec iustitia aliud
 ebet in sint, quàm æquum, vt supra diximus. Ideo
 nim vo nos citra distinctionem dicimus, esse sem-
 , quoque per æquitatem seruandam: verumtamen
 qui mo non cui libet licere æquitatem, ad nutum
 tionem pro affectione proscribere, potissimùm
 Et ridi ubi ea æquitas lege determinata est. Nam
 tionem cum lex non fiat, nisi optima prudentum
 ntes, si consultatione, & multorum sapientum
 iudex approbatione, vt scribitur à Papiniano in
 tem in l. 1. de legibus, lib. 1. n. tit. 3. & Theodosio,
 quiunt k 3 &

& Valentiniano, in l. humanum, l. 8. de legi. lib. 1. C. tit. 17. nulli conceditur tot bonis sententijs & decretis obsistere: nec illam licet aliter quàm placuit æquitatem, privato interpretari. Quia ad solum principem pertinet. Inter ipsum ius scriptum, & æquitatem quam quis maiorem scripto iure putat, interpretationem adiungere, & mutare statutam iam, quia is legis condendi habet potestatem solus per se, vel per illos quibus is concedit, vt scribit Iustinia. in l. 1. & fin. cod. tit. cap. de legatis. Scriptum etiam est, *Ne sis sapiens apud te metipsum.* Prouerb. 3. a. vers. 7. Et D. Paulus. ad Romanos, cap. 12. c. vers. 16. *Id ipsum inuicem sentientes, non alta sapientes, sed humilibus consentientes, nolite esse prudentes apud vosmet ipsos.* Et Ecclesiastes c. 7. c. vers. 17. *Noli esse multum iustus, neque plus sapias quàm necesse est, ne obstupescas.* Quia, vt ait Celsus, in questione quæ dicitur de bono & æquo, perituncque sub authoritate iuris scientiæ, perniciosè erratur, vt refert Paulus in l. si seruum, l. 91. §. sequitur, de verb. oblig. lib. 45. §. tit. 1. & vt scribit Claudianus in Panegy. vers. 74. in Stilicon.

*Iustitia vtilibus rectum præponere suadet
Communesque sequi leges, iustique nunquam
Largiri socijs.*

Et

Et quamuis negotium determinatum à legis æquitate scripta, videatur generali libertate æquitatis durum, tamen non ideo minus æquum est, aut ex æqua ratione quadam speciali, quæ ita fieri suadet: & ita eius rei causa maior est illa æquitas & melior ratione subiecti, non secus quam in morbis venena quædam applicata, bona sunt quidem ad expulsionem morbi: quamquam extra considerationem morbi, & alterius sani consideratione, venena lethifera sint. Sic ius accipitur pro eo quod est semper æquum & bonum, id est, quod ubique æquum est: interdum pro eo quod aliquo in loco, & ratione alicuius, bonum & æquum est. Illud, ius & æquitas & iustitia naturalis: hoc, civilis æquitas scripta, ut ferè iisdem verbis Paulus Iurisconsultus tradit in l. ius pluribus modis, l. 11. de iust. & iur. lib. 1. tit. 1. Itaque quia ferè ad individua peruenit in civili iure æquitas, illa prius num possit occurrenti negotio aptari inspicitur: quia proprium quoddam & accommodatum est remedium & determinatum. Sic prius æquitas illa civilis, si inueniatur, tuenda est, dummodo æquitatis videatur inesse ratio. hac autem deficiente, ad fontem naturalem, nempe æquitatem generalem re-

currendum est. Quod suadere videtur
 Vlpian. in l. 1. si quis testa. lib. esse iussus
 fue. lib. 47. n. tit. 4. Dum enim quæreretur
 qua actione seruus qui manumitti debe-
 bat iussu testatoris, conueniretur, cuius
 dolo malo factum esset, quominus ex bo-
 nis hereditatis ad heredem perueniret,
 respondit ex equitate naturali, dari dupli-
 actionem in seruum: *Hæc enim inquit, actio
 in factum, ut Labeo scripsit, naturalem potius
 quam civilem in se habet æquitatem, siquidem
 civile deficit actio: sed natura æquum est, non esse
 impunitum eum, quia hac spe audacior factus est.*
 & quæ sequuntur. Dehinc notandum est,
 iura indefinitè esse posita: quia negotia,
 quibus imponuntur leges, indefinita sunt,
 cum de futuris caueatur. Quemadmodum
 enim ædificationis Lesbicæ plumbea est
 norma, quæ ad lapidis figuram mutatur, &
 non manet, eodem modo accidit in qui-
 busdam negotijs, quæ ex circumstantijs
 mutantur & ea debemus per plenam æqui-
 tatem & legem describere, ut ait Aristo-
 teles lib. 5. ethic. c. 10. Porro huic succur-
 rit æquitas non scripta, quæ in legibus scri-
 pta interpretatur ac moderatur: nam le-
 gislator particulatim examinare ad vnguë
 & definire non potest, sed in vniuersum
 loquitur: at hæc succedens detegit, quæ le-
 gislator

gislator quidem definire volebat, verum ei facere non licuit. Eiusmodi iudex certe equus, non omnino iusta diminuens: quandoquidem quæ natura ac verè iusta sunt non diminuit, sed ea duntaxat quæ legislator deseruit, explet. Et hæc verba sunt Aristotelis lib. 2. Magno Moral. c. 1. Sic non verba, sed legis sententiam potius equum considerat, ut idem ait 1. Rhet. ad Theod. c. 13. aliter enim lex violatur solis captio- nibus verborum, & contra iustum, nec impunè tamen ex constitutionibus Theod. & Valent. l. non dubium, l. 5. de legib. lib. 1. C. tit. 17. Cels. l. scire leges, l. 6. de leg. lib. 1. tit. 3. Sic aucupatio verborum, pro summo iure summa dicebatur iniuria, Cicero 1. Offic. Terentius in Heautont. act. 4. scena 5. vers. 48. ἀνεβόδῳ ἀειπῶν Aristoteli non ius. Sed & adhuc suppetit textus iuris civilis, §. 1. tit. iusiuran. quod præst. ab his qui administ. acci. in Authen. collat. 2. tit. 3. in quo & secundum leges iudicare, docetur esse secundum equitatem iudicare. Sic enim iuramenti formula administratorum Reip. concipitur. *Et equus in causis utriusque parti, & impubliis disciplinis ero: nullique parti citra quam iustum est præstabo. Sed exequar vniuersa delicta, & omnem equitatem seruabo secundum quod mihi visum fuerit iustum: &*

I 2

eor quidem qui innoxij sunt, vndique innoxios
 illis, & que conseruabo, noxis autem imponam sup-
 plicium secundum legem & omnem iustitiam, sicut
 iam dictum est in publicis & priuatis contractibus,
 eis seruabo. Eadem formula iuramenti de-
 fensoris ciuitatis in §. iusiurandum, de de-
 fenso. ciuita. in Authent. collat. 3. tit. 2.
 Quamquam Accursiani differre putent:
 in qua iurabant, secundum legem & ius se
 acturos, id est, secundum æquum & bonum: dixi-
 mus n. ius æquum & bonum continere. Neq; li-
 placuit, de iudicijs constituit differentiã in-
 ter æquitatẽ & ius strictum quod pertinet ad
 æquitatẽ, ea ratione quod vtrũque scriptum
 sit: sed quia ius strictum strictẽ, hoc est
 limitatẽ in aliqua hypothesi scriptum sit,
 æquitas autem & iustitia scripta sit con-
 ueniens similibus negotijs. Ignorandum
 enim non est negotia dissimiles posse ac-
 cipere circumstantiarum considerationes,
 quæ æquitatis in genere scriptæ recipi-
 unt interpretationes: quia & regulæ iuris
 generales, scriptæ reperiuntur, vt ex pro-
 prijs tit. iuris pontif. & ciuilibus, de regulis
 iuris constat: propter quas ab æquitate
 limitata receditur. Igitur legum scopus
 erit, vt illud bonum, nempe æqualitas
 pristina propriæ naturæ, quoad fieri po-
 test restituatur. Huc & pertinent consue-
 tudines

tudines quæ verè consuetudines dicuntur,
 quæ legibus deficientibus scriptis ean-
 dem authoritatem sustinent, & habent, vt
 scribit Iulianus iurisc. in l. de quibus, l. 3 1.
 de legib. lib. 1. 7. tit. 3. Vlpianus l. diu-
 turna, l. 32. Hermogenianus in l. sed ea
 quæ longa, l. 34. Paulus in l. imò magna
 authoritatis l. 35. & l. si de interpretatione,
 l. 36. eod. tit. d. cano. consuetudo, 1. dist. in
 Decre. Gratiani 1. parte cum similib.
 iurib. in his locis à glo. nota. loquor autem
 de iustis consuetudinibus, quæ scilicet
 sunt præscriptiones legitimæ, hoc est, le-
 gibus definitæ, & rationabiles, & obserua-
 tæ. Aliter enim potius corruptela quàm
 consuetudo id diceretur: quod rationi
 & bonitati obest, vt scribit Gregorius 18.
 in c. fin. de consuetud. lib. 1. Decretal.
 Greg. tit. 4. vbi videndæ sunt glo. utilissi-
 mæ in hanc materiam, quando dicantur
 consuetudines legitimæ. Huc etiam per-
 tinet licitum, quasi legis scitum, item per-
 missum, ratione obseruata qua licitum &
 permissum: nam ratione alicuius quid di-
 citur tale & licitum, quod ratione alterius,
 est illicitum. hocque, vt opinior, constat.
 Sed magis si consideramus quid æquale
 dicamus. Nobis igitur æquale dicitur
 mediocre vel medium inter

ὑπερβολὴν καὶ
 ἑλάττωσιν,

13

14

ἰσότης, id est, inter exuperationem & defectum, quòdque æquè ab extremorum utroque distat, & ibi bonum. medium autem respectu eius subiecti de quo agitur, & secundum propositam proportionem, siue ea sit Arithmetica, siue Geometrica distributio, ut tractat Aristoteles lib. 2. Ethico. ad Nicoma. c. 6. & 7. 5. Ethico. c. 2. & nos in tractatu de iustitia latiùs.

15 Commutatiua æqualitas dicta est Arithmetica, in qua excessus & defectus re ipsa considerantur, ut in contractibus, interdum sola, interdum cum Geometrica concurrens: ne malo deceptionis, vel indigentia, societas humana læderetur. Distributiua autem proportio, & æqualitas, Geometricæ considerationis est. Non enim mole & quantitate res in ea distinguuntur, vel, ad æqualitatem reducuntur, sed quadam similitudine adinuicè. nam in Arithmetica inæquale dicitur vel æquale numero, ut 2. ad duo æqualitatem habent 3. ad tria: inæqualia autè sunt 1. 2. 3. in quibus 2. excedit 1. unitate, & exceditur à 3. etiã unitate. aliter autè in proportione seu æqualitate & inæqualitate Geometrica: in qua non numeri, sed figuræ disparitas consideratur. veluti mundi globus cum sphaerula æqualis est figurâ, non numero,

16 quia

quia impar quantitate : si autem esset quadrata figura relata ad rotundam vel trigonam, esset inæqualitas. Et has duas æqualitates dixi considerari in contractibus interdum purè, veluti in solo mutuo, in quo æqualitates dixi considerari in solo mutuo, in quo æqualitas omnino est Arithmetica : redditur enim, in eo solo contractu, res eiusdem quantitatis, ponderis, numeri, & mensuræ, & speciei, & æqualis bonitatis, apud Paulum in l. 2. de reb. cred. π . & Pomponium in l. 3. reb. cred. lib. 12. π . tit. 1. & Iustinianum in §. 1. quib. mod. re cont. obl. lib. 3. Institut. iur. civil. tit. 15. nam cui nec additur nec subtrahitur aliquid, hoc neque crescere vnquam, neque decrescere, & semper æquale consistere constat, vt ait Plato lib. 13. in Theæteto, vel de sciētia. Dico itaque hunc solum contractum habere æqualitatem Arithmeticā, idq; contra omniū sententiā, quam non probo, qua dicunt, in omnibus cōtractibus illam esse, atq; mediā te pretio ad æqualitatē eos deduci. Quod potissimum defendunt ex permutatione. Ego autem existimo (audiant patienter quæso posterī, & si fallor reprehendant cum ratione) nulla commercia hominum habere illam æqualitatē Arithmeticam, nī forte

fortè fit contractus mutui, ratione qua dixi. in reliquis autem geometricam constituto: etenim cum res omnino diuersæ sint, aut inter homines censeantur alterius valoris & æstimationis, ratione illius vade nascitur proportio geometrica, sæpe quod minimum est quantitate magnam molem superat. Nec mihi quis obijciat depositum, aut commodatum, vt confundat cum mutuo: nam alterius considerationis hæc sunt à mutuo, quia in his res eadem redditur, in mutuo non eadem, sed æqualis bonitatis, vt scribit Paulus in d. l. 2. cum suis §. si cert. peti. & apparet ex proprijs titulis depositi, & commodati. Neque mihi etiam proponatur permutatio: nihil enim minùs quàm æqualitas in permutationibus reperietur, si consideres rerum ipsarum quantitatem. Et ideo propter magnam inæqualitatem quæ accidebat in permutationibus, eo quòd & pro re minima, qua tamen quis egeret, veluti pro vino, hominem & aliud pretiosius dedisset, vt apud Homerum legitur factum Iliade 6. vt pro ære & ferro & hominibus vinum acciperent electa fuerit certa materia, quæ hæc inæqualia moderaretur merx dicta, vt scribit apertè, Paulus in l. de contrah. empt. lib. 18. §. tit. 1.

Ari

Ari
in
no
se
equ
pul
par
cum
red
tita
ctio
neg
vt
cre
reru
39.
trad
con
& M
4. C
Geo
vsu
equ
loc
ber
trad
cias
trad
ralis

Aristoteles 1. Politicor. c. 6. Numus etiam
 introductus, quasi νόμος, vel lex rerum
 non quòd numus tantę equalitatis esset,
 sed quia ratione vsus tantę equalitati
 equaretur, eo quòd tacito consensu po-
 puli, valor numi ad aliquid magnum com-
 parandum esset receptus. Vnde iudex
 cum ad equalitatem rerum commercia
 reducit, non inspicit substantiam & quan-
 titatem solam rei, sed tantum cuius fun-
 ctionis communis sit vel fuerit, secundum
 negotiorum, temporum, & locorū vsum,
 vt scribit Iulianus in l. vinum, l. 22. de reb.
 cred. lib. 12. §. tit. 1. & Paulus in l. pretia
 rerum, l. 73. in princ. & 8. fin. ad l. Falc. lib.
 39. §. tit. 2. & sic iudex in equalitatem con-
 tractus, ad iustum pretium functionis
 communis restituit per legem Diocletiani
 & Maximiniani in l. 2. de rescin. vend. lib.
 4. C. tit. 44. illa porrò portio est tantum
 Geometrica, nempe valor pretij secundum
 vsum, valori rei secundum etiam vsum ad-
 equatus. id ipsum verissimum cenfeo in
 locationibus & alijs contractibus, & in li-
 beralitatibus donationum, alijsque con-
 tractibus innominatis, do vt des, do vt fa-
 cias, facio vt des, facio vt facias: de quibus
 tractatur à Paulo proprio loco in l. natu-
 ralis, l. 5. de præsc. verb. lib. 19. §. tit. 5. &

79 in quibus vel affectio, vel opinio placita
 & grata, vel aliud quiduis æqualitatem
 inducit. In pœnis idem etiam statuitur,
 quia pœnæ vindictæ æqualitate medentur
 delictis, sed illa æqualitas Geometrica,
 quamuis olim esset interdum talionis, vt
 Arithmetica putaretur: quam tamen nullo
 modo idoneam dixit Plato ad Rempub.
 civilem gubernandam lib. 3. 4. Dial. 6. de
 Legib. Et Aristoteles 8. Ethico. ad Nico-
 ma. c. 7. æquitatem iustitiæ primum di-
 gnitatem, secundariò autem quantita-
 tem respicere dixit. in quo differentia
 est cum æqualitate amicitiae, quæ primò
 quantitatem, secundariò dignitatem re-
 spicere videtur, secundum eundem Ari-
 stotelem. Nam vt ipse ait 5. Politic. c. 1. ad
 simpliciter omnino secundum alterutrum
 statuere eandem æqualitatem, opus est
 partim Arithmetica æqualitate vt, partim
 ea quæ est secundum dignitatem. Et
 multa in Repub. media sunt huiusmodi,
 quibus conantur leges à Deo auctoritate
 donatæ retrahere homines ab illa misera
 terrenarum rerum superflua cupiditate.
 vt quos non possent retrahere à rerum
 vitium alijs, sibi autem inutilibus, oc-
 cupatione, nempe ab his quæ victui & vi-
 tæ aliorum sunt necessaria, saltim com-
 muta

mutatione vilium metallorum ab illis ex-
 torquerent. Vnde si quis optimè conside-
 ret, & paulisper secum rationem subducatur,
 videbit quàm miserrimam eorum cōditio-
 nem, qui elargiuntur quæ superfluè possi-
 dent, quæ sunt aliorum vitæ accommoda,
 potius propter terræ vile recrementum &
 scoriam, propter aurum dico, argentum, &
 æs signatum forsitan capite stulti principis,
 quàm ob charitatem societatis humanæ. Sed
 & illi deterrimi, qui nec precio præsentè
 contenti, quo cæteri eiusdem iniquitatis
 mercatores, superflua concedunt, vitæ hu-
 manæ alimenta patiuntur potius in pene-
 tralibus terræ putrescere, dum cōpendium
 maius ex fame aliorum se sperant corro-
 suos, quam velint egentibus elargiri etiam
 magno inimici ex diametro & hostes hu-
 manæ naturæ, digni genere sæuissimò mor-
 tis in hoc etiam seculo, vt alij eiusdem ini-
 quitatis participes, exemplo illorum ab ho-
 micida illa mercatura arcerentur. *Qui ab-*
scudit frumenta maledicetur in populis, benedi-
ctio autem super caput vendentium, inquit Sap. 10.
 Prouerb. c. II. d. vers. 26. Nec certè videntur
 sufficientes pœnæ, quas aduersus hos præ-
 scribit Vlp. in l. annona, 6. de extraord. cri-
 minib. lib. 47. §. tit. II. Ultimo enim suppli-
 cio essent plectendi, & pœna latronum qui

in itineribus grassantur: utrique quippe homicidæ sunt, sed hic qui condit retinetque auarè horreis quæ in victus causam Deus largitur, perniciosior. Non solum enim necat qui præfocat, sed qui alimenta denegat, ut scribit Paulus in I. necare, lib. 4. de liber. agnosc. lib. 25. 7. tit. 3. dictumque *Frangere esurienti panem tuum: si non paristi, occidisti.* Et grauius est longa & repetita quadam morte aliquem occidere, quam gladio, ut atrocior dicitur ea ratione læguidi morbi illatio apud Antonium Cæsare, & veneno occidere, quæ gladio, in I. de malef. & Mathe. lib. 9. c. ti. 12. confirmat & Ho. Od. 12. 4. ver. 340.

πάστις μὴ στυγροὶ θάνατοι ἀηλοῖσι βροτέσι,
 Διμῷ δ' εἰκτισθῶν θανάτῳ τῆ πόντου πῖσι πῆρ

Omnes quidē mortes inuisæ mortalibus miseris,
 Fames autem miserimū mori, & fatum assequi.

Præcedunt namq; mortē famis quinq; certè dura symptomata, ut scribit Gale. to. 3. lib. 1. de Symp. caus. c. 7. eaq; se ordine cōsequuntur, nēpe primū euacuatio, secundū vacuatorū appetentia naturalis, tertium ventris futus vel succio, quartum eius sensus, quintū appetētia eius animalis: sequitur ingens fames, frigiditas sicca, quæ βῆλιμος dicūt Græci, ut scribit idem Galenus tom. 5. libr. 5. de Simp. medica. facul. cap. 4. hanc deliquium mentis, postea mors. Sunt & huiusmodi ho-

min
 quo
 &
 aliis
 inau
 qui
 uen
 ren
 tate
 inte
 li ig
 tran
 lam
 anti
 qua
 don
 CH
 mis
 tate
 hon
 trib
 cun
 diu
 præ
 vivi
 sicu
 12. c
 d. v
 uun

mines crudeles, eo maiori malitia præditi.
 quod cum dispensatores tantum Dei sint,
 & aliorum procuratores à Deo constituti,
 aliis furantur necessaria, vt suæ satisfaciant
 inani cupiditati. Perniciosa & aliorum ini- 21
 quitas, qui & pecuniam defodiunt, quæ in-
 uenta est vt ad æqualitatem omnia reduce-
 rentur, nec tantum ipsi mali, quod æquali-
 tatem violent, sed etiam quod medium, quo
 inter alios æqualitas fieret, subtrahunt. Ma-
 li igitur ij omnes, vt bono & æqualitati cō- 22
 trarij, & bonæ leges, quæ æqualitatem il-
 lam procurant. Non potuerunt tamen illæ
 antiquorum præclaræ leges omnino ad æ-
 qualitatem omnia restituere primæuam,
 donec verus noster legislator Deus I E S V S
 CHRISTVS duobus præceptis breuissi-
 mis viam nobis aperuit, quibus ad æquali-
 tatem primam reduci possunt omnes res, &
 hominum mentes, hoc est, quibus potest
 tribui geometricè cuique quod suum est se-
 cundum dignitatem, siue de rebus agatur
 diuinis, siue de humanis. Quorum primum
 præceptum, *Diliges Deum tuum ex omnibus*
vivibus & corde tuo: alterum, *Et proximum*
sicut teipsum, Math. cap. 22. d. vers. 39. Marci
 12. c. vers. 30. Deut. 6. a. vers. 4. Leuit. cap. 19.
 d. vers. 18. Et hoc dicitur mandatum no-
 uum redemptoris, nempe vt diligamus nos

inuicem: *In hoc enim, inquit, cognoscent, quia discipuli mei eritis*, D. Ioan. Euang. cap. 13. d. vers. 34. 35. & cap. 15. b. vers. 12. Is enim perfectam dilectionem habuit & docuit, nempe & amicorum & inimicorum. Matth. cap. 5. g. vers. 44. & Lucae 6. d. e. vers. 27. Sic finis omnis præcepti est charitas, vt ait D. Paul. 1. ad Tim. 1. b. vers. 5. & finis legis & plenitudo, dilectio. Nam, Non adulterabis, Non occides, Non furaberis, Non falsum testimonium dices, Non concupisces, & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Dilectio proximi malum nõ operatur, vt scribit idem D. Paulus ad Hebr. cap. 13. d. vers. 9. & 10. est enim quædam communio in amicitia rerum & animorum, vt vulgò paræmia est, *πᾶντα τὰ τῷ φίλῳ κοινὰ*. omnia amicorum communia & equalia, vt scribit Plato lib. 4. dial. 6. de Legib. & Aristotel. lib. 8. Ethic. ad Nicoma. cap. 7. & *Quandiu utrinque equalia omnia sunt*, inquit Dion Cassius libr. 39. hist. Roma. *amicitia quoque valet, ubi autem alter alterum excellit, ibi inferior inuidia promouetur, odioque superiorem persequitur: ita accidit, vt cum alter indignetur se inferiorem, alter se præstantia extollat, ex pristina amicitia ad inimicitias & bella deueniatur.* & Arnobius libr. 8. contra Gentes. *Amicitia, inquit, semper aut*

parat

parat
fecit
mu
dem
pus l
vt di
pud
Ron
Cor
a. ve
func
tit. 6
face
quib
lib. 3
Dec
omn
gius
cuius
trian
com
cun
nem
Patr
ne r
inu
eo c
cer
tus

pares recipit, aut facit. Tales autem natura
 fecit omnes. omnes enim vnum corpus su-
 mus, sed diuersorum officiorum: vt in eo-
 dem corpore, omnia membra nō idem cor-
 pus habent, sed tamen sese inuicem fouent,
 vt dicebat Agrippa Menenius Lauatus a-
 pud Dionysium Halicarnassem lib. 6. hist.
 Roma. & Lium & alios. & D. Paulus 1. ad
 Corinth. 12. b. vers. 12. & seq. & ad Ephes. 4.
 a. vers. 4. & 5. & 1. ad Corinth. d. vers. 17. cap.
 fundamenta. c. 17. de elect. in 6. Decret. lib. 1.
 tit. 6. Qui enim simul habitāt, corpus vnum
 facere dicuntur. vt scribit Caius Iurisc. l. 1. §.
 quibus autem, quod cuiusque vniuers. nom.
 lib. 3. π. titul. 4. Et omnibus vna habitatio à
 Deo concessa, nempe mundus communis
 omnium patria. Vnde Socrates vir egre-
 gius, sine domicilio viuens, interrogatus
 cuias esset, se mundanum dixit, & ibi esse pa-
 triam vbicumque bonum, & scribit Ficinus
 commen. de Amore, orat. 7. c. 2. Sic & Mer-
 curius in Pluti comœdia apud Aristopha-
 nem, *πατρίς γάρ ὅτι πάσ' ἴσ' αὖ πατρίς τις οὐ,*
Patria est omnis, vbicumque quis bene egerit. be-
 ne namque agere, vbique cognationē suam
 inuenit, cum proprium sit hominis homini
 eo quòd homo sit benefacere, vt scribit Ci-
 cero 1. & 3. Offic. & alibi alij. Et Iurisc. consul-
 tus interesse hominis ait, hominem affici

beneficio ex Papiniano in l.feruus ea lege,
 l.7. si fer. export. manu. lib. 18. w. tit. 7. Quare
 cum ciues simus vnius patriæ, iustè dixerim
 us, inter Christianos eadem locum habere
 erga omnes beneficia, quæ erga compa-
 triotas & patriam ethnici bonum esse puta-
 runt. Quod & Phalaris tyrannus scribit
 epist. 101. τί γὰρ ἀδρὶ inquit φιλοπατρίδι κἀλ-
 λιον ἢ μεγαλοπρωστέρου ἢ δοκῆν τὸς ἰαυτῶν πο-
 λίτας ὑποσιῶν, id est, *Quid bonum amanti pa-
 triam melius ac magnificentius, quàm videri suis
 ciuibus benefacere?* Sed clariùs D. Clemens
 epist. 1. ad D. Iacob. fratrem Domini. Amare
 autem bonum esse constat ex eo quod dixi-
 mus, item quòd amare sit velle bonum ei
 qui amatur, vt ait Aristot. Rhet. ad Theod.
 cap. 4. Qui diligit proximũ suum, nihil pro-
 priij habet, quin liberè illi conferat, saluti il-
 lius nihil terrenorum præponit: qui diligit
 Deum nullo harum rerum onere præmi-
 tur, nec rebus vllis, vt propriis, detinetur,
 24 in cœlestibus non in caducis negociatur,
 quantò enim Deum diligit, & ad cœlestia
 erigitur, tantò magis à terrestribus separa-
 tur, & ab abiectis hisce & solitudinibus:
 victu, illoq; modico, & vestitu contentus,
 reliqua cõmunitati & æqualitati pristinae,
 tanquam æquior cæteris, relinquit perfe-
 ctioni bonitatis illius pristinae, qua quisque
 tantum

tantum quantum necessarium pro vsu capiebat. Ita & hoc est vitæ restitutus pristina, ex præscripto Dei, qui modum faciliem præbeas ad assequendam illam æqualitatem, radices inæqualitatis omnes vnico ictu & sententia succidit. *Si vis perfectus esse, vade & vende omnia qua habes & da pauperibus, id est, his qui nō habent, & sequere Deum.* Matt. 19. c. vers. 21. & Marc. 10. c. vers. 21. Luc. 18. c. 22. & alibi Luc. 12. d. vers. 33. *vendite que possidetis, & date eleemosynam & facite vobis sacculos, qui non veterascent, thesaurum deficientem in calis.* Et exemplo docuit suo Dominus, qui hinc carnem assumpsit nostram, vt præiret & doceret quomodo sit in hac vita ambulandum, nihil quippe possedit vnquam proprij. *Volucres, inquit, cali nidos habent, & vulpes foueas: filius autem hominis non habet vbi reclinet caput.* Luc. 9. g. vers. 58. Atque infima huius mundi elegit & pauperes, vt fortiora & diuitias confunderet. 1. Corinth. d. vers. 26. Et vt repararet contrario modo seculi inæqualitatē & malitiam, & discipulos instituens, dixit, *Nolite ferre sacculum, neque pecuniam,* Marc. c. 6. b. vers. 10. & Luc. 10. a. vers. 4. id est, nolite istis carnalibus & terrenis sollicitudinibus vexari, neque solliciti esse quid manducetis aut induamini: hoc enim generes, id est, perniciosi malie faciūt, qui spem

in Deo non habent. Luc. 12. c. vers. 22. & sequentibus. Quod illi obseruarunt, Nam & congregati Christiani in vnum nihil proprium habebant, sed omnes vna viuentes vendebant possessiones suas, & ferebant ante pedes Apostolorum, qui distribuebant cuique prout necessarium erat Act. 2. g. vers. 44 45. & c. 4. g. vers. 34. 35. Quare & postea ditata tantis opibus basilicæ, quas acceperunt Antistites vt in pauperes distribuereant. can. aureum Ecclesiæ habet, & cano. indignè, 12. q. 2. & cano. vlt. 16. q. 1. & cano. quod autem, 25 26. q. 7. in 2. part. Decre. Grat. Ob hoc bonum, nempe vt ad æqualitatem manuducerentur auari, & boni illis exemplo essent eleemosynæ commendatæ sunt, Tob. cap. 4. b. & cap. 12. b. & Eccles. 3. b. & d. & cap. 7. a. & cap. 17. c. & cap. 29. b. Daniel. 4. f. Luc. 11. d. & f. Act. 10. a. Eſaiæ 58. b. c. quod & vsque ad inimicos Christiana dilectione extenditur. Scribit enim D. Paulus ad Roma. cap. 12. d. vers. 20. *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi.* idque secundum regulam Domini nostri IESU CHRISTI, *Benefacite ijs qui oderunt vos,* Matth. 5. g. vers. 44. & Luc. 6. d. e. In quo excedit perfectio Christiana bonitatem Ethnicorum. Ethnici namque & amabant nutriebantque pauperes, qui illis erant amici, vel qui non nocuerant

cuerant: Christiani autem & utrosque diligere debent, & nutrire, ut illis sint meliores. In pauperum tamen cura & laudandi profani, qui æquitati naturali illud & reddiderunt. Certè hac in re meliores Christianis quibusdam, qui omnia sibi concoquunt vel expendunt. Legimus namq; apud Aristophanis interpretem in Pluto. quòd antiquis Ethnicis, ἔθ' ἦν ἀρῶες καὶ ἄλλα τινα, καὶ τὰ μῆνα τιθεῖναι τῆν κατὰ τὴν πλουσίαν, λαμβάνειν ἡ ἕξ αὐτῶν τοὺς πέντε ἀπὸ τῶν ἱερῶν, καὶ οἱ ἠλοχοὶ ἴσθαι, id est, Morem esse singulis mensibus diuites apponere Hecatē panes & alia quadam, & ex his pauperes accipere per sacerdotes, & ita pauperes vixisse. Audiamus etiam Euripidis admirandam hac de re mentem in Electræ Tragædiæ, vbi colonus Actu 2. vers. 371. sic loquitur,

Ἔστιν ἡ δὴ τοσαῦτα τ' αὐτοῖς ἔστι
 Ὡς ἂν ἡμεῖς ἡμεῖς τὴν ἡμεῖς ἡμεῖς
 Ἐν τοῖς τοιαύτοις δ' ἡμεῖς αὐτῶν πτωχῶν

Σκοπῶν τὰ χρήματα ὡς ἔχει μίγα σίνθ'.

Ζένοισι τε δῶναι, σώματ' εἰς νόσον πτωχῶν
 Δαπάναισι σώσαι. τ' δ' ἡμεῖς ἡμεῖς ἡμεῖς

Εἰς μικρὸν ἡμεῖς. πᾶς γὰρ ἡμεῖς αὐτῶν
 Ὁ πτωχοὶ γὰρ ἡμεῖς ἡμεῖς ἡμεῖς.

Tantum autem nobis adhuc est domi,

Vt unum saltem in diem hos saturem cibo.

Talium verum verò cum mihi incidit cogitatio,

Expendo quanta vis sit pecunia.

Vt sit quod hospitibus demus, & dum corpus in morbum incidere,

Vnde possimus inuare. Ad diurnum verò viciū Parūm ille momenti: omnis enim satur vir,

Et diues & pauper equaliter referunt.

Sed ne de pauperibus amandis latissimum ingrediar campum, viam hanc prætereo, vt ad genus æqualitatis, vnde digressus redeam.

- 26 In æqualitate igitur cōsideranda in vniuersum, maximè nos similitudo iuuat. nam & plus & minus alicuius respectu inæqualitatem constituunt, vt scribit Plato libr. 9. in Parmeno. vel de vno omnium princ. & Aristoteles 2. Ethico. ad Nicomach. c. 7. secundumque Galenum libro 1. de Difficultat. respirat. tomo 3. ex corruptione parilitatis inæqualitatum omnium, itemque perturbationum generatio oritur: quod in omni disparitate, siue virtutis, siue substantiæ sit, colligere licet. In summa in omni re quæ non excedit vel deficit, sed in medio est, bonum est: quia semper virtus & bonum in medio, vt Deo fauente docebimus cum de medio agemus. Quocirca & Medici, *Somnus*, inquit, *atque vigilia, si modum excesserint, malum.* Et rursum, *Non satietas, non famet, neque aliud quicquam quod modum excesserit natura, bonum.* apud Hippocrat. lib. 3. Aph. aphori.

Aphor. 3. & 4. ibiq; Galenus sanitatem esse moderantiam annotat & omnes immoderantias quæ plurimum à modo recedunt esse malas, & ægritudines. Et Speusippus lib. de Diffinit. Plato. bonum in omnibus quæ sunt, salutis & sanitatis esse causam ait.

Pari modo dicimus, etiam virtutes omnes bonas, vitia mala: *Quia virtus, seu naturale nostrum bonum, inquit Theophil. in c. 3. epist. ad Roma. leniter & aequaliter nos ferri facit. Caterum vitium vel præter naturam, aliis quidem sursum, aliis verò deorsum facit ferri, in excessibus & defectibus apparens, ac propterea inaequalem & incisum motum exhibens, ut ne dicam supplicia postea secutura.* In mediocritate virtus consistit, excessu & defectu corrumpitur, ut scribit Aristot. Ethico. ad Nicom. cap. 2. & Horat. lib. 1. Epist. epist. 18. vers. 9. *Virtus est mediū vitiorū, & utrinque reductum.* Virtutem & bonum esse plures dixerunt, imò aliqui summum bonum, & finem bonorum, ut communius ferè antiquorum omnium sensit philosophia, teste Cicer. lib. 1. & 4. Academ. quæst. & alibi. atque Philo Iudæus libr. 1. legis Allegoriarum loquens de fonte qui est in medio Paradisi, ex quo exhibant quatuor flumina, maximum illum fluuium & fontem, dicit generalem virtutem, ex qua reliquæ: sumereque generalem

lem virtutem originem ab Edem, nempe à Dei sapientia & verbo Dei. Nam vt etiam Plutarchus scribit in vita Aristidis, virtute sola rerum diuinarum participes esse possumus. Et Seneca vnum tantum bonum dixit absolutum, virtutem. libr.9. Epistol. & epist.67. Et Plato lib.4. In Menone, vel de virtute, esse bonum, positionem stabilem constituit, quia, inquit, & bonos hæc facit & vtilis. Interrogatus aliquando Socrates à Gorgia, an Persarum regem fœlicem esse putaret, respondit nescire se quantum virtutis is haberet; ex ea fœlicitatem æstimãs, vt refert Plutarchus lib.de Libe.educan. Sic etiam Maximus Tyrius Sermo 2. bonum in virtute sola, nec præterea alibi consistere voluit, improbumque esse virtute inane: & bona circumstantia esse quæ sunt corporis, & extrinsecus à fortuna: quandoquidem satius est, vbi non sunt cum virtute coniuncta, ab homine abesse. Demum docuimus, desiderabile esse bonum: talis autem est virtus, vt scribit Ouid.de Ponto lib.2. vers.35. eleg.3. ad Maximum.

Iudice te mercede caret, per seque petenda est

Externis virtus incommutata bonis.

Quod & Cicero scribit 4. Tusculana. dum eam per se laudabilem & perfectã esse scribit. Item 1. de legib. & Claudianus in Consulatu

fulatu Manilij Theodof. & Plautus in Amphitryon. act. 2. scena 2. vers. 16. docet ab effectu.

Virtus præmium est optimum, virtus omnibus rebus

Anteit profectò, libertas, salus, vita,

Res, parentes, patria, & prognati tutantur, seruantur.

Virtus omnia in se habet, omnia adsunt bona, quem pen' est virtus.

Dehinc constat virtutes omnes exercitus esse Dei, & propugnatrices piarum animarum, quibus deuincitur hostilis exercitus, vt scribit Philo Iudæus libr. de Agricul. & alibi libr. de sacrific. Abel. & Caim. virtutesq; Deo tribuendas, nobis vitia. Et Seneca lib. vni. de Mundi opifi. siue de prouiden. inter bonos viros. & Deum ait amicitiam fieri, conciliante virtute. Et idem Philo Iudæus lib. Quòd Deus sit immuta. filiam rationis virtutem, rationem autem Dei donum scribit. Porrò nemo ex his quæ diximus dubitat Deum boni authorem, & à Deo data bona esse. Docetque item bonam esse virtutem honor, quo merito afficitur is qui bonus est, quod virtuti maxime competit, vt in honore dicemus: & scribit Horat. libr. 3. Carmi. od. 2. vers. 17.

Virtus preulsa nescia sordida

*Intaminatis fulget honoribus,
Nec sumit aut ponit seures
Arbitrio popularis aura.*

& virtutum præmia tribui merentibus cō- uenire, scribunt Cæsares Theodos. & Val- entini in l. fin. de statuis & imag. lib. i. C. ti. 25. Huic virtuti quia vitium cōtrarium est, erit illud malum quia virtus est vitium fu- gere, vt scribit Horatius lib. i. Episto. epist. i. cui plura addi possunt alia. Cæterum quia de virtute futurum est vt, Deo iuuante la- tius disputetur, in proprio principio virtu- tis nihil vltra aduiciam, præterquam quod Isocrates oratione 14. scribit $\delta\lambda\omega\varsigma \tau \beta\acute{\iota}\omega\nu \tau \acute{\alpha} \nu \theta\rho\acute{\omega}\pi\omega\nu \delta\acute{\iota}\alpha \mu\eta\tau \kappa\alpha\kappa\acute{\iota}\alpha\sigma\upsilon \acute{\alpha} \pi\omicron\lambda\lambda\acute{\upsilon} \mu\epsilon\lambda\omicron\nu, \text{Si } \acute{\alpha}\rho\tau\epsilon\tau\acute{\iota}\omega \tau \sigma\omega\phi\acute{\iota}\sigma\tau\epsilon \omicron\nu,$ id est, *Omnino mortalium vi- tam propter malitiam interire, per virtutem au- tem conseruari.*

De benemerito.

CAP. IX.

Benemeritum, benignum, beneficum, benedictū, melioratio, synonima sunt, pro quibus & similibus breuiter annotan- da est regula, Res cuius nomen verè non ironicè ex bene, vel bono, vel melius com- ponitur, siue nota priuationis vt in boni fu- ga necessariò pertinere ad principium bo- nitatis, in eo in quo nomen boni verifica-

tur:

tur:
mus
tur
bon.
dicti
ficiu
buit
fic d
cat.
com
nom
si
si
si
si
si
si
si
si
si
si
si
si
si
Et si
argu
num
vt al
se qu
Græ
num

tur: sicuti quatuor exempla quæ proposuimus manifestant. Benemeritum enim dicitur, quòd bona meretur, benignus quasi bonæ mentis, compositione facta ex Latina dictione bene, & Græca *εὖ*, mente. Beneficium item, quod bene facit vel bonum tribuit, vt benedictio, dicitio bona inferens: & sic de similibus, verba senim seipsa explicat. Eadem intellige in Græcis dictionibus compositis ex *εὖ*, siue illæ sint verba, siue nomina cuiusmodi.

εὐβουλεύειν, bene consulere.

εὐαγγελίζω, bona nuntio.

εὐαγγελιον, τὸ faustum nuntium.

εὐάγριον, τὸ, fas.

εὐαγύς, ἢ *εὐαγύς*, ἢ *εὐαγύς*, purus, sanctus.

εὐθουσία, ἢ bona voluntas.

εὐδαιμόνιος, ἢ *εὐδαιμόνιος*, bene fabricatus.

εὐδαιμονία, Iustitia.

εὐδαιμόνιος, ἢ *εὐδαιμόνιος*, pulcher, bona indolis.

εὐεργεσία, ἢ *εὐεργεσία*, beneficentia.

εὐδαιμονία, ἢ *εὐδαιμονία*, felix mors.

Et sic de similibus, ex quibus tutè poteris argumenta & probationes elicere: quia bonum est argumētum à notatione nominis, vt alibi tractabimus, si nomen bonum id esse quod dicitur, aliquo idiōmate Latino, Græco, Hebræo vel vulgari dicatur. Verum in Hebræa lingua compositiones nominum

minum cum raræ admodum sint, & vix reperiantur, suadeo ut si de Hebræo nomine significante velimus haurire illam notationem, probemus alia vulgari aut Gallica, Italica, aut Hispanica, quæ fælices in compositione sunt ut Græcâ facillè æquent.

- 2 Sed & quæ de bonitate diximus in compositione & pro malo probando obseruabimus in Latinis nominibus & vulgaribus, ut malè & mal, & maledictio & peius & pessimo. Et in Græcis duas potissimum dictiones, & ex his compositas voces, nempe *πονηρός* & *κακός*: ut

κακόβητος ὁ, ἡ, mali victus.

κακαυδρία ἡ. ignavia, mala virilitas.

κακοβουλία peruersitas, malum consilium.

κακόςθεος, mala consuetudo.

κακόπτερος volatu debilis, male volans, & sic de similibus.

- 3 *πονηρός* verò superlatiuus.

πονηρόπολις, improborum ciuitas, & eorum comparatiuus

πονηρόφιλος, improborum amicus ὁ καὶ ἡ.

πονηρολογία, maledicta.

μικροπίνηρος, in paruis rebus malus.

μεγαλοπίνηρος, in magnis improbus.

Et breuiter Xenophon in libro de Repub. Athen. & Plutarchus opponunt *πονηρός* & *χηρής*. Isocrates autem τοῖς *πονηροῖς* oppo-

nit

ητ τις καθως γεγονότας η̄ τω̄ βραιμυλόνε η̄ πι-
 παιδουμυλόνε. Receptum erit itaque argu- 3
 mentum à notatione siue significatione
 nominis. Quod si quis neget, (quia huius
 argumento in reliquis principiis etiam hæ-
 ret tutissimum fundamentum,) verum esse
 ex sequentibus discat. Ex eo in primis, quòd
 nomina per se nihil significant, nisi quate-
 nus ex instituto, & hominum decreto signi-
 ficant, & signum sunt alicuius, vt scribit
 Aristoteles 1. π. ε. ἱρμυνίας. Decretum autē
 illud fuit expressium eius, quod animus
 hominis comprehendit tale esse, potissimū
 cū substantiæ rerum imposita fuerunt.
 Ideo dicitur in Genesi mundi cap. 2. c. vers.
 19. & 20. quòd *Deus omnia adduxit animalia*
ad Adamum, vt videret quid vocaret ea: vt vi-
deret. id est, vt consideratè nomina impo-
 neret. & *vocauit Adam ea nominibus suis.* &
 Gellius lib. 10. Noct. Attic. cap. 4. ex senten-
 tia Publij Nigidij in commentariis gram-
 matices docet nomina verbaque non posita
 fortuitò, sed quadam vi & ratione naturæ
 facta esse. Eadem scribit Plato lib. 23. in Cra-
 tylo, siue de recta nominis ratione. & Rabi
 Aben Gesra in comment. in decalogum su-
 per illud, Non assumes nomen Dei tui in
 vanum, ita scribit, שם הוא כמו לכר והוא
 שם להויה שטן ליקר *scem hou como le-*
in cad

ead uehou mosiem lehieth sciman lenikra. id est,
Nomen est quasi memoriale, & imponitur pro si-
gno illius qui vocatur. Ideo neque cuiusque
 4 *est nomina imponere, sed eius tantum qui*
naturas nouit rerum. Intellego autem hic
de nominibus, quæ vel qualitatum com-
muniunt sunt, quæ uocauit Diogenes ap-
pellationes, uel particularium, quarum no-
mina dixit esse propria, ut scribit Diogen.
Laertius lib. 8. in Zenone. Hæc enim nomi-
na certam qualitatem indicant, sicuti & pro-
pria nomina hominum, ad distinguendas
personas magis, quam qualitates eorum,
imposita sunt. Vna est distinctio enim sub-
stantiæ, & qualitatis alia, nempe proprio-
rum nominum, est potius distinctio intelle-
ctus, & ne error committatur circa corpus.
Sic Galenus ex nominum discretionem non
parum se ad iudicij cognitionem adiutum
dicit tom. 5. libr. 3. de Facult. simpl. medic. &
alibi c. 8. eius 3. multa peccata orta esse etiã
 5 *apud Medicos ait ex finitione, nominum*
contemptu. Et rursus tom. 3. libr. 1. de Dif-
ficul. respirat. ex nominum confusione mul-
tos oriri errores docet, ut certè si nomina
in dubium reuocantur, rerum ferè omnium
ignorantia sit, uel semper mutorum homi-
num & surdorum imitatione res ipsas ex-
hibere oporteat, uel depictas imagines:
quod certè, alioquin laboriosissimum & se-

re impossibile, accederet ad beluarum rudem naturam magis, quam hominum, quorum & loqui, sicut ratio, proprium & accommodum. Quin & aliud inconueniens, ut multa ex usu hominum peritura essent, quæ non prius nomine nobis, quam re ipsa cognoscuntur, quia longa amorum serie talia esse, probata sunt, & sermone manifestata. Nec medicis vel simplicium ut vocant medicamentorum facultas vlla cognita esset si re ipsa percipi ea priusquam intellectu nominis oporteat: quin & re ipsa tantum cognita sine nomine, non possent medici pharmacopolis, vel ægrotis facienda, sumenda, cauendaque describere: & cuique ægrotato vnus non sufficeret medicus, non viginti, nec perconsequens mille, cum de cura quid sentiret, non posset efferi, aut iuuare nisi ad manus pharmaca ipsa haberet, & nisi ipsemet ex India, Arabia, & ex cæteris regionibus attulisset. Taceo quæ non possunt nisi sermone explicari, ut iusti causa, Dei cognitio, ratiocinationis utilitas & persuasio, & huiusmodi, quæ mentis iudicium magis produnt. *Nemo enim, inquit Tubero, dixisse intelligitur, quod non prius mente agitaucrit.* Et quorsum sunt nomina, nisi ut demonstrent voluntatem dicentis, ut refert Celsus in l. Labeo, l. 7. §. idem Tu-

bero, de suppellect. lega. lib. 33. w. tit. 10. item
 & verba cum effectu sunt intelligenda, vt
 voluit Vlpianus in l. penultim. §. docere, ne
 quis cum qui in ius voc. est vi eximat lib.
 2. w. libr. 7. In rebus enim cognoscendis or-
 do duplex est, quemadmodum & quædam
 dicuntur nuper cognita, alia olim cognita.
 Quædiu res nobis sunt incognita, eius co-
 gnitionis nulla apud nos erat memoria: pri-
 mumque re ipsa & effectu, vel vtilitate co-
 gnoscimus, dehinc vt cognitum mente re-
 tineamus, oportet rem verbo describamus
 aliquo, vel sumpta denominatione à forma
 exteriori, vel ab usu, vel ab vtilitate, vel ab
 alia quadam appellatione, qua possimus il-
 lud quod velimus representare: veluti pi-
 ctor, re quam videt, quibus potest meliori-
 bus & propriis colorum & linearum distin-
 ctionibus oculis subiicit. Et quod pictura
 oculis facit lineis & coloribus, hoc & men-
 ti offert vox & sermo congrua & articulata
 dictione. Et quemadmodum qui confundit
 vel erradit lineas representati, subducit ve-
 ritatem, sic qui verba confundit, & eorum
 distinctionem, intellectum obnubilat, aut
 tollit, contra prudentiam illam sapientissi-
 mam diuinæ naturæ, quæ hominibus di-
 stinguendi vim dedit, & explicandi faculta-
 tem. Committit & aduersus patrum & ma-
 iorum

iorum
 quæ
 prop
 cont
 hum
 facil
 in ve
 vsus
 lata
 dius
 18. §.
 init.
 tur
 quo
 con
 eti a
 bat,
 char
 fing
 ex
 tur.
 in le
 ne
 bus
 and
 ait,
 agi
 con
 ge

iorum gratam & prouidam diligentiam, quæ nobis singula, vt nos à labore leuaret, propriis veluti notis distinxit: atque tãdem contra commune iamque receptum vtile humano generi cõmercium, & humanam facilemque societatem. Quare generaliter 6 in verborum controuersijs statutum est, vt vsus eorum vbi, à quo, vel inter quos prolata verba sunt, inspiciantur, vt statuit Pedius apud Vlpianum in l. cum de lanionis, l. 18. §. afinam merendinariam, & seq. de fund. in l. instr. leg. lib. 33. w. tit. 9. Sic argumentatur etiam Vlpianus in l. liberorum, l. 50. §. quod tamen Cassius de leg. 3. lib. 32. w. tit. 2. contineri appellatione legati chartarũ relictæ ab studioso, qui nihil quam liberos habebat, & libros: *Quia, inquit, vt in vsu plerique chartas appellant libros.* Vfus autem hic non singulorum, sed communis intelligitur, vt ex ratione eius quod dicitur, res intelligitur. Sic etiam respondit Seruius Iurifcons. in legato. supellectili, quid eius appellatione contineretur consultus, *Non ex opinionibus singulorum, sed ex communi vsu nomina exaudiri debere,* vt scribit Celsus in d. l. labeo ait, l. 7. de supell. leg. Idque potissimum cum agimus de appellatiuis rerum nominibus, continentibus qualitates communes alicui generi: nam mixtio horum, & mutatio ab

hominibus singulis fieri non potest, vel fiat, non recipitur: propriorum autem quæ ad indiuidua distinguenda pertinent, mutatio fieri potest. Et ita intelligenda est Vlpiani lex l. si quis in fundi vocabulo, l. 4. de leg. 1. lib. 30. w. tit. 1. dum *verum vocabula immutabilia, hominum verò mutabilia*, hoc est, vocabula generum mutari non posse, ab hominibus verò ad placitum cuiusque imposita, siue certa generali significatione, posse: ne commercia confundantur & societas humana, neuefiant aut committantur fraudes & deceptiones, utque utilitas illa publica præferatur singulorum fraudulentæ & commentitiis nominationibus, quibus essent incerta omnia. Sic & pulchrè Tertullianus lib. de Carne Christi. *Omnia, inquit, periclitabuntur, aliter accipi quàm sint, & amittere quod sint, si aliter quàm sunt cognominantur.* Fides nominum, salus est proprietatum. nam & cum demutantur qualitates, accipiunt vocabulorum possessiones: verbi gratia argilla cocta teste vocabulum suscipit, nec comunicat vocabulo primi generis, quia nec cum ipso genere, neque potest dici argilla, quia quod fuit non est. Annotent tamen Iurisconsulti regulam, quam fortè prima fronte, ut verum est, alienam ab annotationibus protritibus classicorum interpretum re-

perient

perient, nihilominus tamen veram, & ex mente Iurifconsultorum: nempe errorem in nomine, siue proprio, siue appellatiuo, siue in prænominem, vel agnomine, reddere actum incertum & erroneum, nisi aliunde voluntas dicentis, quam ex verbis alligatur, idque ubi voluntatis consideratio dicētis solius admittitur veluti in vltimis voluntatibus, in quibus voluntas testatoris regit verba, vt scribit Vlpian. in l. in conditionibus primum, l. 19. de condit. & demon. lib. 31. *¶* tit. 1. cum similib. vt ibi ex voluntate illa colligatur quid testator senserit, quauis verba non id plenè significant, vt in hypothefi Labeonis, in l. qui habebat Flaccum, l. 29. de reb. dub. lib. 34. *¶* tit. 5. cum similib. Caterum vt illa voluntas praualeat verbis scriptis, quæ aliud significare videntur, debet fulciri probatione firmiori, quam ea quæ ex verbis colligebatur. Eritque illa firmior, si constet, de corpore in cuius nomine erratum est sensisse testatorem vel expressè, vel verifimiliter: nam tunc silent verba, & sequenda veritas, & ita intelligendus Gordianus l. si in nomine, l. 4. de testa. lib. 6. C. tit. 23. & Antoninus in l. si Fortidianum, l. 7. de legat. libr. 6. C. tit. 37. Contrà si non constet expressè de voluntate nec verifimiliter, quia rem diuersi generis pro

alia posuit, vt vestem pro auro, vel alia huiusmodi, quia ille error est nō habentis voluntatem, nempe stulti, & ignorantis quod omnes intelligunt, vel intelligere debent. Et ita intelligenda lex si quis in fundi vocabulo, l. 4. de legat. 1. Quia, vt scribit Marcel. *Non aliter à significatione verborum recedi oportet, quam cum manifestum est aliud sensisse testatorem*, in l. non aliter, l. 67. de leg. & fideic. 3. lib. 32. §. tit. 1. Porro qui aliud dicit quam vult, neq; id dicit quod vox significat, quia non vult, neque id quod vult, quia id non loquitur, vt scribit Paulus Iuriscons. in l. in ambiguo, l. 3. de reb. dub. lib. 34. §. ti. 5. Quod in reliquis actibus similiter statuendum, ibi enim de verbis non quaeritur, vbi de rebus & sensu constat. verba enim rebus, non res verbis seruiunt, vt scribit Cicero orat. pro A. Cecinna & alij c. intelligētia, c. quamuis, de verb. sign. apud Greg. indicat & Alexander tertius pontifex, c. ex litteris, c. 7. de sponsal. & matrim. lib. 4. Decret. tit. 1. *Si alter*, inquit, *contrahentium matrimonium non intellexerit quod alter proposuit, ad communem verbi intelligentiam recurratur, & cogatur uterque verba prolata in eo sensu retinere, quem solent recte intelligentibus generare*. Et hæc in gratiam Iurisconsultorum paulò latiùs dicta sint: apud quos etiam valet argumentum siue probat

pro
nus
ad
occ
fam
lia,
& à
est,
mu
ideo
tio.
re c
15.
que
test
stat
run
tum
face
Top
mat
e. 2.
cat
ren
qua
riæ
bus
ima
cog

probatio à notatione nominis, sicuti Iulianus Iurisconsultus in l. ita vulneratus, l. 52. ad leg. Aquil. libr. 9. §. tit. 2. argumentatur, occidisse etiam eum videri, qui mortis causam quolibet modo præbuit, ex lege Aquilia, tracta interpretatione vocis à cædendo & à cæde. Et Paul. Iurisc. in l. 2. §. appellata, est, de reb. cred. libr. 12. §. tit. 1. appellata est mutui datio, ab eo quod de meo tum fit: & ideo si non fiat tuum, non nascitur obligatio. quod & dixit Iustinian. in §. 1. qui. mod. re contrah. oblig. libr. 3. Institut. iur. civil. tit. 15. & idem Iustinianus de testamento loquens, in §. 1. de testam. ordin. libr. 2. Institut. testamentum ex eo appellatur, quod fit testatio, id est, testimonium mentis. Occurrunt & in iure his similia alia. Et argumentum sumptum à communi nomine fidem facere Rhetores confirmant, vt Cicero in Topic. & lib. 1. de Inuent. vbi agit de confirmatio. Aristotel. lib. 5. Topic. c. 2. & 6. Topic. c. 2. Et nominis appellatio etiam hoc indicat: nomen enim dixerunt priores, quòd rem notam faciat, quod ipsius rei imagines, quas per sensus corporis directione memoriæ in aures intromittit. Ac sic loquentibus nobis intelligimus absentias rerum, & imagines memoriæ retentas cum volumus cogitamus, vt scribit Claudianus Mamertinus

cus Episcopus Viennensis in epist. ad C. Solinum Sidonium Apollina. Arguunt & sacræ litteræ à nomine cōmuni: sic Abigail excusans viri sui Nabalis malitiam, 1. Reg. c. 25. d. vers. 25. ait ad David, *Ne ponat oro dominus meus rex cor suum super virum istum unicum Nabal. quoniam secundum nomen suum stultus est, & stultitia est cum eo. Nam נָבַל Nabal stultum significat.* Et in Psalmis Psalm. 47. vers. 9. *Secundum nomen tuum Deus, sic & laus tua in fines terra.* Nam & in scripturis sacris summa cum ratione & significatione accommodatè, non temerè, nomina fuisse imposita docet Eusebius Pamphili libr. II. de Præparat. Euangel. c. 4. & hominum & rerum: sic Adam à terra, Abel à luctu, Abraham à semine gentium, Isaac à risu, Iacob à supplantatione, Messiah ab vnctione, Cephas à lapide & Petrus, Iesuah & Iesus à salute, & infinita huiusmodi. Et hæc vel à translatione proprietatis rerum, alia à compositione nominum, vt Gimmanuel nobiscū Deus: Raphaël medicina Dei, Michaël quis sicut Deus, vel fortitudo Dei. Et in cano. placuit qui est cano. 1. 16. q. 1. summus Pontif. argumentatur ab etymologia nominis Monachi, & quia solitariam significat, concludit & inde arceri debere monachum à secularium clericorum officio, facit l. defensores

fensores, de defenfo. ciuita. C. Cæterum 9
 quatuor in nominum contemplatione ad-
 monere volumus lectorem, primum, ne in
 cortice litteræ sublideat: secundum, vt
 tempus quo verba vfitata fuerint, & loca
 vbi vfurpata confideret: tertium, vt fi quid
 æquiuocum fit, prius diftinguat: quartum,
 vt negotium quod agitur infpiciat. Quod 10
 ad primum pertinet, verba contexta sæpe
 animos fallunt, nifi profundius rimemur
 mentem, vt accidit in myfteriis fecretiffi-
 mis fidei, in quibus litera occidit nudè in-
 tellecra, prout legitur, fpiritus verò eft qui
 viuificat, vt ait D. Paulus 2. Corint. 3. b. verf.
 6. Ideo & dominus nofter IESVS CHRIS-
 TVS ad Iudæos dicebat, qui patrum mo-
 numenta & mandata Dei fcripta habebāt,
 & tamen non intelligebant, *Scrutamini fcri-
 pturas*, in Euang. D. Ioan. c. 5. f. verf. 39. & di-
 fcipulis fuis aperuit ipfemet diuinè fenfum,
 vt intelligerent fcripturas, Luc. 24. g. verf.
 45. nam fi quis in his non iuuetur Dei lu-
 mine vt vero interprete, vix intelliget. *nifi
 enim credideritis*, inquit Iefaias c. 6. a. *non in-
 telligetis*. Et optimè ita refpondit Eunuchus
 Reginae Caudacis legens Iefaiæ locū, inter
 rogatus nū quæ legeret intelligeret, *Quo-
 modo poffum, fi nō aliquis oftēderit mihi*. Act. 8. f.
 ver. 30. Aliter autē accidit q̄ fcribit D. Pet.
 2. Epift.

2. Epist. c. 3. d. vers. 16. quod cum in epistolis Pauli, & aliis sint quedam difficulta intellectu, indocti & instabiles ea deprauant: quod in legibus obseruatum diximus ex l. non dubium, de legib. C. & l. scire leges. eod. tit. in w. docet & eximiè D. Diony. Areopagita, lib. de Diui. nominib. cap. 4. intellectuallibus notionibus, non lineis & elementis litterarum curiosè obseruatis. Diuina penetranda docet & D. Chrysofomus Homi. 14. in c. 1. D. Ioan. Euang. tom. 3. huiusmodi etiam altiore à literis mentem in suis symbolis requirebat Pythagoras: requirunt & ænigmata, allegoriæ, parabolæ. nomina enim alia propriè significant, alia per transpositionem: propriè significantia, propriè sunt intelligenda: quæ per metaphoram, non simpliciter, sed per similitudinem, ut dum Callimachus monti Brilleso latera attribuit, ut etiam de cælo dixit latera Aquilonis scriptura sacra, & cum montium vertices capita, inferiores partes pedes dicuntur: quæ tamen animalis propria sunt, & nihilominus ad ea transferuntur, ut etiam docet Galenus lib. 3. de Præfag. ex pulsibus. Et sic notatio nominis communis non fit per identitatem, nec bona est absolutè sed in quantum nomini communicat: Communicat autem per similitudinem: per similitud

mili
alio
mili
vale
lib. 5
2
rum
senio
mix
mat
nibu
regre
tria
Com
M. T
quat
ptior
ctior
prod
vers

M

2

2

Et r

A

M

M

militudinem igitur notatio recipietur sola, alioquin nominis similitudo, nisi sit rei similitudo, ad confirmandum absolutè non valet, vt scribit Papin. in l. fin. ad municipa. lib. 50. §. tit. 1.

2. Vfus consideratè temporum & loco-
rum, namque temporibus vsus paulatim
senio conficitur, & nomina sicut & res: cõ-
mixtio idiomatum voces paulatim defor-
mat, & nouis inuectis, ac peregrinis homi-
nibus receptis, & verba cum hominibus pe-
regrina fiunt & recipiuntur, & priora pa-
tria vel imminuuntur vel obliuioni dātur.
Commutantur autem dictiones secundum
M. Teren. Varronem libr. 4. de Ling. Latin.
quatuor potissimum ob causas, vel adem-
ptione litterarum, vel additione, vel contra-
ctione, aut commutatione, aut syllabarum
productione, Et Horatius de Arte poetica
vers. 71.

*Multa renascuntur quæ iam cecidere, cadentque
Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet
vsus,*

*Quem penes arbitrium est: & vis & norma
loquendi.*

Et rursus, eod. lib. vers. 176.

*Multa ferunt anni venientes commoda secum
Multa recedentes adimunt: Ne forte similes
Mandentur iuueni partes, pueroque viriles,
Semper*

Semper in adiunctis auoque morabimur aptis
 Et Quintilianus lib.1. In situ. cap.11. docet
 non esse vtendum verbis valde antiquis &
 obliteratis, quia orationis virtus est in per-
 spicuitate: vitiosa autem est si egeat inter-
 prete. Et alibi cap.12. eius libri. *Fuerit plane*
vidiculum malle sermonem quo locuti sunt homi-
nes, quam quo loquantur. Sequenda igitur est con-
suetudo, inquit, loquendi, ea scilicet bonorum,
ut bonis placeamus. Et Cicero lib.3. de Finib.
 bono. docet id esse faciendum, & verba vfi-
 bus ad quos dicuntur esse debere accom-
 moda, non spinosa: nam & Rhetores &
 Dialectici, & Mathematici suis & vfitatis
 verbis inter se vtuntur. Quibus vti nos de-
 bemus, vt idem Cicero. notat lib.1. Academ.
 quaest. Sed & in nostris iuris ciuilibus legi-
 bus scriptum est, crebriore opinionem ho-
 minum esse sequendam, non in verbis tan-
 tum, sed in negotiis, vt scribit Vlpian. l.1.
 de off. quaest. lib.1. §. tit.13. & in l. cum quida,
 l.30 §. quod dicitur si putetur, de acqui. haer-
 red. lib.29. §. tit.2. Neque mutanda sunt,
 quae semper certam interpretationem ha-
 buerunt; vt scribit Paul. Iurisperitus in l.
 minimo, l.21. de legib. lib.1. §. tit.3. Vfus lo-
 ci & nationis etiam inspiciendus. Nam & in
 diuersis locis idem verbum diuersè signifi-
 cat, vt res ipsa docet, & tradit Gal. lib. de Ar-

te sanita. tuen. ad Thraſyſy. Atq; Paulus Iurifconf. in l. anniculus amittitur, l. 132. de verb. ſig. libr. 50. w. tit. 16. ſcribit, non tam proprietatem verborum, quàm vſum loquendi inſpiciendum. Et in verbis ad mentem recurrendum eſſe docent Pontifices, cano. inter verba, 11. q. 3.

3 Quod æquiuocum ſit, diſtinguendum per ſe conſtat, & Dialectici fatiſ docent.

4 Quod notandū etiā eſt, verba ſunt cō- 12
ſideranda, interdū ſecūdum materiā & rem de qua agitur, veluti exemplū petere licet ex Papin. reſpōſo, in l. ſivno anno, l. 17. loca. li. 19. w. ti. 2. ſi, inquit, ob ſterilitatē vnius anni, quis remiſerit illius anni penſionem locatori. Dehinc ſequentibus annis vbertas fructuū fuerit, non ſolum penſionem exigendam anni vbertatis, ſed etiam & anni ſterilitatis, qua remiſſa eſt. Sed quid, inquit, ſi in remiſſione vſus fuerit nomine donationis, num repetere poterit? Et reſpondetur poſſe, quia verbum donationis, conſiderato negotio de quo agebatur, potius tranſactio, quàm donatio vera videtur. Simile apud Vlpianum in l. damni infecti, l. 30. §. ſi. de dam. inf. libr. 39. w. tit. 2. Docet & abundē c. intelligentia. de verborum ſignific. apud Gregorium l. pen. ad exhibend. in w.

5 Ita nomina quæ plus & minus, vel di- 13
verſum vſum ſignificare poſſunt, intuitu perſon

personarum quibus applicantur, interpretanda sunt, sicuti si equitij usus legatus est, intelligitur ille usus, secundum qualitatem legatarij, vt si is eius instituti sit eorum, qui in Circensibus equos agerent, vt ita his vti possit, alias non, vt scribit Vlpianus in l. penult. l. 12. de usu & habita. lib. 7. w. titul. 8. Sic dos indefinitè promissa determinationem quantitatis accipit, secundum facultates patrimonij, & dignitatē metalium viri, apud Papinianum Iurisc. in l. cum post diuortiu, l. 70. §. gener. socero, de iur. dot. libr. 23. w. titul. 3. idem in l. cum alimenta, de alimen. leg.

6 Notandum est verba cum effectu intelligenda esse, id est, vt aliquid operentur, non inutiliter iaceant, Alexan. 1 11. in cap. relatū est, c. 4. de cler. non resid. lib. 3. Decr. tit. 4. can. hæc autem verba, de pœnit. dist. 1. can. si quis suadente diabolo, 17. q. 4. can. in canonibus, 16. q. 1. cano. Psalmista 23. dist. 1. C. de nud. iur. quir. toll. l. si per alium, §. docere ne quis eum qui in ius vocat. est, vi xinat.

De

S
do
lita
ran
Ma
tio
quo
alig
in
fano
11. n
lib.
no
ctio
nor
ren

De communicatione. CAP. X.

Communicatio.

Multiplicatio.

Liberalitas, Donatio.

Societas.

Collatio.

Collegia.

Diffusio & extensio boni ad bonitatem pertinent.

COMMUNICATIO.

SI essentia per se singulis sit bona, ut dictum est, erit & pluribus bona eo modo quo vni, imò & maior, quia plures utilitatem inde recipiunt. Et re vera bona, tantò meliora, quantò maiora, ut dicebat Marcil. Ficinus lib. 3. Epist. scribens Laurentio Bonincontio Astrolog. Præfertur enim quod cõmuniter pluribus expedit, ei quod aliquibus particulariter, ut scribit Iustinia. in l. vni. §. fin. de cad. tol. lib. 6. w. tit. 50. in §. sancimus, de restitutio. & ea quæ parit in II. mense in Authen. colla. 4. tit. 6. cum similib. ibi nota. à glo. iuribus. Propriumq; bono est, alia sui participia facere, quia in actione bonum consistit: nam bonus, in se non quiescit, sed ceteros quoque ad meliorem frugem conuertit, ut scribit Maximus

n Tyrius

Tyrius Sermo. 5. Et natura boni flagitare videtur, vt scribit D. Cyrillus Alexandrinus li. 4. ad Theof. cōtra hær. cap. I. vt omnibus se proponat, & frui se omnes velit, prout singuli possunt. Atque Plato reddens rationem in Timæo, quare hoc vniuersum a creatore fuisset productum, respondit, quia is bonus erat, & bono nulla infit inuidia. Quod & scribit Numenius, lib. 5. de Bono. & Eusebius Pamphili, lib. II. histo. Ecclesia. cap. II. Scimus & Deum, vt docuimus, bonitatis vnicum esse fontem, vnde quæ multum ad vnitatem boni accedunt, multum etiam ad Dei bonitatem accedere dicuntur. Communio autem dispersos ad vnitatem, & ad illius participationem reducit: quocirca & bonum facilius existimamus credi communionem, quàm particularem rerum possessionem. Quo videtur vsus argumento D. Dionysius Areopagita, lib. de Diui. nominib. c. 4. *Bonitas, inquit, ad se conuertit omnia, primaque ipsa vnitatis dispersa omnia congregat, tanquam vnitatis principium & vniuersifica Deitas.* Item communicatio ad æqualitatem viam quodammodo parat, sed ad eam non peruenit interdum: nam & communicatio partis fieri tantum potest boni, non totius, vt Deus nobis communicat bonæ suæ, non tamen omnia propter nostram

imbecill

imbecillitatem & incapacitatem propriam:
 & communionēs diuersæ bonorum sunt,
 siue spiritualium siue temporalium, aliaq;
 alia generalior. sunt enim Regni commu-
 nes leges, sunt & ciuitatibus quædam com-
 munita, & qualitate diuersæ communica-
 tiones. Alia namq; est, in qua quidem vter- 2
 que eorum qui communicant, participant,
 sed vterque non contribuit veluti, in libe-
 ralitate: in qua vnus alij communicat so-
 lum sua, alius accipit: nam si quis præstare
 teneretur, non diceretur communicatio,
 sed potius solutio, quia in necessitatibus ne-
 mo dicitur liberalis, & quod mera volun-
 tate non sit, in munificentiam non cadit,
 vt notat Modestinus Iurisc. in l. rem legatā
 l. 18. de alimen. leg. lib. 34. tit. 4. cum simi-
 libus iurib. ibi nota. in verbo liberalitas. bo-
 na hæc liberalitas quia benefica: auaritia cō-
 trā malum, vt dicemus in titulo Deo fauen-
 te de auaritia. Et liberalitatem Aristoteles
 dicit, virtutem pecuniis benefactiuam, lib.
 1. Rhetor. ad Theod. c. 9. & alibi libello de
 virtutibus & comitari liberalē beneuolen-
 tiam, humanitatē, misericordiā, honestatē.
 Alia communicatio, in qua vterque contri- 3
 buit, sicuti in societate ciuili, & commer-
 cii hominum: in quibus ad publicam vti-
 litatem quisque aliquid contribuit, & com-

municat, vt doctus confilia, & prudentiam, iudex castigationem delictorum, artifices sua opera, velut sutor calceos, architectus ædificia, & reliqui singula: sic in contractibus vnus pecuniam, alius rem communicat. Et hanc vocat Aristoteles communicationem ciuilem ex proportione rationis in lib. 7. Ethic. ad Eudemum. Est enim illa amicitia polytica vtilitatis causa, cum enim seorsum sibi homines sufficere non possent, conuenerunt solius victus gratia. In qua communicatione singulæ artes tenent singulas partes, & Rempublicam societatemq; illam sustinent atque necessario requiruntur, vt scribit etiam Plato libr. 31. dialo. 2. de Republ. vel de iusto. Sic Iustinianus excitasse videtur iuris tyrones ad studia ratione finis, vt iuuaturos Rempublicam consiliis in §. si. proæ. Instit. iur. ciuil. *Summa, inquit, ope, atque alacri studio, has leges nostras accipite, & vosmetipsos sic eruditos ostendite, vt spes vos pulcherrima foueat, toto legitimo opere perfecto, posse etiam totam nostram Rempub. in partibus vobis credendis gubernari.* Bona autem hæc etiam, quia Reipublicæ utilis & accommoda, quæ & bona sunt etiã.

4 Est & alia communicatio, in qua vterque contribuit, vt in ciuili. Sed differt à polytica quia lucra etiam æqualitate arithmeti

ea diuiduntur, et si collatio & contributio fuerit geometrica, quod non accidit ciuili. hæc dicitur socialis communicatio, in qua est vtrunque reparsio, vt ait Aristot. 5. Eth. ad Nicomac. c. 5. Dico communicationem fieri in ea arithmetica, cum æquæ facultates contribuuntur: Dico geometricam, cum alter industriam, alter facultates contribuit, vtroque namque modo fit societas, & æquatur dignitate, industria & opera socij vnus, facultatibus alterius, teste Vlpiano in l. societas contrahitur, l. 5. & l. si non fuerint, l. 29. pro soc. lib. 17. §. tit. 2. Dixi diuidi lucrum proportionem Arithmetica, quia tantummodo diuiditur æquè, si nihil de partibus dictum, si dictum pro parte, Iustinia. in §. 1. & 2. de societ. apud Iustin. in Institut. iur. ciuil. lib. 3. tit. 26. partium autem limitatio æqualis esse debet proportionem habitæ eius quod plus vel minus contributum est, d. l. si non fuerint, pro soc. §. Quare & bona hæc communicatio, quia æqualitatem obseruat: æquale autem bonum est, vt supra docuimus. Est alia communicatio bona, in qua fit vtrunque collatio & diuisio per arithmetica, & per partes æquas, vt inter liberos in successione parentum, de qua tractant Iurisconsulti & Cæsares, titulis propriis de collatio. & de collat. bonor.

- 5 Sunt & aliæ communionēs, & communicationes, sodalitia, conuentus vniuersitatis, collegiorum, & aliæ societates: quæ tamē & bonæ & malæ possunt esse, intuitu finis vel causæ, vel præcedentium vel sequentium: quæ ex aliis speciebus boni vel mali quis poterit vel probare vel improbare, cum tamen per se communiō boni bonæ.
- 6 Et generaliter si communionēs quadrant finitioni bonitatis, bonæ dicentur: veluti si illæ præualeant alicui priuationi, nam si illis alterius maioris boni fiat priuatio quàm sit id quod communicationes videntur inducere, tanquam mala reiicientur: veluti reiiciuntur, vt malæ communicationes mercatorum inter se, quæ monopolia dicuntur, quibus vtilitas & bonum plurimum læditur auaritia paucorum, merito prohibita mercatoribus & aliis artificibus à Zénone Cæsare in l. vni. de monop. libr. 4. C. tit. 49. Vetantur & cætera collegia illicita, & à principe non permessa ob metū conspirationis, à Martiano & Vlpiano in l. 1. 2. & 3. de colleg. illiciti. libr. 47. w. titul. 24. à principe autem approbata permittuntur: quia permessa putantur, causa cognita ob bonum aliquod, vt sodalitia religionis propter cultum Dei: bonum enim est ita congregari, vt Apostoli congregati, Actu. 1. & 2. vbi cum-

que enim fuerint in nomine meo congregati, in medio illorum sum. Matth. 18. c. vers. 20. Et ubi cumque fuerit memoria nominis mei, veniam ait Dominus. Hincq; vocata basilica, & templa, ecclesiarum, à congregatione: hinc tot abbatia, sodalitia fratrum, monachorum, anachoritarum, canonicorum, monachalium, hospitalium, & huiusmodi. semper enim, etiam apud ethnicos, communitio illa & societas ob cultum diuinum bona habitata est: fueruntq; Romae instituti plures eius gratia ordines, vt Fratrum Arnaliu, Vestalium, Flaminum, Titorum, Potitoru, Augustalium, Antonianorum, & aliorum: de quibus Linius, in 1. Pomponius Latus de Sacerdo. Alexan. ab Alexandro. Genial. dier. lib. 1. c. 26. Martianus & Dionisius Halicar. & alij: & apud Gallos Druidae, vt scribit Iulius Caesar. lib. 6. Comment. bell. Gal. Et postea apud Christianos fuerunt sodalitia quam plurima titulis diuersis separata, vt constat ex lib. C. de sacrosanct. ecclesiis, & de episcopis & clericis. lib. 1. C. ti. 5. & 6. & in Authenticis de monachis colla. 1. tit. 5. & in iure canonico de regularibus & transeuntibus ad relig. lib. 3. in Decretal. in sexto & Clementi. & in 2. par. Decre. totis causis 16. 17. 18. 19. 20. Bona autem omnium horum communitatio, nempe factorum, quae bona sunt, vt

Dei dona: vnde & profani quasi improbia
sacris arcebantur, vt Virgilius scribit,

Procul hinc procul este profani:

& Tibullus, lib. 1. epist. Epist. 2.

Vos quoque abesse procul iubeo. discedat ab aris

Cui tulit hesterna gaudia nocte Venus.

Casti placent superis pura cum veste venise,

Et manibus puris sumite fontis aquam.

Vnde & Callimachus Hymne eis ἀπέλλωνα,

quasi per θύασμόν & afflationem numinis,

canit statim in principio.

εἶεν ὁ τῷ πέλλων ἑσείατο δάφνιδ' ὄρπηξ,

εἶα, ἄ' ὄλον τὸ μέλασρον, ἰκὰς ἰκὰς ὄσις ἀλετρή.

ἦγε δὴ πατὰ δύρηρα, καλῶ ποδὶ φοῖβ' ἀράσσει.

id est.

Ex quemadmodum concutitur Apollinis Daphnis

ei ramus,

Quanta, totum (scilicet) plenum palatium.

Procul procul quisquis iniquus.

Et sanè vestibula pulchra pede Phœbus pulsat.

Et Lilius Gregorius Giraldus lib. de Deis

sal. gentium Syntagma. 17. dum agit de le-

cti sternijs & supplicationibus, annotat, tā-

tam puritatem expostulatam in sacrificijs,

& congregationibus eorum vt apud Græ-

cos sacerdos ad sacrificium accessurus, præ-

fari hoc primum solitus fuerit. τίς τῆ δὲ, hoc

est, quis dicit? qui verò intererant sacris: res-

pondebant πολλοὶ καὶ καλοὶ, multi & boni.

Suar

Sunt

ta, pro

aduen

docet

rum

blicæ

rib. li

rum,

11. C.

fami

fium

tum

D

D

breu

uand

defid

per,

num

se, y

seru

dere

& b

co. a

atque

grati

Sunt & collegia studiorum causa approbata, propter bonum Reipub. quod ex doctis aduenit hominibus, vt audientium collegia docentium Academiæ. Sunt & alia officiorum collegia, eadem ratione vtilitatis publicæ probata, vt pistorum in l. 1. de pistorib. lib. 11. C. tit. 15. suariorum vel porcariorum, de quib. Arcadius in l. 2. de suariis lib. 11. C. ti. 16. & in eod. lib. 11. reperies. Erant & familiæ generales bastagiorum, fabricensium monetariorum & huiusmodi, per totum 11. c.

De desiderabili.

CAP. XI.

Desiderabile esse bonum docuimus vt-
 cunq; suprâ. Sed nunc quædam alia
 breuiter subiungam in primis esse obser-
 uandum nos loqui de desiderabili, non de
 desiderio. Desiderabile namq; bonum sem-
 per, quia desiderabile: desideratur, quia bo-
 num. Desiderium autem malum potest es-
 se, vt si quis desideret rem proximi, vxorem
 seruum, asinum, & huiusmodi: si quis desi-
 deret cædes, furta, & alia mala. Potest esse
 & bonum nam vt scribit Aristoteles 1. Ethî
 co. ad Nicoma. *Omnis ars, omnisque doctrina,
 atque actus itidem & electio bonum quoddam ap-
 petere videtur.* Quapropter veteres dixerunt

bonum idipsum esse quod omnes appetant;
 & Cicero, 3. Tusculanorum. *Natura omnes
 ei que bona videntur sequitur, fugient que contra
 2* *via.* Quamobrem si simul obiecta species
 cuiuspiam est quod bonum videatur, ad id
 adipiscendum impellit ipsa natura: id cum
 constanter prudenterq; fit, eiusmodi appeti-
 tionem Stoici *βούλησις* appellant, nos appel-
 lamus voluntatem: eamq; illi putant in so-
 lo esse sapiente quam sic definiunt vt fit cū
 ratione, &c. Sic desiderabile semper nobis
 est in voluntate bonum, nam & voluntas
 est appetitus rationalis boni cum ratione:
 nullus enim aliquid vult, nisi cum bonum
 esse putauerit appetitiones verò irrationa-
 les ira, & cupiditas dicuntur esse. Aristote-
 les 1. Rhetor. ad Theod. c. 10. voluntas nam
 que in boni partem sumitur pro bono de-
 siderio. Et ita intelligitur sententia illa, Al-
 teri ne feceris quod tibi fieri non vis. in cap.
 7. 6. Matthæi. Sicq; interpretatur Archidia-
 conus super interpretat. can. 4. dist. in 1. par.
 decr. Gratiani. Et vt puto, voluntati opponi-
 tur nolle, hoc est, bonæ rationis persuasioni
 non obedire: semper enim ratio, eius quod
 boni est nos admonet. nos autē renuimus.
 Et illud nolle dicitur intentio & propositū
 potius, quam voluntas. nam, vt ait Maxi-
 mus Tyrius Serm. 19. insitus est hominum
 generi

gene
 nem
 est a
 que c
 Serm
 mini
 quis
 impe
 quoc
 cant
 volu
 eto,
 Salo
 nita
 dera
 eundē
 ei con
 de r
 est r
 707
 vt in
 pid

D
 deo
 in q

generi fomes quidam, qui boni expectationem enutrit: cuius tamē inuentio omnino est abdita idq; terrigenis agris. superi nam que omnia norunt. Et eo modo ut idem ait Sermo. 31. difficile est, iuxta sententiam carminis antiqui, bonum esse. Quod si mala quis appetat, hoc certe ex corruptione vel impedimento nascitur voluntatis. Et sic quodammodo ex voluntate coacta vel præcantata ira, vel appetitu irrationali, eadem voluntas non est, sed voluntas cum adiuncto, nempe voluntas coacta vel corrupta: Salomon Prouerbio. 8. b. vers. 11. docens bonitatis sapientiæ excellentiam, etiam à desiderabili probat. *Melior inquit, est sapientia cunctis opibus, quia omne desiderabile non potest ei comparari.* Et ubicumq; in sacra scriptura de re desiderabili mentio fit intelligendum est rem esse excellentis bonitatis. Nam id **נְחֵמָד** *nechamad*, apud Hæbræos insinuat, ut in versu. desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum, Psal. 18. c.

De Donis Dei.

CAP. XII.

DEi dona & opera omnia bona, ut supra docuimus, & naturalia bona, quia à deo creata, sicuti & voluptas naturalis, non in quantum quis abutitur. sic & forma, pulchritudo,

chritudo, & huiusmodi, vt scribit Aristoteles lib. 1. Rhetor. ad Theod. c. 5. huc etiam refert dona Spiritus sancti, quæ interdum à Spiritu sancto, & cum spiritu sancto sunt, vt charitas culus receptione recipitur etiã Spiritus sanctus: Alia ab Spiritu sancto, sed existentia sine Spiritu sancto aliquando, & cum eo interdum, vt donũ prophetiæ: quia non semper cum Spiritu sancto, quamuis semper ab Spiritu sancto quia quandoque etiam inuenitur apud malos. Dehinc aliud donum à Spiritu sancto, sed non cum Spiritu sancto, præparans tamẽ ad Spiritum sanctum, vt timoris seruilis donum, vt scribit quidam doctus vir frater Ioannes Grifth. in quadragesimali serm. 46. par. 2. lite. c.

De digno.

CAP. XIII.

Dignum & dignitatem bonam esse suadet in primis Etymologia verbi græci per quam ἀξιος deduci videtur ab ἄγω, & futuro ἄξω, vnde ἀξιος, quasi deductus ad gradum laboris & boni ἀπὸ μεταφορῆς τῶν ταθμῶν τῶν ἰσῶν ῥοπῶν ἔχόντων à metaphora staterarum, quæ habent lingulam vel aginam æqualem, nec in vtramuis latorum partem inclinantem: quæ bono conueniunt, cum bonum medium quoddam sit in parte, malũ habens

habens, si ab eo discedatur. Et dignum existimatur, quod meritum aliquod præ se fert: illud autem meritum est, quod placet: placet autem, vel placere intelligi debet, quod viro bono placet. Et ad eius arbitrium dignum existimabitur, ut scribit Scæuola iurise. in l. Thais, l. 41. de manu. test. li. 40. π . ti. & 5. Vlpia l. fideicommissa, l. 11. 5. proinde, de leg. 3. lib. 32. π . tit. 1. Et sic sequitur Iustum ex dignitate rerum, quamquam alij aliter dignitatem æstimet, ut Democratici libertatem, Oligarchici diuitias, Optimates virtutem, teste Aristotele li. 4. Eth. ad Eudemum. Proprie igitur dignitas generaliter dicetur cuiusq; honesta & cultu & honore & verecundia digna autoritas. Ex dignitate itaq; & vtilitate plura colligimus bona. Inter quæ Cicero 2. de Inuent. cum tractat de expetendis annumerat gloriam, amplitudinem amicitiam. Laudanda bona, qualia dignitas orationis & rerum & administrationum: & naturæ bona ut forma, pulchritudo & alia id genus: Et ut semel dicam, secundum diuersitatem bonorum, & diuersitas est dignitatis. In omnibus dignitas honorem semper addit, & boni speciem: nam & in viris graues & constantes animos auget illustratq; dignitas, qui proinde ac aura inspirante ad honesta concitantur opere, ut scribit Plutarchus,

rarchus in vit. M. Coriolani. Dicebat etiam
 Bion in Bucolicis, τιμὴ ἢ τὸ πρᾶγμα κτλ. ἢ κτλ.
 σοφὰ πρᾶγμα. Honor res meliores facit. Et rursus
 Iamblichus, πᾶν τὸ τιμώμενον ἀύξειται, ἔλατ-
 ἴσται ἢ πὸ ἀτιμωσίου μῆνον, Omne honoratum au-
 getur, per contemptum imminuitur. Quod au-
 tem augetur, nemo non videt essentiam
 ponere, & ita bonum: quare & dignitas,
 quia honor, bona erit. Sunt & fundamenta
 dignitatis bona, quæ & bonam ostendunt
 dignitatem: quæ ponit Cicero lib. 1. Epist.
 ad Q. frat. nempe integritas, continentia,
 subiectorum pudor, delectus familiaritatis
 & provincialium hominum, familiaris grauis
 & constans disciplina. Et certè verbum, di-
 gnum, semper meritum boni præsupponit,
 & per consequens, ipsum bonum, propter
 quod, meritum aliquod referatur. Sic di-
 gnus aliquo cui debetur aliquid iuste. Sic
 magistratuum dignitates dicuntur bonæ,
 quia digni debent ad eas assumi, veluti alij
 magis necessarij, & ob virtutem honore
 remunerandi: sic etiam dignitates, vt & se-
 natoria, præmia virtutis sunt, vt scribit Ari-
 stoteles 1. Polyt. c. 7. Præferendi ideo ad di-
 gnitates idonei, vt scribit Modestinus in l.
 vt gradatim, l. 11. de muneri. & honor. lib. 50
 π. tit. 4. sunt namque magistratus, veluti
 quidam rerum humanarum summæ mode-

ratores;

rator
 in me
 nius
 lib. 1.
 b. ver
 ros, t
 & gl
 exte
 colli
 gni
 nihi
 de 8
 quo
 dixi
 3. q
 Vlp
 w. t
 qua
 bon
 der
 ait
 stic
 alio
 faci
 hoc
 ber
 23.
 c. 2
 c. 3

ratores iuris, quod bonum est, quotidiani in melius reformatores, ut scribit Pomponius l. 2. §. post originem iuris, de orig. iur. lib. 1. 7. tit. 2. & D. Paulus ad Hebræos c. 13. b. vers. vocat in dignitate & potestate positos, magistratus, ministros Dei ad bonum: & gladium ait eos portare in malefactorum exterminationem. Ex quibus verbis tres colliguntur probationes quod bona sit dignitas illorum, primò quia ministri Dei: nihil enim à Deo quod non sit bonum, unde & iudices dij vocantur participatione. 2. quod malum tollant, quod proprium boni: diximus enim mali remedium bonum esse. 3. quod ministri sint ad bonum. Dehinc & Ulpianus in l. si longius, §. fin. de legib. lib. 5. 7. tit. 1. ait dignitati utilitatem iunctam, quam & dicimus bonam. Possumus eadem bonitatis argumenta cum potestate concludere, quod non sit potestas nisi à Deo, ut ait Diuus Paulus ad Rom. 2. 13. De ecclesiasticis preposituris. idem dicendum est, quæ alio nomine beneficia dicuntur, quasi beneficentia: nam sacerdotia & prælaturæ ad hoc institutæ sunt, ut qui præessent gregem benè pascerent, doctrina & re ipsa. Hierem. 23. 2. Ezechiel. 34. 1. D. Petri 5. a. & Actuum c. 20. f. ver. 28. Et ideo D. Paulus ad Timoth. c. 3. 2. *Qui episcopatum, id est curam ecclesiæ, desiderat,*

desiderat, inquit, bonum opus desiderat. & cano.
 qui episcopatum, 8. q. 1. in 2. par. Decre. Gra-
 tia. quare & digni & idonei, non indigni, ad
 ea promoueri debent, vt statuitur ex consi-
 lio prouinciali in c. graue, c. 29. de præben.
 lib. 3. w. tit. 5. Non tamen dico quòd omnes
 qui promouentur ad dignitates seculares
 vel spiritales sint digni & idonei, eo quòd
 in dignitate sunt. Nam quotidiana experi-
 entia mendacij nos argueret, sed quòd di-
 gni esse debeant: nam & ita legibus cautū
 est. bona enim bonis sunt committenda, &
 dignis: aliter magnum & promouenti &
 promotō imminet periculum. cano. mira-
 mur, 51. dist. cum similib. ibi nota. Et Plato.
 lib. 24. in Gorgia nominatim magnam po-
 testatem quoddam bonum esse scribit quod
 & ad potentiam naturalem extendendum
 est, nempe ad vim & facultatem aliquid a-
 gendi quæ à Deo omnibus indita est, prout
 propriæ conuenit naturæ rerum. Sic Plato
 in Hippiã maiore, vel de pulchro, pulchrū
 vtile esse docet ex eo, quod id, quod aliquid
 perficere possit, vtile sit: possēque id dixit
 potentiam & pulchrum, & impotentiam
 turpe. His iungendus honor, potissimū mis-
 si qui ex meritis alicui contingit, qui summo
 studio cōseruandus est, vt ait Cicero I. Epist.
 ad Q. fratrem lib. 1. Fuitq; honor tantæ ac
 præclaræ

præclaræ æstimationis, vt antiqui ei templum
 dicarint, tanquam deo. Et tale dedicatum
 bello Ligustico à Q. Maximo, & postea à M.
 Marcello renouatum. Caius etiam Marius
 & ipse templum extruxit Honoris & Virtu-
 tis, vt scribit Cicero 2. de Natu. deo. & Liui-
 us lib. 7. decad. 3. Simul autem Virtuti &
 Honori templum consecratum, vt prædi-
 cto loco Liuius scribit, & Vitruuius lib. 4.
 Archite. c. 1. & in proæm. lib. 7. vt per sym-
 bolum docerent honorem sine virtute esse
 non posse. Scribit & D. Augustinus lib. 5. de
 Ciuita. c. 12. neminem templum Honoris
 ingredi potuisse, qui non esset prius Virtu-
 tis ingressus, eo quòd via ad honorem ve-
 rum, sola sit virtus, & præmium virtutis sit
 laus & gloria, vt scribit Cicero oratio. pro
 Arch. poëta. Quo argumento Plutarchus
 Oratio. consolatio. ad Apollonium ait de-
 functis vtilitatem esse honorem, qui per
 bonam memoriam exhibetur. hinc & Leo
 pontifex in can. miramur. §. fin. 61. dist. in 1.
 par. Decre. *Ad honores mundi & spirituales sine
 suffragatione temporis, sine merito laboris indi-
 gnum est peruenire: & notari ambitus solent
 quos probitatis documenta non adiuvant. In vtrif-
 que namque & secularibus & sacerdotijs, ambitio
 locum habet, vt scribit Modestinus l. 1. ad l.
 Iul. de ambi. lib. 48. w. tit. 14. Et in vtrisque*

finguli suas vires metiantur oportet. Et ut
 ait Gregorius Syagrio episc. scribens, *Quis-*
quis sacerdotium, non ad elationis pompam, sed ad
utilitatem adipisci desiderat, prius vires suas cum
eo quod est subiturus onere metiatur, ut si est im-
par, absteineat: & ad id cum metu etiam, cui se
sufficere existimat, accedat. videndi hac de re
 can. non est putanda, & can. fertur, l. q. 1. in
 2. par. Decre. Bonifa. Socrates etiam apud
 Xenophontem lib. 1. de dict. ac factis Socra-
 tis, semper dicebat, nō esse meliorem viam
 ad honores acquirēdos ea, per quam bonus
 quisque effici & non videri velit. Siquidem
 ut idem Xenophon. in Hierone, vel tyran.
 scribit, *Cum homines sic affecti sunt, ut existi-*
ment virum idioncium, qui possit bene facere, rati
se illius frui bonis, postea hunc in ore habent ve-
hementes laudibus, eumque spectant non aliter quam
si suum quisque bonum indueretur, ac sponte dece-
dunt de via. Spontē assurgunt amantes non me-
tuentes, coronantque ob virtutem & benefacta er-
ga Rempub. numeribusque honorare cupiunt. Hi
 denum & mihi videntur eum & honorare
 verē, quicumque talia præstant officia. Et
 qui his se dignū reddit, re vera videtur ho-
 norari. De honore sic etiam scribit Aristo-
 teles 1. Rhetor. ad Theod. c. 5. *Honor est esti-*
mationis benefactiue iudicium, honorantur au-
tem maximē, atque merisō, qui beneficia
 contulerunt

contulerunt: deinde qui cōferre queant. Beneficiencia autem illa primas partes habet, quæ salutis est causa vt simus: secundas vero ea quæ diuitiarū, vel alterius boni, quod vel omnino, vel hīc, vel non facile aliquando acquiritur. Nam multi honorē assequuti sunt quamuis parua præbuerint, sed mo- 7
 dus profuit atq; occasio. Honoris verò partes sunt, sacra, memorations, decantationes carminum, aut solutæ orationis ad laudem recitatio, præmia, delubra, vel primum confessus, sepulchra, imagines, publici vitus. Adhæc etiam barbara, vt inclinari, loco cedere, munera quoque, sed alia apud alios honoratiora. Est autem munus, rei alicuius donatio, honoris signum. Infamia por- 8
 rō contraria est dignitati & honori: nam & infames, hoc est notati & fama bona priuati, nullum aditum ad gradus dignitatis vel honoris habent. Sic enim rescriptum est ab imperatore in l. 2. de dignitat. lib. 12. C. tit. 1.
Neque famosis & notatis, & quos scelus aut vitæ turpitudine inquinat, quos infamia ab honestorū ceteris segregat, dignitatis portæ patebunt. cum similib. iurib. quæ multa sunt ibi nota. Siue illa infamia sit à iure illata, siue ab ipso crimine iniusta cum vtique vnumquemque criminofum non dignitas debeat, sed pœna comitari, vt scribunt Gratia. & Valentina.

in l. ne quis officialium, l. 38. de decurio. lib. 10. C. tit. 30. Quamobrē omni infamiae malum inesse inde constat, quia sit quaedam priuatio boni, vel diminutio. Est enim secundum Callistrā. iurisc. in l. cognitionum, l. 5. de var. & extraord. cognit. lib. 50. w. tit. 23. *Aestimatio, dignitatis illa se status, legibus approbatus, quae ex delicto nostro, auctoritate legum aut minuitur, aut consumitur.* Minuitur adiectione poenae, relegatione, motione ex dignitatis ordine, interdictione honorum, fugatione, assignatione in opus publicum, cum infamiae nota irrogatur. Neque seruetur etiam ei mulieri filiae senatoris honor, quae se in sceleratam & ludicram vitam deduxerit, quae quaestum corporis fecit, vel iudicio publico condemnata fuerit, ut scribit Paulus in l. Senatoris filia, l. 47. de nupt. lib. 23. w. tit. 2. Consumitur verò magna capitae minutione, ut libertatis amissione, interdictione aquae & ignis, & aliis malis. Ad hoc malum referuntur indignitates heredum, & in §. causas, ut cum de appella cog. in Authentic. & donatorum ingrattitudines, quae traduntur titulis de his quib. ut indig. in Pand. & C. & in l. f. de reuoca. dona. C. c. fi. de donat. cum similib. ibi nota. Possunt his addi incapacitates & insufficientiae, quae omnia priuationem inducunt. In rebus utique

vtique dignitas & honos spectatur ex essen-
tia bonitate, vel hominū functione & vsu:
indignitas contrā, ex horū diminutione,
vel priuatione omnimoda.

De essentia.

CAP. XIII.

ALiquid ex eo quod non est fieri oriri-
ue naturā nō potest Aristoteles 1. Phy-
sic. c. 4. Et id quod non est perire non po-
test, & quod est tantum perire intelligitur,
vt ait Vlpianus in l. 1. §. vsque adeo. quib.
mod. vsufr. amitt. lib. 7. w. tit. 4. vt canoni-
cis non existentibus, priuilegiū aliquod
dari non potest, Urban. in c. pen. de eccles.
ædific. lib. 3. Decret. tit. 48. Et Plato. lib. 18.
in Euthydemo, vel litigioso. scribit nemi-
nem dicere posse id quod non est: quod e-
nim non est, nullum posse dicere constat.
Quod iurisconsulti dicunt, non entis nul-
las esse qualitates, colligunt ex Leius qui in
prouincia, de reb. cred. in w. & Philo Iudæus
lib. Quod mund. fit incorr. *Ex non existens
impossibile est, inquit, quicquam fieri, & ens pror-*
sus interire impossibile creditur. Docet Tho-
mas lib. 2. contra gentil. c. 49. nullam in An-
gelis compositionem esse ex materia & for-
ma, & tamen cōpositionem esse ex esse &
essentia. Et secundū eundē essentia est cō-

pleta natura, in specie gradum habens de-
 terminatum sibi inter entia specificum. Ma-
 teria verò prima, siue spiritalis, siue corpo-
 ralis, pura potentia est, & pars non totum,
 neque gradū vllum inter etiā speciei deter-
 minate sibi vendicat. Esse autem existentia
 ipsa est quæ non est forma, quæ esse specifi-
 cum det, sed actus qui esse specificum præ-
 3 supponat. Quamobrem in rebus corporeis
 duplex compositio est, altera ex materia &
 forma, ad esse speciei: altera ex natura spe-
 ciei, & esse existentia, ad esse individui. At
 in rebus spiritualibus vna tantum compositio
 est, quoniam essentia simplex est, ad esse
 dumtaxat specificum, non sibi includens
 partes distinctas & esse existere: cum natu-
 ra specifica Angeli existat. Et hæc iisdem
 4 verbis scribit Bessarion Cardinalis lib. I. con-
 tra calumniato. Plat. c. 22. & 25. Probauimus
 autem supra essentiam omnem per se
 bonam esse, & malum esse tantum priuati-
 onem nudam boni, eamque nec esse sed no-
 minari, quare eò recurrendum est. Huc re-
 ferenda tamen esse admonebimus omnia
 quæcumque aliquam essentiam siue re ip-
 sa, siue consideratione ponunt: re ipsa, vt
 ponit actio, quæ per se bona est, quia vim
 aliquam indicat agentis, vt passio defectum
 agendi. Item magnitudo omnis, & edificatio,
 adiunctio

adiuctio, fructificatio, melioratio, quāquam fines & intentiones saepe actus huiusmodi, ratione priuationis alterius, reddere videntur mala, cum tamen non rebus hæc, sed alijs circumstantiis mala tribuenda sint. Cōsideratione autem essentiam exprimunt, quæ animo comprehendunt aliquid, sicut & mala quæ destruunt, vt qui addit rationē rationi, bonum agit, quasi multiplicaret essentiam similem, qui verò rationē destruit, malum agit. Et Socrates apud Xenophontem, lib. 2. de fact. Socratis bonum semper dicebat esse alicuius; in genere autem quod nullius sit bonum non nouerat, quia bonum præsupponit cui bonum sit: malum contra non est. Dicimus etiam artes in bonorū genere esse, quia & bonorum fontes sunt, vt dicebat Cræsus apud Cyrum, cū de direptione prohibenda Lydorum disputarent apud Xenophontē lib. 7. de pardia Cyri. Nam siue loquaris de factitijs, siue de cōtemplatiuis scientijs in vtrisque; felicitatem & bonum quoddam reperies: omnis enim doctrina, ars, electio actusque omnis habet propositum sibi bonum, & appetit, vt scribit Aristot. 2. Ethico. ad Eudemum c. 1. Ratione essentia etiam dicimus cum Aristotele lib. 1. Magno. moral. in omnibus prædicamentis esse bonum, in quo, in quali, in

quanto, in ad aliquid, & prorsus in omnibus
 in medicina bonum medicus nouit, in gu-
 bernatoria gubernator, in singulis singuli,
 vt quando secundum medicus, nauigandū
 7 gubernator, & cæt. Quæ perseverant dici-
 mus etiam essentiam habere, & per conse-
 quens bonum, & tantò maius, quantò fir-
 rius illud conseruant. Nam vt diximus,
 mala semper priuant, bona cōseruant. Huc
 pertinet igitur duratio omnis, constantia,
 quia etiam virtus : & virtus bonum, quam
 imitatur obstinatio & pertinacia animi, sed
 in malum. Quod ipsa natura est, bonum id,
 & bono est bonum & iucundum, & ipsum
 viuere est de his quæ per se sunt bona. Ideo
 iucundum cū bonum Aristot. 9. Ethic. c. 9.
 Et sicut ædificatio addit essentiam & pro-
 batio, sic destructio & confutatio habentur
 per oppositum. Nam & confutatio est rei
 alicuius propositæ destructio, vt scribit
 Aphthonius Sophista in Progymnas. vel de
 præexercit.

De felicitate.

CAP. XV.

¹ **F**elicitas beatitudo, μακαρισμός, ἡδονή,
 ἔλκος, ἰσχυρία, ἰσχυρονομία : cū dix-
 rimus summum bonū in Deo esse, & Deū
 bonitatem ipsissimam esse, proculdubio
 ponunt

ponunt bonum : vt in Deo est vita, quia & felicitatem vitam quandam esse ait Aristoteles lib.9. Metamophys. c.9. Sed & Plotinus de virtute & vitio loquens solos ait bonos felices ac beatos, & ob hoc beatos Deos censerī quia boni, vt scribit etiam Theodoretus lib.6. de curat. Græca. affectio. & Isocrates in Parenesi ad Demon. præcepto 74. ἡγὺς καὶ κτίσεων εἶναι παρὰ μὲν τοῦ θεοῦ εὐτυχίαν, παρὰ δὲ τῶν ἀνθρώπων, εὐβελίαν, id est. *Quod nobis optimum, felicitatem existima : si à nobis autem proficiscitur, existima bonum consilium.* Bonum autem consilium, sapientia est à Dei dono procedens : ideò bonitati coniuncta. Et sic Plato lib.5. in Alcibiade 1. siue de natu. homi. neminem esse posse felicem dicit, nisi sapiens bonusque sit : & pariter omnes malos per consequens miseros. optimeq; Euripides in Hecuba. actu 3. versu 143. videtur felicitatem definiuisse à priuatione mali, vbi Hecuba sic loquitur.

— καὶ ὁ δὲ βιωτὰς

Ὁ τῶ καὶ ἡμᾶς τυχεύει μὴδὲν κακῶν, id est,
Ille autem felicissimus est,

Cui in vita nihil contigerit mali.

Et Vlpianus Iurisc. in l. bonorum appellatione, l. 49. de verb. & rer. fig. lib. 50. w. tit. 16.

Bonorum, inquit, appellatio aut civilis aut naturalis est : naturaliter bona ex eo dicuntur,

o 5 quod

quod beant, id est, beatos faciunt. beare est prodesse. Aristoteles etiam lib. 1. Ethico. ad Nicoma. c. 10. docet, felicem & beatum nunquam miserum esse sed & à rebus infelicibus admoneri. *Nam si, inquit, operationes dominae sunt vitae, nemo beatorum fuerit miser: nunquam enim odiosum quicquam atque improbum ager.* Et Boëtius 3. de Consolat. definit

3 beatitudinem esse statum omnium bonorum aggregatione perfectum. Et D. Augustinus lib. 22. de Ciuitate, beatitudinem dicit ubi nihil adest mali, nihil abest boni, statum perfectum & æternum, quæ certè beatitudo non inuenitur in hoc seculo. Et Aristoteles Ethic. lib. 10. c. 7. *Nihil, inquit, felicitatis est imperfectum.* Talis autem vita superat hominis naturam: non enim hoc ipso quo homo est ita uiuet, sed quo est quid in ipso Diuinum. Et idcirco breuiter

4 annotandum est beatitudinem vel felicitatem aliam esse imperfectam, aliam perfectam: instabilem & variabilem vnâ, aliam immobilem. Vt etiam Epicurus bifariam felicitatem intelligit dixit, supremam illam, quæ in Deo est, quæ incrementum nõ accipit: item ablationem & adiectionem uoluptatum, ut scribit in eius vita Diogenes Laërtius. de Vit. Philoso. lib. 10. quod & scribit Aristoteles lib. 7. Ethico. ad Eudemum.

Vna
noxi
inte
& re
conf
boni
vici
per
vulg
que
abu
uita
noft
ver
ver
524
5
2
4
4
5
3
1
6
3
1
6

Vna in vita quæ quotidie variationibus obnoxia est ponitur, interdum bonis externis, interdum alijs cumulata: quæ quia fluxis & rebus facile deficientibus & mutabilibus constat, efficitur varia & incerta: & ea quæ bona videntur extremis malis iunguntur, vicissitudine quadam vel potius iucunda semper tristibus mixta in hac vita sunt, quæ vniuersus bona & mala dicit. Conuertit namque Deus ob nostram prauitatem & rerum abusum, & ob in eum ingratitude, festiuitates nostras in luctum, & omnia cantica nostra in planctum, vt scribit Amos c. 8. c. vers. 10. Thobias. 2. b. vers. 7. 1. Macchab. 1. c. ver. 41. exprimit Homerus Iliade 24. w. vers. 524.

Ως γὰρ ἐπικλήσονται τοιοῦτοὶ θεοῖσι βροῦσι
 Ζῶσαρ' ἀχνυμένους, αὐτοὶ δ' ἔτ' ἀκνήσει εἰσι,
 Δοιοὶ γὰρ τι πῖθ' οἱ κατακέαται ἐν θεῷ ἔδρα
 Δόρυρον, εἴα δίδωσι κακῶν, ἔτιρ' ἢ ἰάων.
 Ω' μὲν καμμίξας δῶμα ζῶσα πρὸ κίμωνων.
 Ἄλλοτε γὰρ τι κακῶν ἐγὼ κέρειν, ἄλλοτε δ' ἰαθῶ.
 Ω' ἢ κ' ἔλ' λυγρῶν δόξας, λυβητιμ' ἰδουκε.
 Καὶ ἰκανὴ βῆβρσις ἐπὶ χεῖρα δῖον ἰαῶναι.
 Φαίτω δ' ἔτι θεοῖσι τιμῆμι' ἔστι βροῦσι.
 Ως γὰρ κ' ἢ πηλῆϊ θεοὶ δῖοισι ἀγλαὰ δῶρα
 Ἐκ γίνονται. πάντας γὰρ ἐπ' αὐδ' ἰαῶναι ἰαθῶ
 Οὐβω τι πλῆτω γ' ἔτι, αὐασι δ' ἢ μὲν ἰαθῶναι.
 Καὶ εἰ δὲν ἴσ' ἰν' ἰδουκε πείρασαν ἄκωϊν.

ΑΛΛ' ἰσὶ κ' τῷ τῦκκ. δι' ἰσ κακῶν, ὅτι εἰ ὄτε
 Παιδῶν ἰσ μὲν ἄριστοι γὰρ ἦν ἰσ κρείωντων.
 ΑΛΛ' ἵνα παῖδα τί κ' πῶνα ὄσιον.

Sic enim Deus decrevit miseris mortalibus
 Ut vivant tristes, ipse autem sine sollicitudine
 anxietatis esset.

Duo quippe dolia iacent in Iovis limine,
 Munerum qua dat, alterum malorum, alterum
 bonorum.

Is cui quidem miscens dedit Iupiter fulmi-
 nator,

Aliquando malum experitur, aliquando bo-
 num :

Is autem cui ex tristibus concesserit, iniuria
 exponit,

Et ipsum mala famas in terra alma exagitat,
 Vivitque nec à Deo, nec ab hominibus honora-
 tus.

Sic quidem Peleo dederunt illustria dona
 A natiuitate: omnes enim supra homines orna-
 tus est,

Felicitate dinitis: imperabat verò Myt-
 midonibus,

Et ei mortali existenti, dederunt Deam ux-
 rem.

Sed & huic imposuit Deus malum, quòd ei
 nulla

Filiorum in domibus soboles fuit imperantium,
 Sed unum filium genuit brevi moriturum.

Et

Et Pindarus Pythior. ode 3. antist. 4. ver. 9.
eadem ita scribit.

Ἐρπασίῳ δὲ πόνον, πῆμα ἅλα σῶν

Δύο δαίμονας βροτοῖς.

Ἀθάνατοι, τὰ πρῶτον

Οὐ δυνάσται νήπιον κόσμῳ φέρειν,

Ἀλλ' ἄγαθοί, τὰ κατὰ τριψαύτης ἕστα. id est

Ad unum bonum mala

Bina distribunt mortalibus

Immortales, qua quidem

Non possunt stulti moderatè ornatèue ferre,

Sed tantùm boni qui boni extrà obuertunt. Scilicet mala intrò patienter ferentes, quibus non cedunt. In quibus vulgari nota malum pro tristi sumitur, & pro eo quod adimit iucundi perfecti fruitionem: nihil enim à tempore peccati in hoc seculo constantem aut puram adfert iucunditatem, quin aliquo modo, qui ea fruitur, non pungatur, idque nostro bono tamen factum, si verè expendatur. Exemplum petamus à rosa, quam Basiliius Magnus lib. Hexaëmerio homil. 5. scribit à principio sine spinis à Deo creatà, postea verò pulchritudini floris adiunctas spinas, quo voluptatis capiendæ oblectamento propinquo nos inde afficiamur dolore, recordatione delicti, causa cuius factum est vt tribulos nobis. & spinas terra proferret. Rursùm idem Basiliius. Magnus

Seruiò

Sermo. de Paradiso, Rosa inquit, spinis his est coniuncta, externa gratia molestiam obtegens, ut tantum non operata voce contestans ac dicens, Quae incunda vobis sunt o homines, tristibus permixta sunt: nam vere in humanis bonis ita comparatum est, ut nullum eorum sincerum sit, sed confestim adsit letitiae & hilaritati maestitia coniugio viduitas, puerorum educationi cura & sollicitudo, secunditati abortus, vitae splendori ignominia, prosperis successibus dispendia, delitijs fastidium, sanitati infirmitas. Florida quidem est & rosa, sed mihi tristitiam insigit: nam quotiescum que florem hunc video, peccati mei admoneri propter quod terra ut spinas ac tribulos proferat, condemnata est. Suffragatur & Euripides in Orestis Tragedia, act. 1. ver. 252.

Ο μίγας ὁ λ. β. & μίνι μ. ἐν βροτοῖς.

Αὐτὴ ἡ λαΐφ. & ἴσ. τίς ἀκέρως θάσ.

Τινὲς ξας δαίμων, κατὰ λυσοῦ

Δεινῶν πόντων, ὡς πόντα

Ἀλλ' ἔπειθ' ὀλίβρισισι πρὸ μύμοι.

Magna felicitas non manet inter mortales,

Sed percussa à Damone quodam,

Velut concutitur velum citæ navis,

Obruit per graves dolores

Veluti in insani ponti periculosis fluctibus.

Et rursum idem Euripides in Electra actu 2. vers. 150. exemplis exagitat.

Ὅτι ἡ κ. ἴ. τι ἀκέρως ἔδειξ' εἰς δεινὸν δόλιον,

Quid

Quod nihil sic certum ad hominis felicitatem.

Ἐχρσι γδ παρὰ γὰρ αἰ φούσις βραδύωρ.

Habent enim inquit, natura hominum mutationes propter quas nemo his quæ ad felicitatem facere videntur humanam contentus viuit: & vt Aristot. lib. 2. Rhetor. ad Theod. c. 21. Nō est qui felix omnibus in rebus sit. Et multorum hac de re antiquorū refert sentētias Stobæus sermone proprio, serm. 35. ἐτι δὲ δὲ εἰς ἐν πᾶσι δὲ δὲ αἰμαρ ἢ δὲ δὲ αἰμαρ ἢ δὲ δὲ αἰμαρ, Quod nullus sic omni ex parte beatus: cui plures Latinorum subscribunt. Sed & Maximus Tyrius Sermone 35. harum felicitatum satietatem molestiorem esse satietate epularum atque ebrietatis, docet exemplis. vides vt neq; etiam Achilles otium, neque silentiū Nestor, neq; securitatem ferat Vlysses, cū liceret Achilli viuere, atque imperare Myrmidonibus, Thessalicam terram excolere, ac senectutem Pelei alere: Nestori item in Pylo, in pace atque otio senium ducere: Vlyssi itidem in domo remanere circa opacū folijs Neritum, in terta virorum altrice, vel penes Calypso immortalis: sed ij omnia postposuerunt. Et hinc factum est vt cū quisque his quæ possidet non sit contentus, semperque nouis cupide inhiet, naturæ fuerint diuersæ felicitatis sententiæ. Et vt ait Horatius Saty. 1. lib. 1. Sermo,

— *Ut nemo quam sibi sortem
 seu ratio dederit, seu fors obiecerit, illa
 contentus visat, laudet diuersa sequentes.
 O fortunati mercatores, grauis annis
 Miles ait, multo iam fractus membra labore,
 Contra mercator nauim iactantibus Austris,
 Militia est potior. Quid enim, concurrunt,
 hora*

*Momento cita mors venit, aut victoria lata.
 Agricola[m] laudat iuris legumque peritus
 Sub galli cantum consultor ubi ostia pulsat:
 Ille dæis vadibus qui rure extractus in ur-
 bem est,*

*Solos felices viuentes clamat in urbe. Et de
 hinc*

— *Si quis Deus, en ego, dicat,
 iam faciam quod vultis: eris tum qui modo
 miles,*

*Mercator: tu consultus modo, rusticus: hinc
 vos,*

Vos hinc mutatis discedite partibus, scia

Quid statis? nolunt atqui licet esse beatis. &c.
 Quamobrem Plato lib. 34. dialo. 2. de legib.
 persuadere conatur felicem iustum, inter-
 licem & malum iniustum, etiam si diuitias,
 sanitatem perpetuamque tyrannidem pos-
 fideat, inuictasque vires, animositatem: &
 etiam immortalitatem. alibi in lib. 20. in
 Charmi. scientiam boni vel mali, quæ felici-

ces reddat & beatos, ponit in temperantia. Solon autem Atheniensis legislator, interrogatus à Cræso rege Lydorum, quem existimaret beatissimum, Tellum esse respondit, quia illi in Repub. Atheniensi bene instituta filij erant honesti & boni, eorumque singulis liberi, hi que omnes superstites: & cum hoc vitæ, quantum in nobis situm est, bene traduxisset, obitus splendidissimus obtigit, pro Repub. occumbens. Post hunc & mortem optimum dixit, exemplo Cleobi & Bitonis, neque quenquam beatum ducebat, qui magnis opibus præditus esset, nisi ei omnibus bonis prædita fortuna concesserit bene vita defungi: & priusquam is ad obitum peruenerit beatum appellari non posse, sed fortunatum. quia omnia assequi quandiu sis homo impossibile est. quæ omnia scribit Herodotus in Clio, siue lib. I. & Plutarchus in vita Solonis. Porro Cræsus proprijs bonis & diuitijs obæcatus, cum putaret in his fœlicitatem contineri, vel in alijs rebus temporalibus, consuluit Apollinem quomodo fœlix esse posset, vt scribit Xenophō lib. 7. Ciripædiæ. a quo, & si iniquo dæmone tamen Dei iussu, vt nos inde erudiremur, prolatum est huiusmodi oraculum.

Ipsum te noscens es fœlix, Cræse, futurus.

Quod tamen nec ipse intellexit, donec in 10

Cyri manus incidit. Plato aliter, teste Diogene Laërtio in eius vita, libr. 3. felicitatem quinque partitā definit: primam eius dixit partem in *δυσβελία*, bene consulere: sensibus & bona valetudine corporis vigere: Tertiam in *ἰσχυρία*, in rebus gerendis bene fortunatum esse: quartam gloria & autoritate apud homines excellere: quintam, in *ὑποψία* pecunijs rebusque cæteris ad omnes usus vitæ affluere. Aristoteles Magno. moral. lib. 1. bene viuere, finem & felicitatem, & optimum esse putat, & ita viuendo secundum virtutem ponit: & huius idem in 1. Ethic. ad Nicoma. c. 8. vbi has varias de felicitate adfert sententias. c. 5. eius libri. Rursum idem Aristoteles eod. lib. c. 9. felicitatem in bona operatione consistitueri videtur, in bene regendo populo & in bene constituenda Republica. Et ideo nec bruta animantia, neque infantes, qui ob teneram ætatem bene agere non norunt, istius felicitatis esse participes. Virgilius lib. 2. Georgi. circa finem. in contemplatione naturarum ferum posuit, & in mortis contemptu.

Felix, inquit, qui potuit rerum cognoscere causas,

Atque metus omnes & inexorabile fatum
Subiecit pedibus, strepitumque Acherontis avari

Et rursum in Culice ver. 78. longè aliud à
 fœlitate aliorum, fœlices reddere putat.

*Quis magis optato, inquit, quæsit esse beatior
 tuo,*

*Quam qui mente procul pura sensuque pro-
 bando*

Non avidas agnovit opes, non tristia bella,

Nec funesta timet valida certamina classis:

*Non spoliis dum sancta Deum fulgentibus or-
 net*

Templa, vel evectus finem transcendit habendi

Aduersum seuis ultrò caput hostibus offert.

Aliter de beatitudine censet & Martialis li.

9. Epigramm.

Vitam qua faciunt beatiozem,

Iucundissime Martialis, hæc sunt:

*Res non parva labore, sed relicta. &c. quæ se-
 quuntur.*

Horatius & aliter de finit de vita beata, agri
 culturam eam censens lib. Epod. od. 2. libi.

Beatus ille qui procul negotijs,

Vt prisca gens mortalium

*Paterna rura bubus exercet suis, & quæ se-
 quuntur.*

Terentius & alij liberos, & alia separatim
 hominibus utilia, fœlicitatem rati sunt. Et
 tot hæc de re, vt absolvam, fuerunt antiquo-
 rum opiniones quot formè capita: vsque a-
 deo, vt Marcus Varro, ducentas octuaginta

sectas, & opiniones memoret priscorum, vt author D. Augusti. li. 19. de Ciuita. Dei c. 1. vide & plura de summo bono. eodem libro. c. 2. 3. 4. Qui tamē omnes fœditer lapsi sunt, potissimum in duobus: vnum, quod absolute in aliqua re humana fœlicitatem summā putarunt inueniri, & ibi summum posuerūt bonum, vt & ipse Seneca lib. 1. de Vita bea. in animi virtutibus, & animi concordia, vt cæteri in alijs: secundū quod in hac vita summum bonum & fœlicitatem posuerunt vt verè de illis dici possit, quod Deus ait per Hieremiam, c. 3. b. vers. 11. *Popule meus, qui te beatum dicūt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant.* Et certè si cum ratione philosophari velimus, reperiemus tam ex parte rerum, quàm ex parte hominum nullam fœlicitatem perfectam hîc reperiri posse quādiu hisce fluctibus vitæ circumagimur. Nā ex parte rerum nihil in suo eodemque statu & perfectione perseuerare potest, quod sufficiens sit ad fœlicitatem: siquidem, si credamus Aristoteli lib. 9. Ethico. ad Nicoma. c. 9. & lib. 10. c. 6. fœlices sunt sibi per se sufficientes. Quia & Philo Iudæus li. Quod deterius potiori insidietur, ait fœlicitatem in externis vel corporis, vel animæ seorsim bonis non debere examinari: hæc enim singula velut partes aliquæ & elementa sunt, sed

sed i
repe
sola
stant
bono
quo
mæ
enin
sum
tatu
aliqu
ra, vt
mun
quid
ratic
ma, d
Post
onib
diue
pro t
etate
quid
ne v
prau
fœli
grad
quic
tabil
stati

sed in omnium simul congerie. Nullaque reperietur huiusmodi res in hac vita, quæ sola sufficiat, siue sit virtus, siue animi præstantia, vel ijs alia maiora. Nam & omnium bonorum externorum indigni sumus aliquo modo, neque ea etiam sine bonis animæ sufficiunt, nec vtraque sine Deo. vti his enim oportet: vti autem vel frui non possumus, nisi viuamus, & à Deo vita pernitatur. Dehinc cum fœlicitas sit summum aliquid ac præstantissimum in rerum natura, vt scribit Aristoteles 1. Ethic. ad Eudemum, non potest dari in rerum natura aliquid præstantissimū per se. singula namque ratione indigentia, nobis sunt præstantissima, & indigentia cessante non ita prætiosa. Postremo deficiunt ipsæ res, atque mutationibus variantur, & secum trahunt vsum diuersum, commodum vel incommodum pro temporum & circumstantiarum varietate. Id inter homines obseruare licet, qui quidem & ijs quæ bona sunt aliquibus ratione vsus proprii, alterato vsu & immutato prauè & maiè vtuntur: quod alienum est à fœlicitatis natura, qua, veluti in bonitatis gradu stabili consistente, malè quis affici nequit, nec male vti. Quibus & voluntatis mutabilitas addi potest, qua quòd semel placuit statim displicere potest: quod uè iucundum,

pulchrum, & ita bonum videtur. paulò post fastidio & saturitate odiosum est, vel contemptibile, & contra contemptibile prius, cum egemus eo, desiderabile: idque tandiu locum habet, quandiu voluntatis arbitrio utimur, id est, quandiu viuimus. Est enim voluntas mutabilis vsque ad vltimum vite spiritum, & ideo ambulatoria dicta, id est gradu mutabilis, vt scribit Vlpia. in l. quod iuriterum, l. 4. de adimen. leg. li. 34. w. tit. 4. cum similib. à glo. notatis. Quamobrem nec in vita hac quandiu in ea quis peregrinatur, dici beatus quisquam debet: qui enim nunc talis est & postea infelix esse potest, quod & quidam antiquorum dixerunt. Quod si amitti vita beata potest, vita certe beata non est: quia ea amitti nõ potest. Et qui fidit bonis suis in hac vita, perpetuo in timore versatur, ne ea amittat: & ita timet nequando miser sit. Timor autem impedit beatam vitam, cum ea ab omni animi anxietate libera sit: aliter enim vera foelicitas non esset, si miseriam timoris inmixtam haberet. Et ita Cicero concludit 2. 53. de finibus vitam beatam esse in perpetuitate temporis & per consequens non nisi post hanc vitam contingere, & ea absoluta. Et Ouidius li. 3. Metamorph. fab. 2. quæ Actæonis in ceruum mutati.

EX
A
Qua
loni
in M
Pfal.
bened
tur, m
quia
isto, e
tis su
homo
non
re,
non c
tali
se, v
Moffe
uorun
sent p
i. pet
iti, de
ta fa
quod
ne su
sua, b
uq
bonis

—Ultima semper

Expectanda dies homini est, dicitque beatus

Ante obitum nemo supremæque funera debet.

Quam Aufonius sententiam Atheniensi Soloni tribuit, & alij etiam. Rabini pari modo in Midras Theilim in interpreta. Psal. sup. Psal. apud Hæbr. 16. scribunt, *Deus sanctus benedictus non vocat iustos sanctos donec tradantur, nempe usque ad diem mortis eorum. Quare? quia fomes prauus formatur in homine in mundo isto, & non est securus de ipso usque ad diem mortis sue. Propterea dixit Salomon, quoniam non est homo iustus super terram. Nam & Patriarchæ non sunt vocati sancti donec traditi sunt terra, sicut dictum est, Ecce in sanctis eius non confidit. Quando igitur confidit in eis in tali hora, equalis fuit illa quæ dixit Moyses, vade & descende ad seniores Israël: Respondit Moyses, memento Abraham, Isaac, & Iacob seruorum tuorum. Dixit Rabi Pinchas, si postulassent patres dari eis habitationem supernam, utiq; impetrassent, & nihilominus non sunt vocati sancti, donec traditi sunt terra, & velo fuerit cooperata facies eorum. Rabi Ababar Papa, quid sibi vult quod scriptum est, & traxit robustos in fortitudine sua, hic est fomes prauus robustos in fortitudine sua, hoc est, generationem Enos, generationem diluuij, generationem diuisionis, id est, turris Babylonis & generationem Sodomorum. Qui vo-*

voluerit Hæbraica legere, videat Augustinum Iustimanum in Octaplo Psalt. sup. Psa. 3. secundum Latinos. Adde ex Euripide in Troadibus, actu. 2. ver. 272. Hecubem ita dicentem,

—τὴ δὲ δὴ δαίμονων

Μαθὺνα νομίζετ' εὐτυχῆν πρὶν ἂν θανάτῳ,

Beatorum ex numero nullum dicatis, priusquam decesserit.

Et in Hippolyto actu 4. ver. 307. sic inducitur Chorus,

Ὀὐκ οἶδ' ὅπως ἔποιμα' αὖ εὐτυχῆν τινὰ

Θνητῶν: τὰ γὰρ δὴ πρὶν ἀνίστραπ' ἡσπάλιν. id est.

Nescio an verè possim quenquam beatum dicere

Mortalium. Nam prima rursus retrò versa sunt.

Sed expressius in Iphigenia in Aulide act. 1. vers. 160. Agamemnon

Θνητῶν δ' ὀδβι εἰς τίλ' ὀδβι, ἢ δ' εὐδαίμων

Ὀὐπω γὰρ ἴφου τις ἄλυπ'. id est,

Nemo mortalium perpetuò est felix neque beatus,

Quippe nullus natus ita ut omni careret molestia.

93 Hisque similia alij dixerunt, quæ brevitati studens prætermitto. Annotandaque triè existimo, quæ felicitatem perfectam redere

dere dicuntur,

- 1 Bonorum omnium aggregatio sine alicuius vel modici mali mixtione.
- 2 Quòd illa aggregatio fit firma & stabilis, neq; pereat vel minuatur.
- 3 Quòd illa aggregatio aliud nõ requirat, nec timore ablationis cõcutiatur.

Quæ tria Pindarus conclusit paucis ode 7. Nemeorum, antistio. 3. ver. 2.

Ἀλλὰ γὰρ ἀνάπαυσις

Ἐν παντὶ γλυκῆ ἀίρω. κόρον δ' ἔχει

καὶ μέλι, καὶ τὰ τέκν' αὐτῷ ἀφροδίσια.

Φυῶ δ' ἕκαστ' & διαφίρο-

μεν βιοταῦν, λάχοντες

Ὅ μὴ τὰ, τὰ δ' ἄλλοι τύχαι δ' ἴσ' ἀδιώκιστον

Εὐδαιμονίαν ἅπα-

σαν ἀνυλόμερον. ἔκ' ἔχω

Εἰπῶν τινὲς τῆτο μοῖραι τίλ' ἔμπιδον.

Ωριφε. id est,

Sed requies dulcis in omni opere, saties atempus habet

Et mel, & dulces flores Veneris.

Indole autem & naturali propensione singulæ

Differentem habentes vitam, sortiti

Alius hæc, alius illa. Vnum tamen impossibile est esse, cui contingant

Fallicitatem un-

—versam adipisci nec possunt

Dicere, chinam Parca hæc perfectionis stæ-

bilem

Præbuerit.

- 14 Illaque tria in Deo solo, vt scribit Dionysius Chartufianus in Commenta. sup. c. 1. Epist. ad Ephes. Quare quia non possunt inueniri in rebus huius seculis nec in vita hac mortali, necesse est vt ad aliud quippiam scælicitas referatur, id autem nihil potest esse aliud præter deum ipsum, in quo eiusque fruitione est vera & perfecta beatitudo. Si quidem cum ipse sit fons omnium particularium bonitatum, & rerum omnium super essentia & supercaussa, illo potiti, & per consequens reliquorum potiemur bonitate. Et quia in hoc seculo non nisi per speculum, & veluti in ænigmate cognoscimus Deum vel fruimur Dei bonitate, post mortem autem facie ad faciem eum prospecturi, & visuri, sicuti est, vt scribit D. Paulus 1. Cor. c. 13. D. ver. 12. Et 1. Ioan. 3. a ver. 2. Sic & beatitudo illa non nisi pro parte nobis nunc innotescit, vel communicatur, futuri plenè beati & fœlices cum per vitæ theatrum optimè Dei volûtati inservièntes, & personas nobis commissas vel modum viuendi selectum, probè agentes, ad metam vsq; infracti, alacres & perseuerantes peruenerimus. Et Aristot. lib. 10. Ethic. c. 8. cum de fœlicitate loquitur, beatitudinem præcellentem

ponit

ponit in deorum (vt ipse vocat idola) vita,
*quia omnis rerum vita, inquit, in contemplatio-
 ne consistit.* Homines autem ideo esse beatos
 participatione & similitudine contemplati-
 onis: animalia autem nunquam neque par-
 ticipatiōe vt homines, neq; vita perfectā, vt
 Deum. Atque meta illa ad quam cursum di-
 rigimus vel dirigere debemus est vita illa
 æterna, in qua nullam inerit malū, sed om-
 nia iucunda & æterna. absterget enim in
 die illa Deus omnem lachrymam ab oculis
 fœliciū, & mors non erit, neque luctus, ne-
 que clamor, neque dolor erit vltra. Iesaiæ c.
 25. c. ver. 8. Apocal. c. 7. d. ver. 17. & c. 21. b.
 ver. 4. vita æterna est Dei cognitio & intel-
 lectus, D. Ioan. Euang. c. 17. *Hac est vita æter-
 na, vt cognoscant te verum Deum, & quem misisti
 IESVM CHRISTVM.* Est enim
 Deus essentialis bonitas, aliæ autē res par-
 ticipatiuē, ab eo creatæ: quare & ad eum
 omnia etiam naturaliter redire cupiunt,
 tanquam ad finem, qui bonus est. Quia & a-
 lias, omnia ex puncto ad punctum naturali-
 ter redeunt, nec antē quam redierint vnde
 ortæ sint, quiescunt, & per consequens nec
 antea bono finis potiuntur. Ex marior iua-
 tur omnia flumina, & ad illud rursus con-
 tinuo motu redeunt: oritur sol & occidit,
 & ad locum suum reuertitur ibique renas-
 cens

scens gyrat per Meridiem & flectitur in Aquilonem, Ecclesiast. c. i. b. vers. 5. Semina in semina tandem redeunt, nam ex semine, planta vel arbor, ex his fructus: sed tandem ex fructibus semen tantum superstes, homo à puero incipiens reputerascit vltima senectute: anima a Deo creata pura, & immortalis in hac mortalitate ad immortalitatem peruenire omnibus quibus modis potest properat. Et videmus omnia opera hominum siue sapientium, siue insipientium eò naturaliter dirigi. Interrogetur avarus cur tot diuitias cumulet, cur sumptuosas ædes excitat, cur tam ampla ædificia edificat, miles cur in acie perire properat, artifices cur tam elaborate operantur, quini & iuuenes cur tantum intumescunt: respondunt vnanimes cum sapientibus & scribentibus, vt rumore de se latius & perenniùs extendant sui, atque vt aliquando posterius de his loquantur. Sunt enim hæc omnia igniculi & testes immortalitatis, cum etiam nobis viuentibus illã nobis aliquomodo acquirere studeamus: est enim species immortalitatis rumor & fama de nobis etiam absentibus concepta. Quod enim est mors in memoria & recordatione eorum, illud est absentia in absentium rumore & fama. Omnia quidem a Deo mortalia &

immort

imm
lia i
pri
tun
igne
fic &
fide
tem
piur
opor
dem
recu
fic. c
prim
sa ve
Perg
mi p
princ
scrip
incub
sum e
toru
esse. E
fingu
aliqu
partic
Galea
ad fin
multi

immortalia creata sint, sed alia mediatè, alia immediatè : quæ mediatè, ad media sua principia reuertuntur naturaliter, & appetunt suum principium, vt terrena terram, ignea sursum tendunt, & sic de similibus: sic & quæ immediate sine medio finem desiderât, vt anima ad Deum tendens, fœlicitatem in eo habet. Et sicut vnum est principium omnium sine principio, nempe Deus, oportet autem necessario vnum esse eundem, & esse vnicum finem ad quem omnia recurrant. Et Auicenna lib. 9. suæ Metaphysic. c. 9. dicit, fœlicitatem esse cognitionem primæ veritatis, & coniunctionem cum ipsa veritate, quæ est Deus. Galenus autem Pergamenus Tomo 2. lib. de Cuiusque animi peccato. notitia. fœlicitatis humanæ principatum in finis contemplatione descripsit: vt non abs re in ipso inuestigando incubuerint antiqui. Sicuti & nouimus falsum de cuiusque vitæ fine opinionem, multorum peccatorum originem & fontem esse. Ex ea enim tamquam ex radice quadã singula peccata exoriuntur. Potest tamen aliquis de vitæ fine rectè sentiens in aliquo particulari consecutionem aberrare. Hæc Galenus. Erratur quippe facilè in bonis quæ ad finem ducunt, & si non erretur in finali. multi enim sunt, & ferè omnes Christiani
Iud

Iudæique qui veram futuram fœlicitatem Dei visionem sciunt & sperant: vt norunt, summum malum, eius priuationem. Sed in via quæ ducit ad illum finem, facillimè aberrant. Lata enim est via, quæ ducit ad perditionem: stricta & angusta, quæ ducit ad vitam. Multi per primam, pauci per angustam intrant, vt scribit D. Matthæus c. 7. b. ver. 13. & 14. & docet Vergilius in littera Pythag. & nos alibi. Porro quia finis in beatitudine spectatur, nihil quod hic nobis contingat ante finem, beatos reddit. Siquidem vt scribit D. Chrisosto. tomo 5. Epistol. 6. ad Theodorum monachum, non est profecto theatralibus scenis præfens vita dissimilis. Nam vt illic illa imperatoris, hic iudicis, alter & militis implet officium: vbi autem consecuta nox fuerit nec imperator agnoscitur imperator, nec iudex qui fuerit iudex videtur, nec miles postea qui prius miles: ita vnusquisque nostrum in illius seculi die, non personis sed rebus atque actibus competentem accipiet dignitatē. Quibus alibi plura addit legenda, per quæ sigillatim in rebus & bonis humanis, & in hac vita probat non esse fœlicitatem, quia & bona hæc temporalia ordinata sunt ad finale bonum, vt probant Theologi, apud Magistrum Sententia. lib. 3. dist. 28. Persequitur

perdoctē

perdoctè & abundè singula bona tempora-
 lia cum demonstratione quòd in his non sit
 beatitudo hominis Bernard. de Bultis in 2.
 par. Rosar. serm. 31. parte 1. à litera b. vsque
 ad literam k. Et Philippus Beroaldus opus-
 culo de fœlici. sed sacræ literæ firmiùs. Ideo
 beatitudo quæ omnium bonorum basis est
 & fundamentum, necessariò in Psalmis pro-
 posita est, pro coronis eius athletas ad victo-
 riam præparans & imitās, vt notat D. Chri-
 stostomus tomo 1. Homil. in Psal. 1. Coronæ
 autem non dantur nisi post victoriã, victo-
 riã autē non cōtingit nisi peracta vita: nam
 hominis vitã tota est militia super terram,
 vt ait Iob c. 7. a ver. 1. Et multum quidem
 grauis ac periculosa militia, propter hostes
 qui vbique & magna sedulitate nos obser-
 uant. Cum sit, vt scribit D. Paulus ad Eph.
 c. 6. b. ver. 12. nobis colluctatio non solum
 aduersus carnem & sanguinem, sed & ad-
 uersus principes & potestates, aduersus te-
 nebrarum harum mundi rectores, contra
 spiritualia nequitie in cœlestibus. Ideo di-
 xit Deus Psal. 1. vers. 1. *Beatus vir qui non ab-
 iit in consilio impiorum: abiit in præterito, nō
 abiit in præsentis, quia vt scribit D. Basilus
 Magnus homilia in eũ | Psal. ὁ ἄγιος ἐν τῷ βίῳ
 τυχεῖον, ὅτι μακαριστὸς διὰ τὸ ἀδύνατον ἢ ἐπι-
 βῆσθαι, ὁ δὲ συμπαλαστήσας τὰ ἐπιβῆλλοντα, ἢ
 εἰς αὐτὸν ἴκται τὸ πᾶν τὸ ἐπιβῆλλοντα, ὅτι*

ἔδν ἀσφαλῶς μακαρίζεται, id est, Nondum ille qui in vita est, beatificatus est ob exitum incertum: sed qui quæ accidunt impleuerit, vitamque certo sine clausferit, hic iam beatus rectè dici potest. Nec te hic ab hac sententia deturbet, quod ferè infinitis in locis sacræ paginæ, beati plures dicuntur, vt *Beati pauperes spiritu, beati qui persecutionem patiuntur ob iustitiam, &c. Beatus es Simon Bariona. Beatus vir qui timet Dominum, & huiusmodi.* Nam hæc quidem nempe timor filialis Dei mandatorum obseruatio Dei, & similia quæ fidei sunt, beatos faciunt, sed non beatitudinem in hoc seculo conferunt, sed in aliam vitam felicitatem retribuunt: cum enim quis purè vixit, & secundum Dei voluntatem mortuusque eo in statu est, & in Dei aula admittitur. Et vt verbis Lucani lib. 9. vtar.

— illic postquam se lumine vero

*Impleuit, stellâsque vagas miratur, & astra
Fixa polis vidit, quanta sub nocte lateret
Nostra dies, lusitque sui ludibria trunci.*

- 28 Et quia tres vitæ status ante vitæ veræ quietem sunt, sic & tres gradus sunt, quibus perficitur beatitudo. Primus huius corruptibilis vitæ tempus est in quo anima cum corpore degit simul. Et hic fit felicitatis gradus, iaciturque perfectionis nostri respectu quodammodo fundamentum: prout enim

enim quisque egit in corpore siue bonum siue malum, hoc recipiet. Et sunt qui felicitatem hic incipiunt ut sancti viri, qui Dei contemplatione inebriati, ad diuinam usque caliginis inaccessibilem felicitatem & lucem viui aliquomodo pertingunt, radiosque quosdam excipiunt: veluti quidam impij, hic mortem & damnationem aeternam recipere & degustare incipiunt, furiosque iam viui in corpore agitantur, dæmonum potestati ob pertinaciam & obduratum cor mancipati, hicque gradus morte finitur corporali. Post quem sequitur secundus felicitatis aut infelicitatis gradus. post solutionem namque corporis & animæ, quam mortem dicimus corporalem, anima sola, conuerso inpuluerem corpore, & in gremio magnæ matris terræ quiescente, si bona gessit propius ad summum bonum accedens, Deum, si digna sit paradiso, omni macula, purgatione mundata, felicitate sua magis illustratur. Dico purgatione facta, hoc enim omnibus necessarium est precedere. Nam anima quantumuis bonis operibus plena, quia singulis momentis labilis est, semper nescio quid maculosum defert, quod si non elueretur impediret summum bonum, quod nullum malum vel minimum recipit: quia non esset summum bonum, vel felicitas, si ali-

quid mali inesset. Neque etiam quicquam tam mundum habita ratione Dei & illius summi boni est, quod non egeat purgatione dum Deo præsentatur, & ad eius propiorem famulatum asciscitur & ex consortio carnis nuper assumitur. Notum enim in coniunctione carnis, quæ ex propagine parentis peccatrix est, animam puram & sine peccato à Deo in corpus missam, contagione quadam affici, & egere regeneratione spirituali, nempe sacramento verè certè sacramento admirabili Baptisimi: quo anima aspersione aquæ, Spiritu sancto operante per applicationem meriti & efficacis redemptionis & prætij exsoluti à Domino nostro IESU CHRISTO in cruce tempore suæ passionis, eluitur ab hac macula originali: postquam elutionem voluit idè Dominus Deus CHRISTVS, non quidem vestigium cicatricis remanere, neque morbi vel modicam sintillam, sed infirmitatem virium ad bonum, ne homo si illa in firmitate liberatus fuisset omnino, tanti & immensi beneficii obliuisceretur, in Deum quæ iterum grauius admitteret. Voluit & Deus in eius rei memoriam corpus in quo peccauerat Adam, & post Adamum posteri, in terram resolui, vt quodammodo oculis superstitum, quotidie appareret, illam terram à Deo

à Deo virgine & sine peccato acceptam & in hominem fornatam, in tantum fuisse peccato coinquinatam, ut quodammodo oportuerit resolui in puluere hominum foetus, ut id quod aegritudinem & infirmitatem peccati detinet, per dissolutionem dissiparetur & in virginem rediret puluerem, & corpus ut fuerat à Deo purum creatum, relicta veluti scoria, & exuijs antiquitatis intra terram, resurgeret, ut etiam ideo necessarium adhuc sic scoriam & illam terram, ut ita dicam, peccato maculatam à corporibus sepultis ante conspectum dei expiari, & per illud generale incendium, quo terra ab omnibus inquinamentis & maculis purgabitur. Quo tempore & maculae omnes cum damnatis, & cum igne ipso infecto ex tanta putredine abominationis, in stagno abyssi parato Diabolo & Angelis eius, concludentur, à quo Deus opt. Maximus, bonus & misericors sua immensa pietate nos conseruare dignetur. Amen.

Purgata igitur anima & in sodalitiū beatorum recepta iam felicitatis secundus perfectus est gradus. Deinceps adueniet tertius cum corpus ex terra, etiam passionibus corporeis ex peccato susceptis purgatum, virtute passionis Domini nostri IESU CHRISTI, & eius resurrectionis, suo pristino ni-

tori restituetur, & immortalitati animæ iunctum, & ipsum post resurrectionem immortale erit purum virginitatis & innocentia quæ ei erat ante peccatū particeps, imò tantò perfectionis maioris, quantò qui restituit meliori eum beneficio cum restitutione prioris donauit, dū dixit, *Pater volo ut quos dedisti mihi sint ubi sum ego, ut videant claritatem meam.* D. Ioan. Euange. c. 17. d. ver. 24. Et rursus, *Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum, ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo.* Lucæ 22. c. ver. 29. 530. Antea namque in loco voluptatis & loco paradisi erat homo, eoq; terreno, nunc autem Dei gratia, & ingenti ineffabiliq; bonitate & liberalitate, proprium Dei confortiū assequi potest: factus enim est filius Dei homo, ut homines veluti agricola furculos, Deitati infereret. Ipse enim id ipsum declarauit, *Ego sum vitis vera, vos palmites, pater autem meus agricola, si in me manseritis fructum afferetis.* Euang. D. Ioan. c. 15. a. vers. 1. hac in parte perfecta fœlicitas: nihil enim aliud melius, nec perfectius desiderare possumus, non frui meliori. In hac nulla mala voluntas, nullum malum, quia nemo illud gaudium auferet à nobis. Euang. D. Ioan. c. 16. c. ver. 22. Et malum est priuatio: ibi autem cum nullus boni sit finis, sed æterni-

tas,
con
ter
Et
bon
num
Lon
ra e
dici
qui
& c
Et
ver
act
clar
lact
Eua
flio
inq
adop
inco
ma
fct
vam
lat.
prop
sepe
flio
grat

tas, non erit priuatio. Tuncque quia nihil
 contingere poterit melius, non simplici-
 ter dicetur bonum, sed summum bonum.
 Et ut ait Dauid Psal. 142. a ver. 1. *Ecce quam
 bonum & quam iucundum habitare fratres in v-
 num.* Quamobrem & scholastici cum Petro
 Lombardo 49. d. lib. 4. Senten. patrum, litte-
 ra e. maiorem dicunt beatitudinem post iu-
 dicium fore, & resurrectionem sanctorum,
 quia maius erit gaudium, gaudente anima
 & corpore, quam dum gaudet anima sola.
 Et D. Hieronymus in c. 6. Osee super illa
 verba, *uiuificauit nos. post tres dies,* scribit, per-
 acto iudicio Deum electis suis ampliorem
 claritatem demonstraturum. Et Theophi-
 lactus Archiepiscopus Bulgariae sup. cap. 1.
 Euang. D. Ioan. in verba, *Dedit eis potestatem
 filios Dei fieri: non sufficere custodiam puritatis*
inquit, sed & multo studio esse opus, ut imago
*adoptionis in filium Dei figurata in baptis-
 mate, incontaminata seruetur: quia quamuis in baptis-
 mate adoptionis beneficium accipiamus, tamen per-
 fectam in resurrectione accepturi sumus, & secu-
 ram adoptionem: sicut & Paulus inquit ad Ga-
 lat. 4. quia adoptionem filiorum accipimus. Qua-
 propter & hic Euangelista, non dixit quotquot re-
 ceperunt, fecit eos filios Dei, sed dedit eis potestatem
 filios Dei fieri, hoc est, dedit eis, ut in futuro seculo
 gratiam suscipiant. Haecenus Theophilac.*

Demonstrat etiam idem D. Aurelius Augustinus lib. 22. de Ciuita. Dei ubi de æterna felicitate cap. 30. & tract. 23. in Ioan. Euang. & alibi hominem tantum à Deo ipso beatificari. Hominem porro creatum ad beatitudinem illam consequendam, à Deo, aperte demonstrat appetitus naturalis eius hominis summi boni, homini quasi connatus. Nam, vt scribit Aristoteles, omnia naturaliter illud desiderare, 1. Ethic. ad Nicom. c. 1. Rhet. 3. Topic. 4. Metaphysic Paulus clamat ad Philip. c. 1. *desiderium habens dissolui, & esse cum Christo*: 2. ad Corinth. 5. *nam in hoc ingemiscimus*. Et cum omnia suum finem appetant, naturaliter Aristoteles 2. 58. Physic. & homo felicitatem illam, tanquam finem, appetit. Quo loco illud non erit alienum à Christiano homine, considerare animam esse hominis immortalem in corpore corruptibili: & ideo morte ab eo corpore animam soluendam. Quamobrem nec in hac vita finem suum hominem posse assequi, vel perfectionem naturalem, sicuti animalia & reliquæ res, quæ cum corpore omnino intereunt: quæ quidem suam perfectionem præscriptam hæc consequitur, & finem vltimū, veluti natura ignis sursum, terra deorsum tendit, planta & vile olusculum ex terra proprium & perfectum suscipit incrementum

crem
bi pa
ficc
tura
incr
natu
fcit
quæ
non
timu
nis
quan
ted
illo
lum
fem
infe
mor
ma
est, v
bis,
r v
Apo
tan
quie
tim
con
hon
aliqu

crementum, melleis tempore formica sibi parat victum, fabricat domunculas artificosè apis, telas aranea, hirundo nidum natura propria. porro homo suum finem & incrementum & actiones corporeas etiam natura consequitur: at quia non ibi quiescit homo, sed parte immortalis aliud recipit quam corpus. & quia corpus propter animam non recipit homo perfectionem nisi ad ultimum peruenerit portum, ut ad perfectionis periodum, scilicet Deum. Etenim quandiu quidem uiuit ad illum properat, sed non assequitur finaliter, quamuis hic illo fruatur in Eucharistia: quia tamen illum amittit delinquendo perfectè eum semper non consequitur, id est non habet inseparabiliter & tranquille. Quamobrem mors expectatur, quæ ultima, in qua anima hæret perfectè Deo: quando futurum est, ut nemo gaudium nostrum auferat à nobis, ut dominus noster IESVS CHRISTVS, dicebat in Euang. D. Ioan. c. 16. e. & Apocal. 22. Pendet itaque hæc felicitas, non tantum ab anima, quantum à fine, in quo quiescit, nempe à Deo. Quamobrem & optimè Aristoteles dixit lib. 10. Ethic. ad Nicomachum, felicitatis vitam superare vitam hominis. Et rursus in 1. Ethic. si inquit, *aliquid aliud est Deorum* (ut ipse idololatra

q 4 loquitur)

loquitur)est numinis, consentaneum est rationi, & felicitatem à Dijs (vt loquitur) ipsis dari.

De Grato.

CAP. XVI.

¶ **C**ONSTAT, gratū esse, inter bona munerandum iam ex eo quòd gratus dicitur qui beneficia rependit, non habita accepti ratione, sed personæ. Sic Cicero 2. de finibus, *Tollitur beneficium, tollitur gratia, tolluntur concordia vincula.* Et lib. 2. de inuentio. v. bi agit de generali constitutione, gratiam ponit in memoria & remuneratione officiorum, honorum, & amicitiarum. Et paulò post, in voluntate remunerationis horum, atque beneficium & remunerationem magis ponit quàm in rei antidoro, *Non is inquit, solum gratus debet esse, qui accipit beneficium, verum etiam is cui potestas accipiendi fuit, neq; etiam qui minus reddit, gratus: sed qui potius cum non est reddere, animum gratum & gratias referentem, & retribuendi voluntatem si posset, habet.* Nam non idem contingit in beneficio ac in mutuo reddendo: si quidem vt idem scribit Cicero Orat. 28. ad Quirites post reditum, *In officio persoluenndo, dissimilis ratio pecunia debita est, propterea quòd pecuniam qui retinet, non dissoluit: qui reddit non habet.*

gratiam

gratiam autem & qui retulit habet, & qui dis-
soluit habet. Eadem ferè Seneca lib. de Be-
nefic. vbi addit, Non est, inquit, beneficium id
quod sub oculos cadit, sed beneficij vestigium, &
nota: est enim beneficium, beneuola actio tribuēs
gaudium, capiēsq; tribuendo, in id quod facit
prona & sponte sua parata. Itaque non quid fiat,
nec quid detur refert, sed qua mente: quia benefi-
cium non in eo quod fit aut datur consistit, sed in
ipso dantis aut facientis animo. Magnum verò in-
ter ista discrimen vel ex hoc intelligas licet, quòd
beneficium bonum sit: id autem quod fit, vel datur
nec bonum vel malum est. Hæc & alia plura i-
bi Seneca, bonum beneficium & repensio-
nem eius indicans, ratione animi: quia &
gratia magis animi intentione consistit,
quàm rerum consideratione: vt etiam non
qui plures victimas Deo offert, sed qui me-
liori animo, maiores obtulisse dicebatur. I-
deo & etiam gratiæ dicuntur sacerdotia
concessa clericis ex bona voluntate, & be-
nefica concessione summi Pontif. non ob
recepta in clericis munera vel dona: sed po-
tiùs in remunerationem studiorum. Et ita
accipitur in c. gratiæ, c. 4. apud Clem. de re-
script. lib. 1. Clement. tit. 2. & apud Bonifa. 8.
in c. gratia, c. 7. de rescrip. lib. 1. Sexti. tit. 3.
Quamuis alias gratia & gratiosa concessio
Pontificis etiam dicatur dispensatio rigoris

iuris, propter aliquam causam: vt etiam v-
timur verbo; gratiæ pro causa, vt cum dici-
mus gratia alicuius aliquid factum, hoc est
propter causam aliquam. Et ita intelligitur
c. si gratiose, c. 5. eod. tit. in 6. de rescrip. Por-
rò vt apertè & faciliè de gratia quis loqua-
tur, in summa tres gradus eius annotet &
triplicem nominis distinctionem. Primo e-
nim gratia pro amicitia accipitur. sic Iulius
Cæsar lib. Bell. ciuili. *Lentulus, inquit, senatus
Reiq; publicæ se non desuturum pollicetur, si au-
dacter ac fortiter sententias dicere velint: sin Cæ-
sarem respiciat atq; eius gratiam sequatur.* Et
Plinius, lib. 28. histo. natu. c. 8. *Magorum va-
nitas, perunctis eo adipe leonis, faciliorem gratiã
apud Reges populosue promittit.* Sic inire gra-
tiam, & redire in gratiam, apud Cicero. sæ-
pe & apud alios latinitalis authores & in
sacris scripturis, inuenire gratiam, pro dile-
ctione & amore.

2. Gratia accipitur pro doni largitione
gratis facta, nullis meritis recipientis præ-
cedentibus, qualia quæ Deus nobis sua mi-
sericordia elargitur, veluti essentia, redem-
ptio, & dona gratiarum reliqua: item quæ
quis alicui donat, nullo beneficio antea
prædonatus ab eodem. Ex Deo nobis om-
nia bona, vt apud D. Iacobum c. 1. scribitur.
Hæcquæ gratia gratis data à Deo, vel est
simplex

simplex in suo nomine, vel gratum etiam cum qui accipit, Deo reddens. Quæ gratis data est, gratia potest, esse in recipiente ob datum, is tamen ingratus esse poterit Deo. Verùm gratia bona non respectu recipientis, sed elargientis, & intuitu alterius: veluti donum & gratia linguarum, prophetiæ, scientiæ, miraculorum, & huiusmodi, non per se gratum Deo reddunt hominem habentem, cum is qui hæc habet possit esse in peccato mortali, Dei tamen dona sunt & alijs proficientia, inutilia & mala abutenti & ingrato, vt scribit D. Paulus. 1. ad Corinth. 13. toto ferè cap. Quæ autem gratum facit Deo, gratia alia est, vt Charitas quæ hominem cum Deo coniungit, & similia. Et hæc interdum gratia dicitur perficiens, aliquando incipiens, aliàs consummata. Imperfecta & perficiens est, quæ in hoc seculo à Deo conceditur, quæ amitti & augeri potest. Consummata est vita æterna, quæ amitti nequit. sic D. Paulus ad Roma. c. 6. D. vers. 23. *Gratia, inquit, Dei vita æterna, in CHRISTO IESU domino nostro: quod De perfecta dictum est, sicut de imperfecta D. Ioan. Apocal. c. 3. c. vers. 11. Ecce venio cito tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam.*

3. Gratia sumitur pro reparatione beneficii

cij & gratitudine : sic dicimus gratias agi,
 id est rependi. De his qui plura desiderauerit,
 videat D. Thomam 3. part. 2. quæst. 110.
 4 & quæst. 111. Rursum ex his gratijs Dei quæ
 dam dicuntur operantes, & præcedentes
 hominis voluntatem, quædam cooperantes
 & subsequentes. Operans gratia præparat
 hominis voluntatem, ut velit bonum : coo-
 perans autem adiuuat ne frustra velit. vnde
 D. Augustinus ait lib. de Gratia & libe. ar-
 bit. quod cooperando, Deus in nobis perficit
 quod operando incepit. bona autem vo-
 luntas comitatur gratiam, non gratia vo-
 luntatem : gratia autem quæ præuenit vo-
 luntatem, est fides cum dilectione. Iustifi-
 cati enim ex fide gratis. Sic enim scribit
 D. Paulus ad Ephes. c. 2. b. vers. 4. & sequen-
 tib. *Deus autem qui diues est in misericordia, pro-*
pter nimiam charitatem qua dilexit nos & cum
essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in
CHRISTO, cuius gratia estis saluati, & cō-
resuscitauit & confedere fecit in cælestibus in
CHRISTO IESU, ut ostenderet in seculis
superuenientibus abundantes diuitias gratia sua
in bonitate super nos, in CHRISTO IESU.
Gratia enim estis saluati per fidem: & hoc non ex
vobis. Dei enim donum est non ex operibus bonis,
quæ preparauit Deus, ut in his ambulemus. Pre-
ueniens gratia dicitur, quando homo per
 alia

alia distractus, monetur à Deo vt de salute sua cogitet. hæc semper nos pulsat & vellit: *Ego namq; inquit Deus, sto ad ostium & pulso: si quis audierit vocem meam & aperuerit mihi, intrabo ad illum & cenabo cum illo, & ipse mecum, vt ait D. Ioannes Apocal. c. 3. d. vers. 20.* Deus enim cum bonus sit, & ipse essentialis bonitas, neminem perire vult, sed eadem dilectione & gratia qua absque meritis nostris, nobis esse, & nobile rationale esse dedit, vult & illud conseruare: aliter bonus non esset. hoc enim bonum est acceptum coram saluatore nostro Deo, qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire, vt scribit D. Paulus 1. ad Timoth. c. 2. a vers. 3. & 4. Non enim inferior Deus est suis creaturis bonitate, quæ bonis & malis gratiam beneficiorum largiuntur, quorum curam distribuendi à Deo receperunt. Vt perpetuo sol bonis & malis illucescit, & quatuor anni tempora vtrisque producant & fouent semina, vtrisque terra gremij sui fecunditatem exhibet, cælum omnibus æquè pluuias & reliqua sua distribuit, aër, aqua, & ignis omnibus exponuntur fruenda. Sed quia homo pro Dei dignitate, & veluti artificis liberi imago, vt digna esset tanto artifice, sui arbitrij facta est, is interdum renuit aditum voluntatis

luntatis suæ Deo aperire: renuit Dei voluntatem sequi, & sua voluntate (quam non cogi Deus pro dignitate opificij liberi à sua omnipotentia voluit) vt qui in manibus sui consilij derelictus est, aliquid conferret beatitudini, gloriæ, & ita cooperaretur voluntati Dei se tanto priuat bono, & suo arbitrio abusus, in mortis æternæ detruditur abyssum. Non secus quàm si quis solis radijs venientibus fenestras claudit: aut voluntaria fame, recusatis præsentibus cibis & commodis, se enecat. In quibus nemo mente compos, solis, non terræ, non ciborū reprehenderit bonitatem, sed nolentis indignitatem & miseriam. Inuito enim beneficium, non datur. *Quamobrem diuina sapientia Prouerbio. c. i. c. ver. 22. & sequent, conqueritur de hominum improbitate,*

22 *Vsquequo paruuli diligitis infantiam, & stulti ea quæ sibi sunt noxia cupient, & imprudentes odibunt scientiam?*

23 *Conuertimini ad conuersionem meam: en proferam vobis spiritum meum, & ostendam vobis verba mea.*

24 *Quia vocaui & renuistis: extendi manum meam & non fuit qui aspiceret.*

25 *Despexistis omne consilium meum, & omnes increpationes meas neglexistis. Ego quoque, in interitum vestro ridebo & subsannabo, cum vobis*

Do
ca
dis
cieb
stis
cxl
pat
cau
tas,
cre
run
&a
nat
plu
tut
hac
let,
ten
Bea
aut

Gra
fit

bis id quod timebatur, aduenerit.

Sic etiam per Iesaiam c. 63. v. vers. 11. ait Dominus, *Numerabo vos in gladio, & omnes in eade corruetis, pro eo quod vocaui, & non respondistis mihi: locutus sum, & non audistis: & faciebatis malum in oculis meis, & quae nolui elegistis.* Huc etiam pertinet illa parabola regni caelorum, qua simile dicitur nuptiis, ad quas paterfam. Deus omnigenis homines vocauit per seruos suos, scilicet per Prophetas, Euangelistas, & alios, & per ipsas etiam creaturas irracionales: ipsi autem noluerunt venire, sed indignos ijs se reddiderunt & ad vnum vsque delecti, id est, sunt damnati Matth. c. 22. a. b. & Lucae 14. Quibus plura addere possemus, ni breuitatis institutum prohiberet: verum tamen si quis hac de re tractationem latiore exoptulet, videat Petrum Lombardum lib. 2. Senten. Patrum, distinct. tota 26. & ibi. scholast. Bea. Thomam Bonauenturam & alios. Cogam autem quae dixi in pauca, vt

Gratia fit vel	1 Amicitia 2 Doni lar gitio gra tis facta 3 Beneficij repensio.	Ingra titudo cōtra.	non respō- dere ami- citiae nec redamare. Contēptus beneficij. Nulla re- pētio ei.

Sic enim Speusippus li. de Definitio. Platoni. *Gratia, inquit, est voluntaria beneficentia, redditio boni obsequij in tempore oportuno.* in vtraque gratia bonum, in ingratitudine malum. Bonum in gratia, quia semper ea sese multiplicat & auget, vel saltem semper permanet. Nam, ut ait Martialis lib. 5. Epigramma. amicis esse donandum,

*Extra fortunam est quicquid donatur amicis:
Quas dederis, solas semper habebis opes.*

- 6 Ex prima alia sequitur, dehinc ex secunda tertia: nam ex amicitia donum, ex beneficio repensio, ex repensione firmior amicitia. Sic enim tres Gratia colliguntur, ut non immerito antiqui prouerbio dixerint, *χάρις χάριτι πίπτει, gratia gratiam parit.* Tres etiam Gratia efficitur virgines pictae, sese mutuis brachijs colligantes, duabus vnam versus partem in extremitatibus vultum vertentibus, vna media contrario vultu. Quarum
- 7 scio aliorum alias interpretationes: in ea autem est, primam quae *ἀγλα* dicitur quasi *ἀγλα* splendor amicitiam veram & apparentem significare, quae uero non potest se comprimere, quin velut ignis opertus erumpat, cum amoris vis sit ignea. Docet id Seneca poeta ferè tota Traga. 4. quae Hippolytus inscribitur, Virgilius Eglo. 2. *Metamorphosen vix amor.* Et alibi *ardebat Alexim.* Item

4. *Aeneid.*

4. Æneid. cum amorem Didonis exprimit, vel vri, vel ardere infœlicè Didonè ait. Ouidius id sæpe repetit. Et Cretenses teste Strabone lib. 10. Geograph. φιλότορα, id est, ardentem amorè vocabant: atque id ipsum reliqui tam Græci quàm Latini authores fatentur. Porro cum amor sit affectus, ex affectu generatur habitus, & ita amicitia, ex amicitia beneuolentia, ex beneuolentia beneficium; & sic amor bonorum causa est, & amicitia erit tantum bonorum. Nam cum fiat habitus ex electione amati, iucundum & bonum est id quod eligitur. Semper & propriè amicitia dicitur eorum quæ bona sunt, ut doctè probat pluribus in locis Aristoteles, sed potissimum Ethic. ad Nicomachum. lib. 8. c. 5. & lib. 7. Ethic. ad Eudemum. ideo finxerunt prisca, omnia ex amoris vel amicitie mixtione nata, ut Hesiodus in Theogonia: quem refert Aristoteles Metaphy. lib. 1. c. 4. Plato. lib. 25. in Conuiuio. Sic & Lucretius Carus lib. 1. de Rer. natu. etiam omnia quodam amore, vel naturali conuentione & sympathia generari scribit sub nomine Veneris, statim à principio libri.

Æneadum genitrix, hominum Diuinaq; voluptas,

Alma Venus, Cali subterlabentia signa,

Qua mare nauigerum, qua terras frugiferotes

Concelebrat,

Concelebras, per te quoniam genus omne animantium

Concipitur, visitq; exortum lumina Solis.

& paulo post,

Omnibus incutiens blandū per pectora amorem

Efficis ut cupidè generatim secula propagent.

Quæ quoniam rerum natura sola gubernas,

Nec sine te quicquam diæ in luminis oras

Exoritur, neq; sit letum, nec amabile quicquam. &c. Et Pindarus Ode 14,

Olymp. circa principium.

Ὡλιπαρῆς ἀοιδίμοι βασιλῆαι

Χαρίτις ὄρχομεν

Παλαιῶν μιν ὠϊστήσασσι

κλῆτ', ἰπὴ ὄρχεαι.

Σὺ δ' ὅμιν τὰ πρηνὰ καὶ τὰ γλυκίαι

τίναται πάντα βροτῶν,

εἰ σοφὸς, εἰ καλὸς, εἰ τις ἀγλαὸς

ἄνθρωπος. ὅτι γ' οἰοί

Σμερῶν χαρίτων ἄτις

καίρεσθαι χερσὶν,

ὄντι δαῖτες. ἀλλὰ πάντων

ταμίαι ἔργων ἐν ὄργαι

Χρυσόλοξον ὀμνήσασσι

πὰρ ἠὲ ὕδρου ἀπολλωνεῖα δρῶντες

ἀέροντες ὀβριτυπάρους.

Ὀλυμπίῳ τιμαί.

πῆτι ἀγλαίαι, φησὶ μοῦσαι

Ἐὐφροσύνη, δῶν κρατῖσσι παίδων

Ἐπὶ ἄρσιν

Ἐπίκουρος γυνῶ, Ὁαδλίαντι-
ρασίμεδαν.

O pinguis Crchothemi regine
Celebres Charites

Antiquorum Minorum præsiões,
Audite, quoniam precis fundo.

Vobiscum enim delectabilia & dulcia
Existunt caminis mortalibus.

Si sapiens, si pulcher, si splendidus
Sit vir, Neque enim Dyputari,

Sine venerabilibus charitibus
Regunt choras,

Neq. conuictis, sed omnium
Dispensatrices operum, in calo

Posita iuxta arceum avian
Tenentem Apollinem Pythium,

Sempiternum colunt patris
Olympi honorem.

Veneranda Aglata, hymnorumq;
Amans Euphrosyna, Decorum habitorum

Potentiissimi filie audite, inye
Et in Thalia centus sua: esse.

Sunt his similia pleraq;, quibus ex dilectio-
ne, beneficia hominibus & rebus oriri, con-
stat. Statim namq; vna posita Charitarum,
alia sequi debent. Amor enim nec inutilis
nec otiosus esse potest, quin statim ad ob-
σπουδαν, id est, ad hilaritatem largitionis,
non perueniat, eo quod, non tam munus,
quam

quàm animi largientis hilaritas consideretur, nam ea absente veluti si coactè fit vel ad cauponandam amicitiam, id est, si eo animo detur, vt aliud extorqueatur ab accipiente, id planè gratia non est, sed prorsus nundinatio, & inescatio hominum, prorsus liberali homine indigna. Citetur hìc locuples testis Cicero I. Offic. asserens in collocando beneficio, & in referenda gratia, hoc maxime officij esse, vt quisque opis maxime indigeat, ita ei potissimum opitulari. quod contra fit à plerisque, à quo enim plurimum sperant, etiam si illi iis non egent, tamen eis potissimum inseruiunt. Dehinc delectus habendus acceptorum: & in primis quo quisque studio vel beneuolentia fecerit ponderandum: cum multi multa faciant, extra gratiam veram, vel temeritate quadam, vel repentino impetu, siue iudicio, vel modo, veluti vento incitati: vt non immerito Metrodorus dixerit, solum sapientem gratiam conferre, & referre, vt notauit etiam Seneca lib. II. Episto. epist. 82. Nam & beneficia pro dignitate sunt rependenda, non habita rei ratione solùm, sed eius quod conducit & honestati & vtilitati, vt scribit Aristoteles lib. 9. Ethic. ad Nicoma. c. 2. tunc enim est gratiæ retributio, non simplex retaliatio quæ & mali potest esse, gratia nunquam

qua
vsu
tat
tem
sero
non
seri
vxo
lia,
ctu
pe l
dur
not
vis.
neh
iuct
pit
dat
nia
sub
pler
Plu
lof
con
pur
fun
per
star
re,

quam. Sic libidines, luxuria, fornicationes, vsuræ, quæ aliud respiciunt quàm liberalitatem, gratiæ amicitiaque non sunt, sed intemperantiæ, cauponationes, & hominum sordes. cum vera amicitia constet animis, non aliorum consideratione vel intuitu, vt scribit Vlpianus in l. 3. de donatio. int. vir. & vxor. lib. 24. w. ti. 1. Confirmat id vltima Thalia, quæ dicitur *παρὰ τὸ δάλλειν*, quod fructum ex liberalitate receptum indicat, nempe beneficium amicorum affectum floridum & gratum. Datio igitur & repensio, nota gratiarum, animi hilaritas, gratiarum vis. & Aristoteles, lib. rhetor. 1. ad Theod. beneficium tam conferre quàm accipere, ex iucundis dixit esse: nam qui recipit, quod cupit adipiscitur: qui autem confert, habet abundantumque his quæ vterque appetit. Verum quoniam bene mereri iucundum est, idcirco subuenire quoque propinquis, & manca supplere suaue hominibus est. Siquidem (vt ait Plutarchus lib. cum principib. maxime philosophandum, hilarem esse & gaudere in conferendo beneficium, id & maius est & purius. Quapropter multi sæpe pudore suffunduntur, cum beneficium accipiunt, semper autem gaudent cum beneficium præstant & id naturaliter annotauimus accedere, malos vix aut ægrè beneficia largiri, bo-

nos autem facile. Retinent enim boni quodammodo naturæ vniuersalis præstantiam, ut beneficiant sponte & beneficiis non provocati. Et notat Aristoteles 9. Ethic. ad Nicomach. c. 8. improbos tantum sui gratia omnia agere, & tanto magis, quanto peior est: probus contra, qui ratione amici, & sua negligit. Porro his nominibus Etheocles Boetiorum rex, primus gratiis humana hostia sacrificauit: Lacedæmones autem, qui duas tantum gratias coluerunt, aliis nominibus eas nominarunt, sed eodem sensu Clitan & Phænani appellantes conuenientibus quoque gratiis his appellationibus, ac si diceret exoptatam, & conspicuam. Athenienses autem dixerunt Ango & Hegemonem, id est, auctricem & ductricem, vel imperatricem, & tertiam Thaloten, quasi germinatricem. Qui vnâ tantum rati hanc Vulcani, id est, iugitæ & amicæ voluntatis uxorem, dicunt, ut scribit Pausanias libr. 9. siue de Bæoticis. Omnia tamen nomina illarum, qualiacunque sint, semper hominis naturam bonam ostendere comperies. Quia ut scribit Max. Tyrius, sermo 36. apud homines, amicitia & gratia nomine, quibusdamque aliis vocabulis humanitatem & benevolentiam denotantibus, significatur id quod fas, & Themis apud superos dicitur.

Ideo

Ideo
dixit
con
li. de
& no
ben
con
vtri
ent
mur
mor
ran
taru
ta t
rep
ceps
re n
tur
aer,
catis
con
gn
tes
que
uan
por
tu
gu
dis.

Ideo filias Iouis, quem falso putarunt Deū, dixerunt antiqui, atq; virgines puras & incorruptas à maloq; alienas, vt scribit. Phur. li. de nat. Deor. nempe falsorū, & alij. Docet & nos natura inanimatorū quorūdam, aliis 12. benefacere, esse bonum quod per mutuam concordiam colligata, & communicatis vtriusque propriis, sese mutuò fouent & tuentur. Motum cælum inferioribus communicat: cælum Christallinum, contra motus rapidi incendium, aquam refrigerantem confert, harmonia quadam qualitatum; peragrationses Solis & Lunæ Planetæ temperant, Luna à Sole radios accipit, rependit postea vim, & humiditate deinceps foetus solatur terræ, contra Solis ardore noctu. Elementa sibi inuicem colligantur & communicant: æther igneus, aëri: aër, aquæ: aqua, terræ: & mutuis gratificationibus nunc sursum, nunc deorsum, conuiuantur: omnia terram iuuant, vt magnum vterum orbis. In eam Sol agit partes viri, mulieris Luna, semen illa vtriusque recipit & fouet, concipit, parit, alit. Iuuant stellæ & astra, non secus quàm in corpore humano, quæ in eo sunt omnia mutuò communicantur, spiritus, calor, & sanguis, idque per media organa & aliis modis. Et compatiuntur sibi inuicē membra,

vt capite dolente languent reliqua: vt vel
 digito affecto flet oculus, dolet mens, pallet
 facies, defec corpus, & simile simili substan-
 tiæ condolet. In animalibus brutis scarus
 piscis, scarum è nassa cauda effugere nitentem, morfu iuuat, vt scribit Plinius. lib. 32.
 histo. natur. c. 2. Sunt amicitia & publicæ
 societates Delphinorum, & semper paruos
 aliquis grandior comitatur, vt custos, vt i-
 dem refert Plinius lib. 9. c. 9. Et plura alia hu-
 iusmodi ex eodem & Aristotelis libris de a-
 nimalibus & ex Æliano de natura animalium
 colliguntur. Ceterum quemadmodum hæc
 ad opem naturalem præstandam adsunt, sic
 statim & alia ad rependendum prompta
 sunt. Connexæ enim (vt diximus) inuicem
 sibi sunt gratiæ, & simul ambulant perci-
 pientes ex se utilitates mutuas & ita con-
 iunctæ naturæ lege immobili, vt ait Philo-
 Iudæus lib. 2. de vita Mosis. Sic terra aquam
 quam à cælo suscipit ad solis petitionem
 restituit aëri: aër rursus in terram refun-
 dit, & sic de similibus. Atque animalia e-
 tiam gratitudinem tum sibi mutuò, tum
 hominibus rependunt quam possunt, vt de
 officijs illorum mutuis, insignè & tritam
 exemplum Ciconiarum, quæ fessos duces
 ad terga recipiunt, mutua carne vescuntur,
 inter se genitricum senectam inuicem e-
 ducant

ducant vt scribit Plinius lib. 10. c. 23. & Aristoteles lib. 9. de histo. animal. c. 13. qui & Meropes aues eadem facere scribit vicemq; reddere: vt non modò senescentes parentes, verum etiam statim cum iam datur facultas, alatur opera liberorum: nec patrem aut matrem exire, sed in cubili manentes pasci opera eorū & labore quos ipsi genuerunt, enutrierūt & educarunt. Et eadem de Merope tradit Plinius. lib. 10. histo. natur. c. 33. de vtrisque & Ælianus & Oppianus lib. de animal. Scribit etiam Plinius. lib. 10. c. 36. & 37. auem dictam Tinnunculum amari præcipuè à columbis, quòd ea naturali potentia quadam, defendat istas terrendo accipitres, qui latentes columbis insidiantur. Sed & erga homines feras etiam magis ¹⁴ truces, gratitudinem quandam memorant exhibuisse, & quotidie experientia docemur. Canis amat benefactorum domos, atque veluti alimenta domino rependens, pro eius bonis conseruandis inuigilat, & die noctuque agit excubias. Narrant enim quidam authores admiranda de eorum gratitudine vt tradit Appia. Alexandrinus Sophista, circa finem lib. Syriaci belli Lysimacho interfecto, canem eius domesticum corpus humi stratum, plurimum contententem atque decertantem ab auibus fe-
r s risque

- risque illæsum præstitisse, quoad Phorax quiddam Pharsalicus, inuentum sepulchro condidit. Varia alia exempla de canum gratitudine erga benefactores refert Plinius
- 15 lib. 8. histor. c. 40. fertur & Draconem dilectæ à Thoante nutritum, & propter magnitudinem, in solitudines sylvarum Achaiae emissum, cum vocem Thoantis capti & clamantis, in iisdem solitudinibus agnouisset in auxilium currentem liberasse. Plinius li.
- 16 8. 17. Ferunt Pantheram quandam cuius cauli in foueam lapsi erant, Philenem quodammodo ad educendos adegisse, & deinceps gratitudinis memorem, cum per sylvarum deserta loca saluum comitasse Plinius ubi sup. Refert & Plinius alibi, c. 16. lib.
- 17 8. gratitudinem Leonis erga Helpidem Samium, eumque à leone venationibus nutritum, eo quod eios ab ore ademerat. Refert & Gellius lib. 5. c. 14. gratitudinem Leonis erga Androdum, quod furculum ex pede eius extraxisset. Sunt & huiusmodi exempla gratitudinis similia, vt de Aquila erga nutrientem apud Plinium lib. 10. c. 5. deque cicuribus feris erga nutritores Athenienses abeuntes ad nouas quærendas sedes apud Plutarchum in vita Themisto. Leo etiam se D. Hyeronimo & eius fratribus connixit, inseruiens, quod spinis in pede fi-
- 19

xis fuerit liberatus. Legitur & in vitis Pa-
 trum Leenam gratitudinis memorem,
 quod catuli cæci ad D. Maccharium addu-
 cti signo crucis curati essent, omnes pelles
 ouium quas antea in prædam rapuerat, san-
 cto viro Macchario detulisse in remunera-
 tionem. Scribit & Albertus Magnus, tra-
 cta. de virtut. polity. c. de gratitud. ele-
 phantem sequi velut dominum eum, qui
 illum in foueam cadentem liberauerit. Ex
 quibus, naturam ipsam etiam, siue monitu-
 rationis, nos impellere ad referendam gra-
 tiam, constat: vt verissimum sit quod iuris-
 consulti scribunt, naturam ad antidota seu ad
 remunerationem teneri, vt apud Vlpianum
 in l. sed & si lege, l. 18. §. consuluit, de petit.
 hered. lib. 5. §. tit. 3. qui beneficium accepe-
 rint, non tantum rerum corporaliū, sed et-
 tiam spiritualium vt de remuneratione et-
 tiam meminit, Papinianus pro doctrina à
 præceptore impensa, in l. Attilius Regulus
 l. 27. de donatio. lib. 39. §. tit. 5. Accipienda
 verò est secundum geometricam confide-
 rationem gratitudo hæc naturalis, vt qui-
 bus benefacere non possumus, saltem gra-
 tum animum de acceptis beneficiis habea-
 mus. Et ita illud verum est gratitudine con-
 seruari concordiam generis humani apud
 Senecam, lib. 4. de benefic. & Ciceronem.

2. de finibus. Vnde & merito antiqui gratias Dei donum dicentes obscure videntur filias Iouis dixisse, vt scribunt Phurnutus & alij, & in consilio Lateranensi legitur inter officia charitatis esse, vt illis prius teneamur obnoxij, à quibus maius nos noscimus beneficium suscepisse. in can. cum in cunctis, c. 7. de testam. li. 3. Decret. Greg. tit. 26.

- 22 Porro malum maximum bono huic ingratitudo opponitur, in qua nihil mali non inest, vt scribit, Cicero. lib. 8. ad Atticum, epist. 145. *cum, inquit, Pro Plancio nihil est tam inhumanum, tam ferum, quam committere vt beneficio non dicam indignus, sed vitius esse videre.* Expressit & Demosthenes oratio. in Leptinem. *οἱ μὲν* inquit, *καὶ ἄξιον τινα ἄτιμῶν τῆς δουλείας τινα δόξαν ἀμεσβόρησι κενύουσιν.* id est, qui indignum aliquem honore afficiunt, simplicitatis ac stultitia opinionem aliquam subeunt: qui vero de se bene meritis paria non referunt, malitia. Philo Iudæus vocat lib. de charitate ingratitudinem, omnium vitiorum matrem. Et Valer. Maximus, lib. 5. c. 2. in princi. gratos laudem, ingratos reprehensionē mereri scribit. & ibi toto c. 2. de grat. vt in c. 3. de ingra. Apud Aëtium Plautum, comedia 8. in Epidico act. 1. vers. 33. Epidictus,

Herclè miserum est ingratum esse hominem, id quod

quod facias bene. Et rursus in Persis
Come. 16. act. 5. scœna 1. Toxilus
seruus sic loquitur versu 12.

—*improbus est homo, qui beneficium*

Scit sumere, & reddere nescit. Et iterum.
comed. 9. in Bacchid. sce. 2. vers. 10.

*Nam pol quidem meo animo, ingrato homine
nihil impensius est.*

*Malefactorem amitti satius, quàm relinqui be-
neficiam.*

*Nimio præstat impendiosum te, quàm ingra-
tum dicier:*

*Illum laudabunt boni, hunc etiam ipsi culpa-
bunt mali.*

Scribit Valer. Maximus, lib. 5. c. 3. in exem-
plo Phocionis Athenis aduersus ingratos a-
ctionem constitutam esse, & rectè: quia dā-
di & accipiendi beneficij commercium (si-
ne quo vix vita hominum constat) perdit
& tollit quisquis benemerito referre gra-
tiam negligit. Et Xenophon refert. li. 1. Cy-
riped. Persas maximè causam in ingratos
agere, & sæuissimè in eosdem animaduer-
tere: Quòd ingratos existiment & Deos,
& parentes, & amicos, & patriã mirum in
modum negligere. Ingratitudinem enim
impudentia sequitur, quæ ad omnem tur-
pitudinem dux est. Salomon etiam, Sapien-
tiæ 16. D. 29. *ingrati, inquit, fides tanquam hy-
bernalis*

bernalis glacies tabescet, & disperibit, tanquã aqua supernacua. Et D. Paul. cum de tēporibus periculosis loquitur 2. ad Tim. 3. a. ver. 2. Erūt inquit, homines tunc seipfos amātes, cupidi, elati, blasphemii, superbi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti. Pynd. quoq; odiofam ingrati tudinē Deo, atq; ab eo vindicatā supplicio Ixi onis indicat, ode 2. Epod. 1. ver. 9. in Pythiæ,

Θῶπ δ' ἰστῆμαίτι, inquit,

Ἰξίωνα φωνῆ ταῦτα,

Ἐποταίο λίγαι, ἐν πικροῖσι τρεχῶ

Πάντα κούλι δ' ἄζου,

Τὴν σδιργύτων ἀγαναῖς ἀπειθεῖς

Ἐπειχόμενος τὴν ὄσιν. id est,

Deorum (scilicet falsorum)

Mandatis Ixonem aiunt hæc

Mortalibus dicere, dum in alta rota

Cir. unquam volutatur,

Benefactorem placidis remunerationibus

Exspicientes persolueat,

Scilicet gratiam.

Vates quidam, Pythius, de tēplo suo expulit eum, qui amico opem nō tulerat, vt scribit Arius in Enchiri. Eucteti. Demonstrat id etiam Æsopus, fab. 1. cum concludit, ingrati etiam si non puniatur ab hominibus, a Deo tamen puniri: apologo Aquilæ & vulpis. Cum enim hæc animalia inter se amicitia, inissent, accidit Aquilã pullos vulpis deuorare

rasse cōtra amicitia, existimans vulpem ab
 ea se vicisci non posse, accidisse tamen, vt
 cum aquila ex ara quadam partem victimæ
 rapiens in nidum secum etiam carbones de
 ferens, nidum cum pullis incendisset, pul-
 los incendio nidi in terram lapsos, à vulpe
 comestos. D. Chrysostomus homil. 23. in
 Math. ex c. 7. Mathei loquens de his qui
 prophetarunt signaue fecerunt, & tamen
 Dei voluntati obstiterūt, scribit, Dominum
 nostrū IESVM CHRISTVM responsu-
 rum, non noui vos, ijs qui præ admiratione
 dicent: Domine, nonne in nomine tuo
 prophetauimus? Quid sibi vult iste finis
 malus, nusquam à nobis præuisus? sed, in-
 quit Chryso. *Mirentur illi, qui cum tot signa
 fecerunt, punientur. Non miretur tu, nihil omnino.
 quippe gratia donum est solummodo largientis:
 illi autem nihil ei de proprio attulerunt, propter
 quod etiam indignis donā conferret, ingrati exi-
 fere maluerunt, tantorumq; maleficiorum prorsus
 immemores.* Malum etiam ingratitude
 paucis, sed notabilibus verbis, perstringit
 D. Bernardus, serm. de septē panib. siue de
 septem miseric. Peremptoria, inquit, res est in-
 gratitudo, hostis gratia, inimica salutis. Et abbi
 super cantica sicuti inquit, boni per cōmuni-
 cationes meliores existūt: ita semper reprobi, de beneficio pe-
 iores fiunt. Deinde serm. 35. gratiarum cessat de-
 cursum

*curfus, ubi recursus non fuerit nec modo nihil am-
 getur ingrato, sed quod accepit vertitur ei in per-
 niciem.* Sed & malum ingratitude[m] esse
 docet, quod gratia beneficentium ingra-
 titudine remittitur, vel tollitur. Et non so-
 lum in ingratos, sed & in reliquos quos be-
 neficij tales fore putat. Et hinc tota rerum
 concordia, & hominum societas liberali-
 tasue labefactata est, vel sublata. Potes &
 addere ambitionem & superbiã, ex quorum
 radice manat ingratitude, dum quis putat
 debitum quod beneficè concessum, & suis
 meritis non gratitudini grati adscribit.
 Quamobrem (ne longius progrediar) in-
 24 gratitudinem vitium esse & malum satis ex
 superioribus mihi constare videtur. Porro
 illa tantò perniciosior, quo maiora quis be-
 neficia consecutus est, nam eo maiori sub-
 iacet culpæ, si multo beneficiorum aceruo
 victus in ingratitude perseverauerit. I-
 deò & à Deo locupletes quoque, quia nul-
 la copia facti sunt meliores, multò magis
 quàm pauperes punientur, vt docet D.
 Chrysostomus, Tomo 2. homil. 53. in Math.
 cap. 15. & tantò iniustiorẽ & magis in-
 gratum dicit etiam Socrates apud Xeno-
 phontem, 2. lib. de dict. Socra. quantò ma-
 iora sunt beneficia accepta. Et quemadmo-
 dum tres gratiæ positæ sunt, sic etiam tres
 species

species ingratorum opponuntur. Sunt enim ingrati qui reddunt quidem beneficiū, sed non grato animo, vt potè si quis timore vel coactè, vel nundinationis causa, reddat. Nam ingratum, inquit Seneca, 4. de benefic. voco quisquis metu gratus est. Alij sunt ingrati, qui nec grato sunt animo, nec beneficium rependunt, sed illud deuorantes, datoris obliuiscuntur. tales certè similes sunt porcis, qui glandes auidè deuorāt nec arbores vnde decidunt suspiciunt. Et hi peiores superioribus. Alij denique sunt ingratisimi, qui & beneficia libenter accipiunt, obliuiscunturque datoris & vltro malum pro bono accepto, rependunt: similes viperis, quas ferunt post conceptum, & dum venerem expleuerint cum maribus, illis capita abscindere. Diuus Augustinus etiam (in ²⁵ psal. 108. & in cano. sex differentia 23. q. 3. in 2. par Decre. Gratia. ponit sex retributionū differentias, in quibus mala sunt quædam. nempe reddere bona pro malis, non reddere mala pro malis, quæ bonorum sunt, & prius melius. Item non reddere bona pro bonis, & reddere mala pro bonis, quæ duo mala sunt, sed posterius deterius. Et reddere bona pro bonis, & pro malis mala, quæ duo mediocria sunt, sed propinquū primum bonis conuenit etiam aliud malis. Quare

s autem

autem mala hæc maiora inter se, nemo est qui ex superioribus non nouerit: nempe quod plura bona & gratiæ plus tolluntur. Philo autem Indæus lib. de sacrif. Abel triplici alio modo peccari in gratitudine ait quod alij beneficiorum obliuione gratias non referat, alij per arrogantiam seipfos authores beneficiorum putant, alij quidem deo vel alijs mediata referunt, sed suo merito id consequi putant. Grauius medij peccant, leuius vltimi, cum gratus animus alienus sit ab arrogantia, vt idem scribit a-
 26 libi. lib. de charitate. Nec erit infrugiferum annotasse hæc, ob legam censuram, quæ in ingratos merito inferitur, quæ ingratitude sola plectitur, leuiter interdum, & beneficium ab ingrato reuocatur: si insigne, illud interdum & reuocatur & punitur. Quamquam nouerim Senecam lib. 2. de benefic. scribere non esse dandam actionem aduersus ingratos, *tam, inquit, quia pauciores erunt ingrati, eo quod post hæc cum delectu se non detur in eos actio, dabuntur beneficia.* Dehinc quod non expediat notum fieri quam multi ingrati sunt: pudorem enim tollit multitudo peccantium. Postremo quod satis fit illi supplicij publicum odium. Quæ tamen rationes, pace tanti viri, de tollenda ingratitude actione nullo modo legitimam dant causam.

nam ferre ingratos, qui per se mali sunt, & ita obsunt societati hominum, cum terra homine ingrato peius non creet, & facere delectum eius cui largiendum esset, certe omnino & natura gratia, & bono ipsius, pugnat. Siquidem gratia si meritum alterius respiciat solum, gratia non est, sed debiti ex solutio. Deinde mala, ut ingratitude, toleranda nec facienda sunt, ut inde eveniant mala, ut scribit D. Paulus. Episto. D. Pauli. Nam contra naturam id est boni, ut quis ex bono quod bonum producit solum per se consequens malum producat. Et contra, ut mala arbor bonum germinet. Minusque probat secunda ratio: nam si actio detur, & per consequens vindicetur ingratitude, utrumque tolletur, nempe & peccandi libertas, & vitium. Nec sufficit etiam odium publicum quod sine vindicta, quæ & alijs exemplo sit, ingratum castigare nequit. Non igitur, optimè adimere videtur actionem Seneca, cuius sententiam pluribus improbare possem, sed sanctionum auctoritate contentus, & earum quibusdam ex pluribus in medium adductis, satis ratum fore existimaui quæ forsitan Seneca sub Nerone ut pote principis ingratisissimi tempore, non probabat. iuris itaque legibus reuocantur ab ingratis beneficia, veluti dona-

tiones apud Iustinia. Cæsarem, in l. fin. de reuocan. donat. lib. 8. C. tit. 56. & apud Greg. 9. Pontif. in cap. fin. de donatio. li. 3. Decreta. tit. 24. §. sancimus, de donatio. in Inst. ciuilib. lib. Reuocatur etiam beneficium libertatis à liberto, qui ob ingratitude in seruitutem retrahitur vt scribit Iustinia. in §. illud verò, tit. vt liberti. de cætero annulo non indig. aureo, in auten. collat. 6. tit. 6. Constantinus Cæsar in l. 2. de liber. & eor. lib. 6. C. tit. 7. cum similib. ibi nota. à glo. Sic Claudius Cæsar, ingratos libertinos, & de quibus quererentur patroni, in seruitutem reuocauit, vt scribit Suetonius in Claudiano. Similiter & filij extra manum patris missi, in potestatem patris propter ingratitude, indigni tanto libertatis beneficio, reuocabantur. ex lege Valentis Valentiniani & Gratiani imperatorum. in l. vni. de ingra. libe. lib. 8. C. tit. 50. Item & filij nothi, & ex illegitimo concubitu geniti, qui naturales dicuntur iuris interpretibus. legitimi, id est, natalibus restituti, in priorem statim ingratitude reuocantur, vt notat Iason legum inter. in l. ex hoc iure, de Inst. & iur. Sunt plures etiam alij casus apud iurisconsultos, quibus ingratitude reuocantur beneficia, siue ab hominum voluntate, siue à lege concessa fuerint, yeluti feudum,

dn
qu
me
tu
col
cor
ctu
ita

H
om
vt
phi
mo
mn
dar
& A
cen
bu
tus
Et
nun
Qu
hon
esse
ne h

dam, & legitimæ quartæ, siue portionis quæ iure debentur naturali filijs: item alimenta, & huiusmodi quæ quotidie offeruntur jurisconsultis videnda quorum quædam colligit Bened. Curtius Symphorianus. in commenta. in aresta amorum (pudet doctum virum nænijs animum addixisse, sed ita res se habet) aresto 8.

De Honesto.

CAP. XVII.

Honesta, bonorum numero adscribi ^I debere, constat ex eo, quod honesta omnia sunt, quibus turpia non sunt mixta: vt scribit Plato, libr. 17. in Protago. vel Sophista, & Galenus tom. 2. de curand. ani. morb. eum qui velit honestum esse, à se omnia peccata etiam prima & minima amandare & minimè agnoscere debere. Docet & Aristoteles libr. 2. magno. moral. c. 9. dicens honestum & bonum, esse perfectè probum. Et quia honesta, in virtute sunt, virtus autem bonum, & honesta bona erunt. Et Zeno honestum tantum esse vnum bonum, dixit & simplex, vt notat Cicero lib. 1. *Quæstio. Academi.* Et idem Cicero vitam honestam, beatam vitam esse, nec sine ea esse & honestum bonum: nec laudabile sine honesto, nec beatum nec bonum sine

laudabili, probat: lib. 3. de finib. bonor. item
 & 3. Offic. & latius in Paradoxo, *ὅτι μόνον τὸ
 καλὸν ἀγαθόν*, quod honestum solummodo bonum
 sit. Hoc enim argumento probarunt secta-
 tores Zenonis virtutes bonas esse. dicimus
 namque honestum vnicè quidem, quod qui
 eo preediti sunt meritò omni laude dignos
 facit. Dicunt autem quod honestum sit id
 solum bonum esse, vt Heccato in 1. de bo-
 nis ait, & Chrisippus in lib. de honesto. Id
 autem esse veritatem, & quod sit virtutis
 1 particeps, cui æquale illud est bonum om-
 ne quod sit, id etiam honestum esse: hone-
 stum autem ac bonum tantumdem valere,
 vt refert Diogenes Laertius libr. 7. de vita
 philo. in Zenone. Sit autem probatio aper-
 tior argumentandi more.

1 Quod laudabile est, bonum est, vt supra
 docuimus in digno: honestum autem, lau-
 dabile, vt proxime declarauimus. & Aristote-
 les Rhet. ad Alexand. honesta esse ait, ex
 quibus splendor aliquis atque illustris ho-
 nos, in eos qui aliquid gesserint emanatu-
 rus sit: Ergo honestum bonum.

3 2 Quodcunque est per se appetibile, bo-
 num est, vt supra docuimus cum de appeti-
 bili diximus & desiderabili. Cæterum ho-
 nestum desiderabile & appetibile est per se,
 idque ex communi philosophantium sen-
 tentia,

ventia vt scribit Cicero 3. de Finib. Et quod lib. 5. de finib. adhuc expetendum sit etiam natura docet ex pueris, qui si quid bene gesserint quod aliis placeat, & si de his laudentur, exultant & læticia afficiuntur, seque accusari nolunt, & si accusentur tristantur. Et alibi lib. 2. de Inuent. cum de expetendis agit, quod totum aut aliqua ex parte propter se petitur, honestum, inquit, nominabimus: Ergo honestum bonum.

3 Item honestum est vel lege vel natura, & quoque ratione popularis æstimationis vt scribit Aristoteles, Ethic. ad Nicomach. 1. c. 3. idè inter iuris præcepta ponitur, honestè viuere apud Vlpianum, in l. Iustitia, l. 10. §. iuris præcepta, de iust. & iur. lib. 1. tit. 1. & Iustinianum in §. iuris præcepta, de iust. & iur. lib. 1. Instit. iur. civil. tit. 1. Ceterum quod vel à lege vel natura est, bonum censetur: quia illa ex iustitia, hæc ex essentia, originem habent, quæ bona diximus in æquali & essentia. Vtraque enim & lex & natura Deo dona sunt: donum autem Dei omne, bonum, quia Deus ipse fons boni. Ergo honestum bonum.

4 Possumus & addere honestè viuere, idè esse, ac cum virtute viuere, vt diximus: at virtus bonum: Ergo & honestum.

5 Vocat etiam filiam & donum Dei &

eius sapientiæ honestatem, Salomon, Sapien. 7. b. ver. 11. dum ait se sapientiam à Deo postulasse, obtinuisseque, & cum illa sibi aduenisse innumerabilia bona & innumerabilem honestatem. Et alibi, c. 8. Sapient. d. ver. 18. *Et in amicitia illius sapientiæ delectatio bona, & in operibus manuum illius honestas sine defectione.* Et expressius alibi, Ecclef. c. 11. b. *5 ver. 14. Pauperas & honestas à Deo sunt.* Hac retenta probatione, quod honestum sit bonum, sequitur castum & pudicum esse bonum: quia illa honesta sunt, & ex virtute: sicut luxuria & impudicitia, veluti excessus omnis, vitia & mala. Merito igitur D. Augustinus, 2. de ciuilita. c. 26. *Tanta, inquit, est vis probitatis ac castitatis, ut omnis vel peni omnis, eius laude moueatur humana natura, ne usque adeò sit turpitudine vitiosa, ut totum amittat sensum honestatis.* Proindè malignitas demonum, nisi se (quemadmodum in sacris legimus literis 2. Corinth. 11.) transfiguret in angelos lucis, non implet negotium deceptionis. Nam vt scribit D. Cyrillus Ierosolimitanus, Cathech. 12. illuminatorum. *Virginitatis & castitatis gloria, angelica est corona, & supra hominem hæc perfectio. Parcamus corporibus, quæ debent lucere sicut sol: ne propter parvam voluptatem, tantum ac tale corpus polluamus.* Et rursus idem, eod. *Angeli sunt su-*

per

per
enit
ab
ria
uan
Et
na
tis
Ne
ang
refu
I E
c. 20
rati
prim
nem
part
hoc
ver
esse
funt
nu
aute
epif
mu
festu
duæ
Salo
tia si

per terram ambulantes, castitatis operatores. Cum enim Angeli boni sunt spiritus puritatis pleni, & ab illecebris corporeis alieni. Sic ab omni luxuria sunt prorsus alieni, incorruptam mentem seruantes, beatitudinis iam radijs beatificati à Deo. Et ex nobis qui digni habebuntur vita æterna & seculo futuro, & resurrectione ex mortuis, neque nubent, neque ducent uxores. Neque ultra mori poterunt, æquales enim angelis erunt, & filij sunt Dei cum sint filij resurrectionis. Quæ verba Dominus noster IESVS CHRISTVS protulit: Mathei. c. 20. f. vers. 35. & 36. in quibus latent plures rationes castitatem bonum esse docentes. primo quia similes bonis reddit, & æquales nempe angelis. secundo quia beatæ vitæ participes facit: tertio quia à Deo donum hoc sicut & Salomon scribit Sapient. c. 8. d. ver. 21. & sciuit, inquit, quia aliter non possem esse continens, nisi Deus det. Et hoc ipsum erat summa sapientia, scire cuius esset hoc donum. Iustinianus etiam Cæsar in §. hæc autem de Deo amabilibus, quomodo oportet. episc. in Auten. colla. 1. tit. 6. Castitatem primum principium & fundamentum manifestum, secundum diuinas regulas, & residuæ virtutis, constitutam dicit. Hoc antea Salomon. Eccles. c. 26. c. vers. 19. & 20. Gratia super gratiam, mulier sancta & pudorata, omnis

nis autem pōderatio non est digna continentis ac
 6 *nim.c.* Et rursus in cano. hoc solum. 33. q. 2.
 in 2. par. Decree. Dico quod quomodo virgi-
 nitas absque cæteris operibus non saluat:
 sic omnia opera sine virginitate, puritate,
 castitate, continentia, iā perfecta sunt. Op-
 ponitur etiā castitati luxuria apud Iustinian.
 in 5. sin. de restitut. & ea quæ par. in 11. men.
 in Auten. collat. 3. tit. 6. Virginitati, castita-
 tis nomen competere omnino per se con-
 stat, eo quod & omnino à Venere abstinet,
 quamuis interdum pollutione mentis, vi-
 trumque nomen & virginitatis, & castitatis
 amittat. Cæterum nihi pertinet ad vos de
 his quæ intro sunt iudicare, sed quæ foris
 est qui iudicet Deus. Virginem ideo castā
 dicit Paulus, 2. Corinth. 11. a. vers. 2. *Acma-
 lor vos Dei amulatione, despondi vos enim vos vi-
 ro, virginem castam exhibere* CHRISTO.
 Porro annotandum est (ne confundamus
 7 negotia) triplicem esse virtutem castitatis
 vnam conjugalem, aliam viduitatis, aliam
 virginitatis: suisque professionibus ista cō-
 ducunt, nec vnum alio proponimus gradū,
 vt alium excludamus, vt scribit D. Ambro-
 sius. lib. de viduis. Sunt namq; triplices sta-
 tus solum hominum, legitimi, nempe vir-
 ginum, cœlibum, vel viduarum, & coniu-
 gatorum. Priores duo Venere omnino ab-
 stinent,

Rinent, vltimus libenter ad prolem & re-
 medium vitur, extra hæc vitium & pecca-
 tum, & abusus. docet id abundè Bernardi-
 nus Scardeonus. lib. 1. de castita. c. 1. Sic sola
 castitas cum fiducia potest animas Deo præ-
 sentare, vt scribit Iustinianus. in §. sancimus
 de lenonib. in auten. collat. 3. tit. 1. Compe-
 tere etiam viduis castitatem, docetur ex eo,
 quòd Iudith c. 1 §. c. vers. 12. populus ad Iu-
 dith viduam dixit, *Confortatum est cor tuum,*
eo quod castitatem amaueris, & post virum tuum
alterum nescieris, ideo & manus Domini confort-
auit te, & ideo eris benedicta in aeternum. Et in
 vtroque statu & viduali & virginali esse ca-
 stitatem scribunt canones. can. Nicena, 31. 8
 dist. in 1. par. Decre. Bonifa. In nuptijs etiam
 inest castitas: & ita castas nuptias, quanuis
 secundo nubant mulieres, easque legitimas
 vocat Iustina. in §. cum igitur de non elig.
 secu. nuben. in Auten. colla. 1. & 2. Et D.
 Paul. epist. ad Titum c. 2. a. ver. 4. §. Et D.
 Paulus. *loquere ad anus, vt prudentiam doceat*
adolescentulas, vt viros suos ament, filios suos di-
ligant, prudentes, castas, sobrias, domes curam ha-
bentes &c. Et Horatius lib. 3. carmi. ode 24.
 vers. 21.

Dos est magna parentum

Virgins, & metuens alterius vici

Certofedere castitas,

Nec

Nec mireris castitatem in commixtione matrimonij poni, quia & non commixtio sola vitiat veram virginitatē mentis, quam vis corpus à priore perfectione integritatis decidat, mentis defuerit consensus vt scribitur per totam quæst. 5. tertia tertiæ causæ in Decre. Grat. Omnes itaque hi gradus castitatis, boni sunt, & Deo amantissimi, cum vt scribit Tibullus 1. Epistolar. epist. 2. *casta placeant superis.* Et innuit Virgilius, 3. Æneid. dum ait,

Hac casti maneant in religione nepotes.

- 9 Verum & melius in his eligi potest. Nam vt scribit D. Martialis epist. ad Tholos. c. 9. Non ideo prohibemus nubere legitimo cōnubio, cum hoc cōiugium sit & honestum, & concessum & constitutum à Deo ab initio mundi in multiplicationem generis humani: ultra hunc autem gradum homini licitè concessum, viduitatē in præmio constituit. Sed & tertium excellentiorem gradum honestatis in virginitate demonstravit nobis perfectū, & per omnia similem Angelicæ dignitati. Quapropter D. Paulus 1. ad Corinth. 7. b. vers. 8. ait, *Dico autem non nuptis & viduis, bonum est ipsis si sic permanserint vt ego.* & litter. e. vers. 28. *Si autem acceperis uxorem non peccasti, & si nupsit virgo non peccauit.* & litte. g. vers. 38. *Igitur qui matrimonio*

iungit

iungit virginem suam, benefacit, & qui non iungit melius facit: quia virgo & innupta cogitat qua Dei sunt, nupta verò quomodo placeat viro.

Quantum verò interfit inter amicitiam Dei & hominis, nemo est qui nesciat, infinitè & sine collatione Dei pluris facienda amicitiam, quàm omnium hominum, vel totius ipsius mundi. Nulla enim est collatio boni creati, ad increatum omnium authorem.

Quemadmodum eligibilius est id quod totum est, supra id quod vix vestigium partis habet totius. Sic D. Basilius lib. de vera virginit. *Magnum quiddam, inquit, & præclarum virginitas est, qua hominem Deo simillimum reddit. Diuinum quiddam & præcipuum immaculate animæ insigne, virginitas.* Quia vt scribitur apud D. Matth. c. 19. d. vers. 29. relinquenti propter nomen Domini, vel patrem vel matrem, vxorem vel liberos, retribuetur centuplum tantundem, & vita æterna. Huc pertinet parabola seminum, quæ cadentia in terram bonam, dederunt, alia fructum centesimum, alia sexagesimum, alia trigesimum. Matth. 13. a. vers. 8. Luc 8. a. vers. 8. Et Marc. 4. a. vers. 8. Reddunt fructum trigesimum coniugati, sexagesimum viduæ, centesimum virgines. Et virgines tantum, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, sequuntur Agnum in cælo, nempe Christum

stum Dominum nostrum Apocal. cap. 14. a. vers. 3. & 4. Videtur id expressisse Chorus vel melius Hippolytus apud Euripidem, in Hippol. act. 1. vers. 7.

Καὶρὲ μοι Λατῶν,
 Ἀρτι με, καὶ διὸς,
 Καλλίστα πολλῶ παρθένων
 Ἄ μίγασσ κατ' ἄρανον
 Νάιστ' ἀπατίγασσ ἀνθῶν
 Ζηνὸς παύχρονσον οἰκῶν,
Salve mihi filia Latone,
Et Iouis Diana filia,
Pulchrior virginibus
Quæ magnum per calum
Habitabis claram aulam
Iouis (Dei putati) auream demum.

Sunt his plura similia quæ omittuntur. Quia verò verecundia castis moribus perseverat, ut scribit Honorius Cæsar. l. 1. de maiuma. libr. 10. C. tit. 45. erit ipsa bonum: cum etiam *verecunde*, accipiatur pro honesto apud Ulpia. in l. dies cautioni, l. 4. §. prætor ait, de dam. infect. lib. 39. et tit. 2. dum ait, *verecunde prætorem* iubere aliquem obnoxium damno infecto, de domo sua extrahi. Apud Liuium quoque libr. 10. ab urb. cond. olim ædificata fuit ara pudicitiae à patritiis, & alia à plebeiis mulieribus castis, quæ vix tantum nupsissent, quamuis postea fuerit

vulg

vulgata vtraque & sacrificatum ibi etiam à
 pollutis mulieribus. Sequitur etiam spe-
 ciem esse boni pudorem & verecundiam,
 quæ virginibus & adolescentibus cõuenit,
 vt testis indolis bonæ. Nam in viris vere-
 cundia non proprie dicitur, sed grauitas vi-
 rilitasque, atque si mutatio adfit incongrua
 vultus, est potius timor, & pusillanimitas,
 quæ in vitia recidunt & malum. Laudatur
 autem in iuvene, quia cùm perturbationi-
 bus ea ætas exponatur, ob inexperientiam
 rerum, bonum signum erubescẽtia est, quia
 ex eo constat illum facti pœnitere: In seni-
 bus turpe committere ea quæ pœnitentiam
 admittunt. Ideo & erubescere, & verecur-
 dari ob mala, turpe: vt scribit Aristoteles
 4. Ethic. ad Nicom. c. fin. Et ita Plato lib.
 20. in Charmide vel de temperan. admonet
 decere adolescentem, pudorem. Et Deme-
 netus senex apud Plautum in comœd. 2. quæ
 inscrib. Asinaria act. 5. scena 1. vers. 6. *Decet,*
 inquit, *verecundum esse adolescentem.* Exactius
 Seneca, lib. 1. Epistol. epist. 11. & Terentius,

— pudore & liberalitate pueras

Retinere satius esse credo, quàm metu.

Verecundia porro tum maximè ex malis
 est, vel præsentibus, vel futuris, vel præte-
 ritis, cum putamus aliqua nobis esse dede-
 cori, vel ratione admissi, vel ratione eorum
 coram

coram quibus adstamus : quanuis suspicio ea non semper mala arguat esse quæ suspicantur talia , ostendat tamen nos talia existimare , vt declarat Aristoteles Rhetor. ad Theod. 2. lib. c. 6. Hincque fit vt verecundia afficiantur sæpe iuuenes , quia propter dubium incertæ iudicij, rerum, & negotiorum malorum & bonorum , leuiter putant se malè egisse, quanuis non malè egerint. Apparet autem statim in vultu verecundia, quia sanguinem habent calidiorem , & verecūdis augetur insitus calor, dum primum in initio sese recipit vniuersus : deinde postquam in alto corporis est collectus , & ex ipso inibi congestus, & ex assiduo motu incrementum capit. Non enim quiescit pudore affectorum spiritus, sed tum ab interno, tum circa se, vnà cum toto sanguine variè circumagitur, vt notat Galenus lib. 1. de sanit. tuen. tomo 2. operum. In his igitur trepidantibus mutatur facies & rubet , & vox grauis fit, veluti timentibus acuta, quia vt inquit Aristoteles, Problem. sectio. 11. prob. 32. & 33. metuentibus locus cordis refrigeratur, cum calor deorsum se defert, ita quod parum aëris excitare possint , vires enim positæ in calore sunt. Trepidantibus autem loca petit superiora , vt etiam pudore affectis, effert idem sese ad faciem , cuius iudicium

cium est quod plenius erubescunt, id est, ru-
 bescunt. Scribant & etiam hæc Aul. Geil.
 lib. 19. noct. Att. c. 6. Macrobi. Saturnalio. lib.
 7. c. 11. Addit & ipse ex Physicorum schola,
 quod natura pudore tacta, ita sanguinem
 ante se pro velamento tendat, ut videamus
 quemque erubescens manum ante fa-
 ciem sæpe sibi opponere. Erubescunt autem
 maxime pudofacti, auribus: quia oculi refri-
 gerantur eorum quos puduit: pudor enim
 in oculis est, nec respicere valent quos pu-
 dor tenet. Et timor quoque refrigeratio eius-
 dem loci est: calor autem in partem transit
 aduersam, quæ posterior est, aures vero sa-
 tis ex aduerso positæ sunt: itaque pudore
 maxime erubescunt ut scribit idem Aristo-
 teles Problem. sect. 30. probl. 3. Et videmus
 pudetium oculos fere clausos, ut etiam ob-
 seruauit Plutarchus de tuend. bona valetu.
 apud Menandrum, de adolescentibus qui-
 bus inter pocula leno tendit insidias formo-
 sis aliquot ac magnificis inductis meretri-
 cibus, qui, inquit, in sese quisque dimissis
 oculis arrodebant bellaria, non auri in eas
 oculos deflectere. Quod etiam conuenit
 pudicis mulieribus, ne viros, inquam, di-
 recto inspiciant ex lege naturæ, ut innuit
 Hecuba in Traged. Hecub. act. 5. vers. 22. a-
 pud Euripidem.

IX

ἄλλως δ' αἰτιοῦσι πὺ νόμῳ

Ἐπιπέρας αὐδρῶν μὴ βλέπειν ἑαυτοῖον, 1,

Aliunde etiam causa (scilicet quod te non aspiciam) & lex est,

Ne femina aduersa spectent viros.

Idcirco eas manere domi pudicitia admonet & pudor: ne in conspectum virorum impudicè prodeant, vt etiam idem Euripides in Iphigenia & in Aulide 2 & 4. ver. 195. scribit. Loquente enim Clytemnestra ad Achillem de producenda cum pudore filia, Iphigenia. Sic respondit Achilles,

ACHI. Μείτω κατ' οἶκον, σίμων ἢ ὄσπευός τῃ.

CLIT. ΟΜῶ δ' ἴσον γέ θναστόν, αἰδέσθαι χροῖν, id est,

ACHI. Maneas domi. pudicā enim decet pudor.

CLIT. Verumtamen eam quatenus fieri potest, pudere oportet.

Siquidem cum pudor sit metus ignominie vt definiisse Zenonem scribit Diogenes Laertius, li. 7. in Zenone, multo magis time- re & pudere debent mulieres iuuenibus, quod ob sexus fragilitatē, ignominia maxime exponi possint. Pudor enim est corporis potissimum in rebus venericis & lasciuis, quæ motu quodam irrationali, etiam sapientes concitant, veluti & animalia his mouentur. Cæterum pugnate ratione cum voluptate irrationali, agitantur spiritus, mouet

mouetur sanguis, & pudor erubescencia
 notatur, veluti contentionis interioris in-
 dex certissimus. Qui & ideò insinuat ratio-
 nē inesse verecundo, qua appetitus anima-
 les colliduntur vel expelluntur. Et ideo Iu-
 risconf. Vlpianus dixit, Iustam litigandi fo-
 re causam, si quis pudorē suum purgauerit
 & ferendum esse. in l. quæ omnia, l. 25. §. r.
 de procura. lib. 3. tit. 1. Scribit autem Dio-
 nyfius Halicarnasseus de mulierum pudici-
 tia in hunc modum, *De conseruando verò con-
 iugio, & de vxorum pudicitia, neq; magnum
 quid præscripserunt legibus antiqui, abstinentes à
 negotio difficillimo: alij neq; licentiam indulse-
 runt rebus veneris, ut quidam barbari, neq; vxo-
 res incustoditas reliquerunt, ut Lacedæmonij: sed
 multas leges composuerunt conseruatrices earum
 modestiæ: nec defuerunt qui magistratus consti-
 tuerunt, penes quos esset cura honestatis mulie-
 rum. Non tamen per eos satis perspectum est huic
 negotio, sed leuius quàm ut cohiberi possit natura
 promior ad nequitiam. Pudicitia propriè po-
 nitur in mente quæ metu peccandi trepi-
 dans foras pellit indicem pudorem, pudici-
 tia præcipua, violato corpore si incorrupta
 fit mens, non perditur. can. de pudicitia. ca-
 no. proposito, can. ad Deum, cum sequētib.
 32. q. 5. in 2. part. Decre. Gratia. Et bonum ve-
 recundiam esse illa probant. Sed adhuc vl-*

tra docet, quod ex hac peccati pōdus graue
cognoſcatur, qua nozione à peccando tur-
ſum deterremur. Sic enim dicebat Seneca
poeta Tragæd. 4. in Hippol. act. 1. ſcena 2.
verſ. 16.

*Obſtare primum eſt velle, nec labi via,
Pudor eſt ſecundus, noſſe peccandi modum.*

Et Epicurus hunc pudorem veluti teſtem
& emendatorem cogitatorum etiam agno-
uit, vt ſcribit Seneca Philoſophus libr. 1.
Epiſt. epiſt. 11. Vtitur namque pudore ani-
mus, veluti ſiæno auriga, vt à turpibus nos
reuocet, & ad bona deſectat. Neimò enim
benefeciſſe exiſtimans, à bono erubuit. Et
Plato libr. 31. dialog. 5. de repub. pudorem &
metum in ciuitate bonum maximum oſten-
dit, vt pote qui propter ignominiam immi-
nentem, & maiorum reuerentiam, & à
malo & cædibus deterreat, prohibeatur. Et
D. Chryſoſtomus in opere vt vocat imperf.
conciò. 1. de Lazaro initiũ eſſe dixit ſalutis
optimæq; mutationis, ſi quem penitus ſuũ
pudeat, ſi quis proſus damnet ea que ſiunt.
Ex hoc pudore, cum etiam ſit admiſſorum
conſcientia ſalubris illa pœnitentia naſci-
tur admonens ſuo dolore, in poſterum eſſe
ab iſdem pro quibus erubescimus, abſtinen-
dum, minuiturq; ea pœna peccati, & ad pec-
candum ſit in poſterum cautior vt ſcribitur

in cano. quamuis, de pœnit. dist. 1. in 2. part.
 Decer. Grat. Sic etiam scribit Phallaris Clei 15
 Atheni epist. 92. *αἰσχρῶς μὲν ὁ γὰρ ἐπὶ τοῖς πρῶ-
 τοῖς ἐστὶν ἄλλοις ἢ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἀδίσχρητος*
ἀμαρτάνων, id est, qui priorum delictorum pani-
 tuit: nunquam in eisdem capietur peccatis. Quæ
 duo bona sunt, nam mederi malo bonum
 esse diximus, & euitare malum, bonum est.
 Et hæc ab authoribus & rationibus proban-
 tur, tum à satisfactione, quæ ex pœniten-
 tia oritur, tum à contritione, pœna. cautio-
 ne, & huiusmodi in totis distinctio, de pœ-
 nit. sed potissimum in 3. tota distinct. de pœ-
 nitent. in Decr. Grat. part. 1. Ex scriptis pa-
 trum, D. Augustini, Ambrosij, Hieronymi,
 Gregorij, Cypriani, & aliorum qui de pœ-
 nitentia libros integros composuerunt. Et
 ab Scholasticis super quartum Sententiarū
 distin. 15. & 16. & 20. vbi multa D. Thomas,
 Bonauentura, Scotus, Ricardus, & alij ad-
 ferunt, Hebræi pœnitentiam absolutè bo-
 num dicunt etiam, vt notatur in libro Mi-
 dras Tehilim id est, in conuent. Psalm. sup.
 psalm. 2. Hebreos 37. Latinos autem 36. su-
 per illa verba, spera in domino & fac boni-
 tatem *ואץ שוב אלא חשיבה שכ כלא תשא*
שוב עון וקה טוב id est, Non aliud, bonum, hoc lo-
 co significat, quam pœnitentiam, sicuti dictum est,
Ne imputes mihi iniquitatem, sed accipe *שוב*
 bonit

bonitatem, id est bonum. Aliorum autem sententias & doctorum Christianorum, vel Iudæorum, longum esset referre, neque expedit. Sufficit namque pro instituto, admonuisse bonum esse pœnitentiam,

1 Quia mali est remediũ. }
 2 Quia ad bonum fit cautio. } vt diximus proximè.

3 Quia sacramentum & donum Dei.

4 Quia Deum propitium reddit, & nos ipsi cõciliat. Nam vt scribit D. Basilius Magnus Sermo. de pœnitent. Deus nunquam pœnitentes despexit, sed illis pepercit sicuti Ninivitis: quin & iratus in Ionam est, quod pœnitentes illos perire exposceret. Et dicitur à Deo Domino nostro **I E S U C H R I S T O**, num oculus tuus nequam, quia ego bonus sum? Pepercit & Achamo pœnitenti, & Dauidi postquam seipsum cõdemnasset ob adulteriam vxoris **V R I A E**, dicens ad Nathan prophetam, Dignus est homo hic morte, & conuersus est ad pœnitentiæ pharmacũ. Hoc remedio iuuatus Abraham, Moses, Pharisaus, Filius prodigus, prædicat D. Ioannes incredulis pœnitentiam, & Petrus etiam in Actis, & remedium & admissorum veniam, Dei gratiam pollicentur. D. Athanasius libr. de communi essetia Patris, & Filij & Spiritus sancti, omne peccat

peccatum vera pœnitentia tolli posse, docet, etiam blasphemiam: quod & confirmat proprio sermone in illa verbz Euangelij *quicumq; dixerit blasphemiam aduersus Spiritum sanctum, non remittetur ei.* Et D. Ambrosius lib. 1. de pœnitentia c. 1. & 2. & D. Cyprianus tracta. 1. cont. Demetrium, circa finem, & serm. 5. de lapsis. atque D. Irenęus lib. 3. aduers. hæres. c. 37. Dei esse munus, & beneficio id fieri Dei probat. *Adam seductus, inquit ab Eua timuit Dominum & pœnituit: Timor autem Domini initium intelligentiæ: intellectus verò transgressionis, facit pœnitentiam: pœnitentibus autem largitur benignitatem suam Deus.* Etenim per perisoma vel subcinctorium fici in facto ostendit suam pœnitentiam. Nam, vt diximus, pudor & verecundia doloris & timoris index est. Adam autem agnoscens peccatum, etiam illum facti puduit, & cognouit se nudum, & ideo se abscondit. Genes. 3. b. ver. 7. 310. secundo viam domini dixit D. Hieronymus tomo. 9. in 1. c. Marci pœnitentiam, *Nam via, inquit, qua Dominus ad homines ingreditur pœnitentia est, & per quam Dominus ad nos descendit, & nos ad illum ascendimus.* Ideo Marci 1. c. D. Ioannes pœnitentiam annuncians dixit, *Parate viam Domini, velle facite semitas eius.* Ergo bonum ea erit, **sexto in hac maxima Dei bonites confide-**

randa venit, qui spatium pœnitendi & à morbo peccati resurgendi, sua liberalitate condonat: cùm pœnitentia istius temporis dolor medicinalis sit, pœnitentia autem alterius, dolor pœnalis. vt scribit D. Augustinus, in Psal. 57. videturque Deus dicere quod perpulchro carmine expressit Naso, lib. 4. Tristium. eleg. 9.

Si licet & pateris nomen facinusque tacebo,

Et tua Lethæis aëta dabantur aquis.

Nostraque vincetur lachrymis clementia seris,

Fac modo sic pateat pœnituisse tui.

Fac modo te damnes, cupiasque eradere vita

Tempora, si possis Tisiphonea tua:

Sin minus, & flagrant odio tua pectora nostro,

Induet infelix arma coacta dolor.

Sed expressius D. Paulus. ad Roma. 2. a. ver. 4. *An diuitias bonitatis eius & patientia & longanimitatis contemnis, ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit. Secundum autem duritiam tuam & impenitens cor tuum, thesaurizas tibi iram in die ira & reuelationis iusti iudicij Dei.* Deus ita cùm bonus sit & bonitas ipsa, tempus reuertendi abundè concedit malis, vt resipiscant, nec vllum quis bonus est, vult perire, sed saluos omnes fieri i. ad Timoth. c. 2. Vnde, quia expectatus diutius peccator dum contemnit beneficium, eo ingrator, tanto etiam seuerius in

cum

eum Deus & peccato & contemptu violatus, iudicium exercet: & lento gradu ad vindictam sui diuina procedit ira, tarditatemque supplicij grauitate compensat vt etiam ethnicus Val. Maximus scribit. lib. 1. c. 2. in exemplo Dionys. Siracus. Sic vt scribit Cyrillus Hierosolymitanus. catach. illuminat. 2. ad pœnitendum dedit Adamo Deus spatium. constituens eum iuxta paradysum, vt cogitaret vnde exiisset. Genes. c. 3. ca. Adam, de pœniten. dist. 1. Et Caino post fratricidium, data dilatio pœnæ. Genes. 4. Gigantibus quoque ante diluuium centū viginti annos concessit Deus. Genes. c. 6. Raab meretrix saluata. Iosue c. 2. & 6. Israel post aureum vitulum pœnitentia reconciliatus. Exodi c. 33. Exaudiuit Mosem pro Aarone & Maria. Numero. c. 12. Dauid pœnitentię per Natham admonitus. 2. Reg. c. 12. Salomon ceciderat postea pœnitentiam egit. Achab cæde Naboth pollutus ad pœnitentiam vocatus 3. Regum 21. Hieroboam 3. Regum c. 13. à manu arida pœnitentia curatus. Manasses qui Esaiam secuit, pœnitentia regno restitutus. 2. Paralip. c. 33. can. 1. 1. q. 7. Item & Nabuchodonozor. Daniel. c. 4. Iosias rex non fuit afflictus, quod compunctus doluisset de offensis in Dominum. 4. Reg. c. 22. Item & Petrus Deum eiu

14 rans, reconciliatus pœnitentia. Similia o-
mittens, & sufficiat vitam hanc totam, no-
bis nulla alia de causa videri concessam,
quàm in pœnitentiam, vt illa purgati & ex-
piati, tribulis & spinis puncti, ad patriam
ex qua peccato excidimus, læti redeamus.
Nam si ex hac vita excesserimus oppipare
& voluptuosè adipe suffarti, futurum est vt
qui in hac vita noluerimus pœnitere, & dū
tēpus nobis concessum erat, in die resurre-
ctionis à misericordia Dei ab alienati, in per-
petuum damnemur: contra, si hīc diuexati
fuerimus, ibi saluemur. Cum enim vnus sit
Deus, vnus est etiam paradysus, vnus mun-
dus, vnus infernus & pœnarum æternarum
locus. Nec fieri potest, vt in hoc seculo &
in alio iucundè & sine afflictione viuamus:
atque eligendum aut in hoc temporali secu-
lo torqueri ob delicta, vt alio excipiamur
sine macula, aut si laborem in hoc recuse-
mus, certò certius fore putemus iam mer-
cedem accepisse, & in alio puniendos. Sic
enim oportuit antesignanum nostrū Chri-
stum pati, & ita intrare in regnum suum.
Luce 24. & Mar. 8. Et per multas tribula-
tiones cœlum ingredi oportet: Actuum c.
14. Et violenti rapiunt illud Math. c. 11. Sic
militia hominis super terram Iob. c. 7. Hic
igitur doloris & pœnitendi tempus, concessum

sum

sum omnibus hominibus, quod seculum ipsum per subitas & continuas mutationes & per variatas qualitates, & mutandam iri inferiorum & viuentium vitam, demonstrat, alióque nobis abeundum. Sicque Sybilla testatur, rationem adferendo, lib. 2. oraculo. pag. 86. ex correctio. Castellio. cur sine misericordia damnabuntur à Deo in die iudicij, orabunt, inquit, tunc nec exau-

15

Ἐπτά τῶν αἰώνων μετανοίας ἡμῶν ἰδὼν
 Ἀνθρώποι πλάσμενοι, διὰ χεῖρ' & κερβίρου
 ἄγγυρ. id est,

*Nam septem dies seculorum penitentia dedit
 Hominibus errore deceptis, per manum,*
 id est,

per medium, virginis Casta: Vocat autem ibi septem dies seculorum, sex millia annorum, quibus mundus durabit vsque ad septimum millenarium, qui erit alterius seculi immortalitas. Sex eum diebus operatus est Deus, & septimo quieuit ab omni opere quod patrarat Gen. 1. & 2. & sexta die factus est homo, & septima cœpit terram & ornatum eius videre, & benedixit Deus diei septimæ, sed & sanctificauit illam, quia quieuit ob opere suo quòd creauerat vt faceret, id est, quod septimo die quieuit ab opere creato, eius gratia vt illud opus faceret suo ius-

sum

fu, qui euit autem septima die ab opere illo,
 vt faceret, hoc est quia tunc die septima o-
 pus non faciet, quæ nunc facit. Quia cæ-
 lum & terra transibunt non verba eius &c.
 Luc 21. *neque erit dies, neque nox.* Et virtutes
 cæli mouebuntur, sol obscurabitur, stellæ
 cadent super terram & Luna non dabit lu-
 men suum. Math. 24. Cessabunt itaque ab
 opere iam imperato nunc vt faciant. Atque
 in creatione dies vna, pro mille annis an-
 te Deum est, & ponitur, Psal. 89. a. vers. &
 apud D. Petrum potissimum, 2. Petri 3. b.
 vers. 8. qui loquens expressè de iudicio vl-
 timo Dei viuorum & mortuorum, & de po-
 stremo Dei in nos aduentu, & de orbis con-
 flagratione, addit: *Vnum verò hoc vos non la-
 teat charissimi, quia vnus dies apud Dominum
 tãquam mille anni, & mille anni sicut dies vnus.*
 Et paulò post, Opera terræ & ipsam ete-
 xurendam tradit, quia quod pertinet ad Dei
 æternitatem, etiam secundum Ethnicos,
 vt & apud Plutarchum, lib. de sera numinis
 vind. triginta anni, veluti crepusculum ma-
 tutinum, sicutur esse apud Deum. Viden-
 tur & Thalmudistæ hæc ex Sybilla prædi-
 cta excepisse, præcessit enim illa multis se-
 culis eum, cum illa ad Nochi se referat æ-
 tatem, cuius se nulum asserit, & in archa cũ
 illo & marito filio Noachi tempore (aluu)
 seruat.

feruatam. Vnde & forſan Helias, veluti per
 manus accepit, vt Noachum veriſſimile eſt
 accepſſe eadem ad Enocho propheta per
 maiorum manus, qui natus eſt ante inunda
 tionem terrarum anno 34 ſupra milleſimū
 vt ex Gene. 5. c. liquet, vt Enoch à Seth, Seth
 ab Adamo, hic autē propheta eximius cum
 eſſet, & omniſcientia plenus, de futuro di
 luuiō & conſummatione per conflagratio
 nem prophetauit: & poſtea Enoch, vt ſcri
 bit Iudas Thadæus Apoſtolus Domini, in
 epiſt. canoni. c. 1. c. verſ. 14. & 15. & Iosephus
 antiquita. lib. 1. c. 4. narrat Seth auditas ab
 Adamo patre prophetias duabus columniis
 altera lateritia, altera lapidea, conſcripſiſſe,
 in quibus forſan & veriſſimiiter de mundi
 etiam duratione exarauit. Fuit namque ve
 riſſimiliter (tamen id non affirmari) Deus
 qui ſententia ſua in locum penitentiæ à pa
 radiſo relegauit Adamum, & progeniem
 tempus peregrinationis & pœnæ declara
 uit, vt ſolaretur ſaltem ſpe finis pœniten
 tem, veluti & de redemptione Meſſiæ illū
 certum fecit, dicens à ſemine mulieris, non
 viri, conterendum caput Satanae. Genef. 3.
 c. ver. 15. Ex quibus, hæc Noach & docuit
 poſteros, & Helias domi ſuae inſcuſſit fa
 moſum illud inter Hæbreos vaticinium, de
 quo ſcribūt Thalmudici in 4. parte Thal
 mud

mud quam vocant סדר כויקין *seder nezikim*
 id est ordinē damnorum, in מסכת סנדרין
masfeket senedrin, in tractatu sanedrin, vel iu-
 dicatorum, & in c. הלק *helec*, vbi de Mefsiab
 maximè sic scribitur תנא בית מליחו שחא
 אלפי שכי עולם ואחר חריב כ אלפי תוחו כ
 אלפי תורה כ אלפי טות חסשיח id est,

SENTENTIA EX DOMO ELIAE
 SIX MILLE ANNOS MYNDVS
 DV RABIT Et postea

ARDORE VASTABITVR, id est
 חריב significat

DV O BV S MILLE ANNIS INANE:
 DV O BV S MILLE LEX:

DV O BV S MILLE DIES MESIAH.

Hæc eadem referuntur etiam Eliæ in ea-
 dem 4. parte Talmud in Massechet quod vo-
 cant קרוב *qarab*, גנודא *ganadab*, id est, *fermi-
 tus aliena* vbi de Idololatria in capite לפני
 אירוחן *liphne edeken*, id est ante festa eorum.
 Et Lactantius Firmianus lib. 7. diuina. In-
 stit. vel lib. de diuin. l. c. 14. meminit istius
 opinionis, duraturumque probat mundum
 per sex millia annorum ijdem fermè qui-
 bus nos rationibus tacito Thal mudicorum
 responso. Reprehendit, tamen eum: & er-
 rasse in eo annotauit quidam Antopius
 Raudensis Theologus, qui in calce Lactan-
 sij errores quosdam certè non contemnen

dos signauit. Cui & nos subscribimus, quia
 scriptum est, Non esse nostrum scire tem-
 pora & momenta, quæ posuit pater in po-
 testate, Actuum I. nec de die illa ultimi fi-
 nis vel hora nemo scit, nisi Deus. Mathæi
 24. Marci. 30. Luc. 17. 28. Verumtamen quia
 nobis signa Deus reuelauit ore proprio, &
 ex præcedentibus secutura noscere possu-
 mus, sicuti in diebus Noë & diluuij, cui
 Deus similem diem iudicij ultimi facit, præ-
 dicatum est futurum diluuium Genes. 7.
 certò, cui non audierunt impij: ita & non
 dubito antè, Deum nobis prædicturum, fi-
 eut & nobis per multa signa nunc prædicit,
 futurum proximè iudicium, quanuis diem
 non nouerimus. Et vereor certè ne instet
 & in ianuis sit: credat qui velit, ego autem
 ita credo, & me ad id credèdū signa abomi-
 nationis, quæ in loco sancto irrepsit, admo-
 nent: cum iuge sacrificium Dei. **IESV**
CHRISTI verum corpus, quod est iuge
 & æternum sacrificium, fuerit ab hæreticis
 vnica nostra ætate, vsque adeo profana-
 tum, vt pro eo vero Christi corpore, impu-
 denter fuerit panis crustula, creatura pro
 creatore, subiogata. **Qua** abominatione
 nulla potest contingere maior, nec vsquã
 fuit in lucè publicè edita ante annos. Calui-
 ni vt aliud inde nasciturū nō sperem, quàm
 præparat.

præparationem ad proximum Antichristū,
 qui iam Dei memoriam, & passionis eius
 & sacrificij, fundamenta religionis, per fi-
 lios diffidentiae aggreditur. Sed omittamus
 illam certitudinem, probabit euentus Dei
 beneplacitum. Redeamus ad ætates descri-
 ptas per tres sanctiones, vltimam proaget
 qui velit. Dico igitur in his tribus præcipuis
 ætatibus, innatam semper & repetitam pœ-
 nitentiae necessitatem, & renouatam, cum
 obliuio incessit. Et in primis duo millena-
 rijannorum, primo vacui fuerunt, à legis
 alicuius scriptæ admonitione: tunc enim
 recens creatio, recens expulsio, recens la-
 borum addicatio. Et diutius vivebant ho-
 mines, vt per manus vnde deciderant pri-
 mi parentes, & quo redeundum esset, ad-
 monerentur. Et dum in illo millenario
 secundo capit pœnitentiae obliuisci popu-
 lus, diluuium in pœnam in pœnitentia ad-
 ductum. Pœnitentia namque contempta,
 fuit centum annis ante prædicata, nouaq;
 terræ forma Cataclysmo data, & memoria
 rursus pœnitendi superstitibus renouata.
 Lex dehinc & Noë Abrahæque præcantata
 à Mose propalata, Dei digito inscripta cum
 tonitruis, fulguribus & fumi caligine, in
 monte in deserto, vt scriptura & locus
 pœnitentiae rursus homines admoneret.

Sequitur

Sequitur postea pleræque populi Israëlitici qui Deum nouerat, captiuitates & afflictiones, eius rei gratia & voces prophetarum, miracula, signa: & prodigia. Et cum in quarto millenario duræ ceruicis populus & quasi obduratus vitijs, nõ sentiret flagella Dei, sed voluptatibus vacans, omnia sibi licere putaret cultu Dei relegato, misit Deus filium suum vnigenitum, qui omnia corrigeret & lapsam humanam mortalitatem natalibus restitueret. Quod opus & cepit à pœnitentia, atque statim ubi apparuit, palam audita est vox illa D. Ioannis *Pœnitentiã agite* (cum ratione addita) *appropinquauit regnum celorum:* Mathei 3. a Marc. 1. 2. ac si admoneret, iam finem seculi adesse, & pœnitendi locum huius vitæ tollendum à nobis. Cum tunc vix aliquis viam illam pœnitendi recordaretur: & idcirco etiam Dominus noster **I E S V S C H R I S T V S**, pro nobis factus est oblatio pœnitendi exemplar & viuendi, omnibus renuntians, in laboribus, angustijs, siti, fame, ieiunijs, orationibus, plagis, contumelijs assiduus, obediens vsque ad crucis ignominiam & maledictum factus, nosque admonuit, vt si quis velit eum sequi, tollat crucem suam & illum sequatur, renuntians do omnibus istius seculi delicijs & bonis quæ nos à via remoratur proposita. Mathei

10. g. & c. 16. d. Marci 8. d. Luc. 9. c. & c. 14. f.
 Hunc qui sequuntur, foelices. & poenitentia
 agentes, foelices, delicta deflentes foelices:
 & si contemptui & odio sint hominibus,
 qui mundi laqueis irretiti sunt. Qui tamen
 tandem de poenitentibus & probis dicturi
 sunt, quod scribitur Sapien. 5.

- 1 Tunc stabunt iusti in magna constantia, aduer-
 sus eos qui se angustianerunt, & qui abstulerunt
 labores eorum.
- 2 Videntes turbabuntur timore horribili, & mi-
 rabuntur in subitatione insperata salutis:
- 3 Gementes & pra angustia spiritus, dicentes
 intra se poenitentiam agentes, pra angustia
 spiritus gementes. hi sunt quos habuimus ali-
 quando in derisum, & in similitudinem im-
 properij.
- 4 Nos insensati, vitam illorum estimabamus in-
 saniam, & finem illorum sine honore.
- 5 Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei,
 & inter sanctos fors illorum est.
- 6 Ergo errauimus a via veritatis, & iustia lu-
 men luxit nobis: & sol intelligentia non est
 ortus nobis:
- 7 Lassati sumus in via iniquitatis & perditio-
 nis, & ambulauimus vias difficiles, viam au-
 tem domini ignorauimus
- 8 Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum
 constantia? quid contulit nobis?

9 *Transferunt omnia illa sicut umbra, & tanquam nuntius percurrrens.*

30 *Et tanquam nauis qua pertransit fluctuantem aquam: cuius cum praterierit, non est vestigium inuenire, neq; semitam carina illius in fluctibus &c.*

Talia inquit dixerunt qui sunt in inferno. Sed tunc quanquam poenitere vellent non erit locus: sublatum enim erit tempus: & in inferno inferiori, non est spes salutis: idcirco operandū est dum tempus habemus. quia veniet nox illa, in qua operari nemo poterit. Si enim condemnatis, etiam sententia supremi iudicis, nulla salutis est spes: multo minor damnatorum à Deo, cuius voluntas est immutabilis. Neque locus poenae, contra decretum Dei, potest mutari in merendi viam: confunderentur enim omnia, si cuique rei sua natura non conseruaretur. Hic quidem promereri possumus, dū viuimus, & dare operam vel saluti vel damnationi. Medium inter cælum & inferos est terra, & mundus: in hoc mundo, quandiu viuimus vtrum velimus eligere possumus cæterum cum morte hinc tollimur, elegisse oportet hominem: nam omnia à corpore separata cum quodammodo diuisus sit homo, & quodammodo non totus, eligere homo nequit, nec rursus cum resurget ite

rum dabitur tempus eligendi, quia post resurrectionem futurus non est amplius locus, in quo pœnitentia fieri possit. Mundus enim sentibus & alijs pœnitentiæ stimulis purgabitur igne, & cum corpore animæ erunt vel beatæ, vel damnatæ miseræ in perpetuum, & ante iudicium vniuersale à corpore separata anima, recipiet particulare pro vt gessit in eo: siue bonū siue malum, vtpote si in via purgationis reperta, fuerit in hoc seculo soluta, purgationē absoluat, est enim illa via Paradisi: si autem omninò in qua gesserit, nec vllomodo purgationem meruerit, quia viuendo illam omninò contempserit, in baratrum crucianda detrudetur, cum corpore etiam tum grauius crucianda, dum resurrectione facta, corpori vnietur. Sicuti & illa quæ beata, erit beatior accedente corpore. iudicij enim vltimi dies non nostra est, vt in eo speremus medicinam pœnitentiæ: sed dies Dei, & Domini, reliqui dies nostri, illa sola vltima, Domini.

16 1. Petri 3. c. 1. Thessal. 5. a. 1. Corinth. c. Hinc pœnitentiæ contrarium malum est, peccati obduratio & pertinacia, quæ ab excusso timore Dei, & ex pudore hominum nascitur, cum quis impudicè, vt dicunt, perfriquit frontē, & veluti ex proposito, intrepide mala cogitat & exequitur nec bonos
mentis

mentis stimulos sentit, mēte factus paralyticus, & leprofus incensibilis: similis corniculis alijsque auibus, quæ affueta campanorum strepitibus, impauide in pinnaculis Ecclesiarum degunt, nec tumultu terrentur, vel ijs, qui nimio labore in manibus callos contrahentes, non plus quam Elephantes ictus sentiunt. Deficit enim mentis iudiciū quo quæ hominis sunt, cōsiderare valeant.

Quamobrem & ob defectum iudicij mentis, Medea apud Euripidem in Medea, act.

3. ver. 71. conqueritur ita,

Ω ζῶν, τί δή χρυσῶ πῆ σὸ κίβδηλῶ ἦ,

Τεκμήρι' αὐθρόποισιν ἰπτασας ἠ ἀφῆ.

Αὐθρῶν δ' ἔγω χρῆ' ἢ κακὸν διειδέναι

Οὐδὲς χαρακτὴρ ἰμπίφουκῆ σώματι. id est, 17

O Iupiter, vt quid dedisti hominibus argumenta dignoscendi, num auram esset adulterinum: hominum autem nullum in corpore affixisti signum, vt sciremus malitiam illorum. Et Diphilus poëta Menandri contemporaneus,

Οὐδ' ἔτι ἔρωθειν οἶδεν ἔτι διδέναι,

Τὰ πρῶτα πάσης ἄ ἀναιδέως ἔχει.

Οὐκ ἔστιν ἀναδῶς ζῶον ἀναιδέοςτρον, id est,

Qui nec metuerit scit, nec erubescere,

Ille primas totius tenet impudentiæ.

Nec est homine impudente animal confidentius.

Scribit & Seneca in Thieste.

— *Vbi non est pudor*

Nec cura viris, sanctitas, pietas, fides,

Instabile regnum est.

Et Iuuenal Satyra 8. vers.

Xenophon in Cirypæd. ingrati-
tudini proximum dicit impudentiam. Et malum esse
impudentiam vel docet ratio, quod illa au-
daces homines ne mala cōmittere verean-
tur, reddit. Et ideo Xenophon 1. Cirypæd.
impudentiam ad omnem turpitudinem du-
cem esse scribit. vocat Ieremias hanc, fron-
tem meretricis c. 3. a. vers. 3. *Fons meretricis*
inquit, *facta est tibi, noluisse erubescere.* Ad
hæc Daniel c. 8. f. vers. 13. dum describit tem-
pus, quo omnia mala, & malitia omnis ter-
ram occupavit, post regnum quatuor Re-
gum Græciæ: *Cum creuerint iniquitates, in-*
quit, confurges rex impudens facis, & intelli-
gens propositiones, & multa mala facies, quæ
vbi numerantur. Propheta signat vt oppro-
brium maximum, pastorum impudentiam,
dum c. 36. d. vers. 11. scribit, *Canes impudentis-*
sami, nescierunt saturitatem. Et D. Ioannes Apo-
cal. 22. c. vers. cum pessimus etiam excludit à
felicitate impudicos, *Furis canes, venefici, im-*
pubici, &c. Et tanta est inuerecundiæ, po-
tissimum fornicarum odium, vt inuerecū-
dia vnius Caiæ Aphranix mulieris impro-
bissimæ, dederit ansam prætori condendi
edictum,

edictum, ne in posterum mulieres in sub-
felliis postularent: vt refert Vlpian. in l. i. §.
secundo loco & §. origo vero, de postulan.
lib. 3. r. tit. 1. Dicimus etiam pulchrum esse 18
bonum: quia & essentiam vt cunque auge-
re videtur qualitatis bonitate præstantiorem
rem efficiens. Et D. Dionysius Areopagita
ait, pulchritudinem idem referre quod bo-
nitatem, quia vtrunque desiderabile & ama-
bile, & ita bonum, quia pulchrum ad se o-
mnia conuertit lib. de diui. nomin. c. 4. Pla-
to item lib. 5. in Alcibiad. 1. vel de natur. ho-
minis, quicquid inuenimus pulchrum, in-
quit, illud etiam bonum existit. Speusip-
pus Platonicus lib. de diffinitio. Platon. pul-
chrum idem quod bonum dixit.

1 Probatum etiam, quia quod à Deo est, 19
bonum est. vnde & quæcunque hominibus
pulchra videntur, ab ipsius Dei natura quæ
pulchra, diuina nuncupamus, vt ait Maxi-
Tyrinus sermo. 38. scribit etiam alibi, sermo.
11. à Deo pulchrum in nos emanare, & ex
eo huc descendere & sensim procedendo,
habetiolem fieri pulchritudinē inter nos,
quo magis antiquum deseruerit vigorem.
Perinde ac nobilissimi amnes, qui exeuntes
in mare in primo quidem ingressu, vbi lati-
tudinem pelagi incurrerint, fluentumque
sunt, vnde ventis æstui fluctibusque per-
miscerint

miserint ex huiusmodi commixtione, priorem comminuunt naturam. Eodem pariter modo, pulchrum, ineffabile, immortaleq; donec cœlum cœlestia corpora permeat. In eorum quidem occurſu purum, immixtum, integramque permanet: at ubi dei acceps à cœlo in nostra hæc loca defluxit, hebescit vsque adeo extenuato fulgore, vt vix eius fulgorem possit agnoscere maritimus nauata, videns exilem illum humi inerrantem, confusumq; alienæ naturæ: at pulchritudo artificij Dei excellentiam demonstrat, & creatoris. Est enim quidam splendor diuini luminis, quo Dei artificium admiramur vel admirari debemus. Cæterùm pulchritudo id dicitur, quod cuique decet, & quod ornare videtur, vt ait Plato libr. II. in Hyppia maio. vel de pulchro. Sic etiam pulchritudo orationis, decor, & rerum decens forma pulchra.

2 Et quia diximus omne quod decet & conuenit, esse bonum: dicamus autem nunc pulchrum tale: dicimus meritò pulchrum bonum.

- 20 3 Omne amabile & desiderabile diximus bonum: pulchritudo autem maxime est amabilis, & hanc habuit sortem vt talis fit, vt scribit Plato, libr. 36. in Phædr. & Galen. tom. 2. lib. ad Thrasib. nuni ars sanita. tuen.

ad medic. spectet. *Plura*, inquit, *corporis bona* vocata, veluti *sanitas, robur, pulchritudo, sed alia* ut partes, alia ut causas esse ita vocata, alia ut fructus: quemadmodum enim pulchritudinem, iucundus color, congrua caro, membrorum commodatio, & alia quaedam integrant. vocatq; pulchritudinem corporis & actionem, fructum boni corporis. Pulchritudinis duas species Cicero facit, in 1. *Offic.* venustatem, quam formæ dicit mulierum tantam: & dignitatem, quam virorum pulchritudinē posuit. Venustatem autem à Venere habuisse appellationem dixit 2. *de natu. Deo.* dum Phificos ait, omnibus accedentem gratiam & formam dixisse à veniendo, Venerem: quod postea posteri fictitia & fabulosa Dea, in nomen diuinitatis retulerunt. Plato (ut scribit Diog. Laërtius) lib. 3. in eius vita. pulchritudinem in tria distinguit, aliam quippe esse laudabilem, ut formosam faciem: aliam quoque vsui deseruire, ut instrumentum & donum, quæ præterquam quòd speciosa sunt, vsibus etiam nostris commoda sunt: Tertiam legibus studiisque constare, eamq; humanæ vitæ commodis maxime consulere. Forsan huc pertinent tres pulchritudines, Veneris, Iunonis quæ à iurando apud Ciceronem 2. *de natur. Deor.* & Minervæ; quæ scientiarum & animi pulchritudinem iudi-

care potest, sicut Venus formam naturalem, quas de pulchritudine litigasse quidem Deas fingunt antiqui in monte Ida sub iudice Paride, ut scribit in initio tragæ Helenes Euripides, Homerus, Lucianus, Ovidius, & alij. Veneris pulchritudo cum sit tantum bonum laudabile & desiderabile cum ratione, sæpe dum præter rationem desideratur, abusu vel occasione, magnorum malorum causa per accidens est, per se tamen bonum, sed abusu facili malum. Ideo & formosæ mulieres, vix bonæ sunt, quia pulchritudo cum omnium oculos in se colligat, mentes etiam simul deuincit. Mentis autem quia plerumque in vetita ruunt, ut sibi quæ alterius sunt, cõparent potianturque, inflammata libidine, omnes artes ut pulchra potiantur, exercent, atque pudicitia infidantur, quæ crebris istibus impetitur, facile collabatur, vel difficulter custoditur. Denicitur namque plerumque frequenti & assueta rogatione & consueta, propugnaculum formæ: Nam ut dicebat Demades, *in iudicij & uicinis concupiscit, pudor est arx formæ.* Et difficulter seruatur quod ab omnibus concupiscitur. Hinc plures contentiones coniuualium, adulteria, homicidia, bella quamplurima ob mulieres. Et formosorum corporum amore, ipsæ etiam animæ capiuntur: quò fit ut inuitæ ab amantibus

tibus discedant, vt scribit Philostratus lib. I.
 de imaginib. Quin, & quidam antiquorum ²²
 illo in errore fuerunt, & angelos malos cor-
 poris forma mulierum alleetos, & hinc de-
 mones incubos & succubos nominari. Et
 quod magis mirum, aliquando commixtos
 mulieribus pulchris generasse gigantes,
 quod probant ex Genesi mundi c. genes. 6. a.
 cuius opinionis fuit Iosephus, 1. Antiqui. c. 5.
 & alij, vt & Lactantius lib. 2. de orig. erro. c.
 11. vbi & alium insinuat errorem ex angelis
 bonis factos terrigenas Demones, illa com-
 mixture, quamuis non id dicatur, cur in Ge-
 nesi, c. 6. genes. nec possit dictum intelligi
 de angelis, dum ait vidisse filios Dei filias
 hominum pulchras. Nam ibi loquitur de
 filiis Seth, qui filij Dei quod Deum colerēt,
 dicerentur. Non de angelis, qui corpus non
 habent vt generare possint, nam sunt in-
 corruptibiles neque vxores ducere possunt,
 vt ibi dicitur. Sed hæc alias forsitan latius
 annuente Deo, explicabimus, dum de An-
 gelis loquemur. Quamobrem & remedio ²³
 quodammodo hinc malo itum est obuiam,
 ne prodirent mulieres in publicum, vel ra-
 rō. Sic mulieres Ægyptiæ potissimum nu-
 ptæ domi manebant, vt scribit Plutarchus.
 in præcep. connubialib. Sunt & velatæ idē
 virgines Dō dicatæ, & vixtatæ, & apud Tur-
 cas

cas mulieres omnes, & in aliis nationibus, Quavis enim mul erum Venerem nō minuatur velamen, tamen quod opertum est, ne viri desiderio incendantur, efficit, tolliturq; maior peccandi occasio, vel saltem suspicio. Sic enim scribit Euripides in Troadib. dicente Andromache act 3. vers. 82.

Πρώτον μὲν ἴτα κἄν προσῆ, κἄν μὲ προσῆ

Υἱὸς γυναιξίν, αὐτὸ τῶν ἰφίλιπτα

Κακῶς ἀκούσθ, ἢ τ. ε. ἐκ ὁδοῦ μέλει. id est,

primam quidem, siue laboret, siue non laboret fama, scemina: tamen id ipsum eam consequitur vt malè audiat quæ domi non manserit. Sic Lucretia violata, & Dinacasta alioquin filia Iacobi egressa domum, stupri & raptus ansam propalata pulchritudine dedit. Sic Hemis filio Hemor Genes. 34. Item & eo modo Abimelech exarsit in Sarram Genes. 20. Sunt & huiusmodi & Ethnicorum & Israelitorum & Christianorum infinita exempla. Quare & antiqui, difficile dixerunt, expositam & vulgatam pulchritudinem, cum pudicitia conseruare, docet Ouidius Metapho. lib. 2. fabu. 10. in Daphne quæ ait

Pulchra verecundo suffundens ora rubore,

Inq; patris blandis hævens cervicē lacertis

Da mihi perpetua, genitor charissime, dixit,

Virginitate frui, dedit hoc pater ante Diana

*Ille quidē obsequitur, sed te decōr iste quod optas
Esse vetat, votōq; tuo, tua forma repugnat,
Phebus amat, visq; cupit connubi a Daphnes.*

Et rursūm idem Naso. epist. 15. quā Paris
scribit Helenæ vers. 257.

*Hah nimum simplex Helene, ne rustica dicā
Hanc faciē culpa posse carere putas?
Aut faciē mutes, aut sis non dura necesse est:
Lis est cum forma magna pudicitia.*

Et Iuuenalis satyra II.

—filius autem

*Corporis egregy, miserōs tropidōsq; parentes
Semper habet. Rara est concordia forma
Atq; pudicitia.*

Et apud Terentium in Andria act. I. Scen.
4. vers. 51. Misis ita loquitur

*Mi Pamphile, huius formam atq; etatē vides,
Nec clam te est, quā illi utraq; res inutiles
Et ad pudicitiam, & ad tuendas res sient.*

Periculosa itaque castitas cum pulchritudine mulieribus, nisi eam cautione tueantur: nempe verecundia & humilitate, ne præsumant se tales esse & nolint videri tales, quæ quia à quibusdam virginibus & matronis nomine, reūciuntur, vix casta vlla, nisi, vt cum poëta loquar, illa, quā nemo rogauit. Sunt enim facie inuerecunda, visu capris instabiliores, loquaciores picis, Si-
mius & Protheis magis variæ, vestitu sceni-
scis.

scis ludis similes & scortis, in theatris assidua, chorearum & trepidiorum avidæ, laudis æmulæ, philautia laborantes. Alia est pulchritudo iunonis, quæ cuique tribuit propriam gratiam convenientem formæ, *supra* nominant Physici & Medici, atque hæc est consensus & decor optimus partiū, quæ cum actionibus eius, de quo agitur iuncta regulam pulchritudinis indeficientem afferunt. Vera itaque pulchritudo non est aliud, quàm cōstitutio optima, quam actionibus iudicabis & explorabis, Hippocrati credens, non albedine, non mollitie, vel id genus aliis, per quæ non natiua, non germana, non vera, sed fucata, notha, adulterina pulchritudo ostentatur. Quo fit, ut alia quidem corpora Mango, alia verò Hippocrates laudaturus sit, ut scribit hæc Galenus lib. de usu part. cor. huma. c. 9. tom. 1. Dicitur & Psal. 49. pulchritudo agri, pro fructu & abundantia. Necessario enim quod natura pulchrū est, adiunctas habet & gratias & venustatem, & desiderium, & delectationis numeros omnes, ut scribit Maximus Tyrius sermo 15. pulchritudo autem non in formositate propriè vel venustate, sed in iusta magnitudinis & rerum proportionem, ut etiam ait Aristoteles, 4. Ethic. ubi de magnanimitate agit, in magno corpore ponit

ponit pulchritudinem, nam & paruos non dicit tales sed inuenustos. Sic Martialis dū iocatur in Cottam lib. I. Epig. 10.

*Bellus homo est magnus, vis idem Cottæ, uideri
Sed quid bellus homo est, Cottæ pusillus ho-
mo est.*

Et in eo quod conuenit esse bonum iam docuimus, itaque de eo non amplius dicendum. Est alia pulchritudo quæ ex sapientia oritur, qualis quæ apud Philemonem comicum paulò ante Menandri tempora Syracusanum descriptam habes dum de veritate loquitur,

οὐκ ὄψιν ἔτι ζυγμάφῃ μὲν τὸς θεῶς,

οὔτι κείνων ποιοῖς ἔτις αὐτῶν πλάσσει

Κάλλῃ τοῦτον, οἷον ἢ ἀληθεῖ ἔχει, id est,

Non per Deos, aut pictor posset, aut statuarius ullus fingere talem pulchritudinem, qualem veritas habet. Et in animo etiam esse posse turpitudinem & pulchritudinem docet Galenus lib. 5. de decre. Platon. tom. I. Dicitur & confessio & pulchritudo in conspectu Dei, pro omni opere placito Psal. 95. vers. 6. Vocatur & suauitas pacis, pulchritudo pacis Isaiæ c. 31. d. vers. 8. Et in Ezechiele Ezech. 28. b. vers. 7. Pulchritudo sapientis dicitur & decor, id quod dulce & desiderabile est sapientiæ. Et sic in similibus, siue corporalibus, siue spiritualibus, in quibus pul

pulchritudo sumitur pro desiderabili & bono. Pulchrum etiam in homine constituit. Maximus Tyrius sermo 11. in intelligentia & animo, non in corpore: Sicuti, inquit, qui sapit dum statuam viderit, artem quidem laudat, statuam amat: Sic plantam, videns, eam laudat ob fructus, plantam tamen minime amat: Si anima levitatem laudat, animam non amat. Et breuiter Plato lib. 24. in Gorgia, vel de Rhetorica dicit, quæcunque autem vtilitatem aut voluptatem aut vtrumque adferunt. Sic pulchra corpora, colores, figuras, voces, studia, statuta legum, & huiusmodi. Miscentur hæ pulchritudines sæpe, vt in Sarra, Rebecca, Penelope, Andromache, & aliis in quibus corporis & animi erat pulchritudo & formæ præstantia vt docet late Maximus Tyrius serm. 24. Quæ dicta sunt de pulchro, eadem de mundicie & ornato, dici, saltem quæ de venustate dicta sunt, possunt. Et quia vt scribit Euripides in Phænis. act. 3. ver. 129.

Ὁν γὰρ ὁ μὴ καλὸν, ἔστω καλὸν,

Quod semel non est honestum, nunquam fit honestum.

- 28 Opponimus honesto, ornato, & pulchro turpitudinem, cuius species quatuor ponit Suidas in verbo αἰσχρον, nempe iniuriam, ignauiam, immodestiam, deformitatem. Et hæc etiam

etiam turpitudinem Plato definit esse deformitatem, ex dissonantia eorum quæ natura cognata sunt resultantem, siue in animo, siue in rebus consideres corporalibus. lib. 15. in Sophista vel de Ente. Et Gallenus, lib. 5. de Decret. Plato. tomo. 7. Breuius lib. 24. in Gorgia vel Sophista omne turpe, constare dolore ac malo, i. detrimento, definit. Ut enim voluptate & vtilitate excedente alio pulchrius est aliquid alio quod excedit, sic turpi turpius esse, dolore vel malo excedens: Cicero lib. 3. de Finib. docet turpitudinem esse malam, quod omnibus naturaliter bonis odio sit, contraria itaque bono, quod est desiderabile. *Quis inquit, aut honesta in familia institutus, educatus ingenue, non ipsa turpitudine, etiam si ea ipsum lasura non sit, offenditur: Quis a quo animo videt eum, quem impurè ac flagitiose putet viuere? Quis non odit sordidos, vanos, leues, futiles? Quid autem dici poterit se turpitudinem non ipsam per se fugiendam esse statureremus, quominus homines tenebras & solitudinem nacti, nullo dedecore se abstineant, nisi eos per se fæditate sua, turpitudine ipsa deterreat? innumerabilia dici possunt in hanc sententiam, sed non necesse est. Nihil enim est, de quo minus dubitari possit, quam & honesta per se expetenda, & eodem modo turpia per se esse fugienda. Hastenus Cicero, ibi. & alibi 3. Officio. cum de Gigis a nulo*

nulo loquitur, qui inuisibiles reddebat homines, turpia per se ipsa fugienda & honesta sectanda: illa contra naturam, ista secundum naturam docent. Nam quæ natura accidunt vel fiunt, per se turpia non sunt, sicuti nec quæ vi vel necessitate, ut Plutarchus ait in vita Fab. Maximi: tamen quæ natura imperfecta sunt, interdum deformia videntur ratione imperfectionis, non tamen turpia sunt, considerata essentia. Est enim materię defectus vel abundantia, quæ mala per se non sunt nisi quatenus à forma communis natura proposita aberratur. In reliquis quæ quis vi patitur, mens cum potissimum mali causam præbeat & distinguat, si permanet illibata, mali censuram in agente vi prohibet, quanuis in cogente malè agere malum sit. Sic in turpi lucro, voluntas vnde quaque indifferenter habendi vtile turpe reddit, improbat & furtum & latrocinia, & huiusmodi. Diximus namque turpe esse, quod non conuenit: sic igitur, lucrum turpe ex his dictis erit, quod non conuenit, & per consequens vtile non erit, sed turpe lucrum. Et iurisconsulti turpe iniustum dicunt: opposites turpe honesto ut apud Paulum, in l. 1. & Vlpianum in l. perpetuo l. 6. de conditio. ob tur. vel iniustam cau. lib. 12. §. tit. 3. dicitur adulterium, furtum,

& huiusmodi esse turpia, probra natura, vel alia turpia moribus vel communi æstimatione, vt scribit Vlpianus. in l. probrum l. 42. de verb. & rer. sig. lib. 30. w. tit. 16. Et quia pudicitia maxime honestatē respicit, dixerūt recte etiam lenones meretricesue hanc concūcantes turpes personas, vt apud Paulum in l. Pantonius ait, l. 3. & si à paren- quis fue. manumif. lib. 37. w. tit. 12. latius apud Vlpianum, in l. palam l. 43. de rit. nupt. lib. 23. w. tit. 2. vbi & videbis dictam turpif- simam vitam earum quæ questuariam artē exercent ex prostitutione pudoris & corpo- ris. Neque ei ignoscendum, qui obtentu paupertatis, tam infamem & improbam vi- tam elegerit. Plectuntque huiusmodi ho- mines, & lenones & meretrices, leges, tit. de lenonib. in Authent. Et lucra turpia etiam à possessoribus leges extorquent, vt 30 puniant mala in eo, in quo peccatum est, similiter in hæredes eorum qui ea lucra turpiter ab alijs expilarunt. prodita est eius rei gratia actio apud Vlpianum in l. in hæ- redem, l. 5. de calumiat. lib. 3. w. tit. 6. cum si- mil. iurib. ibi cita. à glo. nam & meretur penam quis, quod malè egerit: malè au- tem egisse conuincitur, eo quòd iniuste pe- cunias accipit, ideò turpis videtur. animus namque corruptus pecunia, corruptus à iu- sto.

sto. Porro corruptus pecunia turpitudini obnoxius dicitur & infamis, veluti, per fordes 'corruptus, vt apud Vlpianum. in l. fed & si. l. 9. §. sunt & alij, de recep. arbi. lib. 4. w. tit. 8. Est autem turpis vtilitas, omnium scelerum parens, vt scribit 3. Of-
 ficio. Cicero, eamque ponit inter species il-
 liberalitatis, quæ vitium est, & per conse-
 quens malum. Aristot. lib. de virtutib. ar-
 cetur & populus ideo Christianus ab illo
 turpi lucro, per Apostolos D. Paulus 1. Ti-
 mothe. 3. b. ad Tit. 1. b. ver. & à D. Petro 1.
 Petri. 5. g. Regulam porro constituunt Phi-
 losophi apud Ciceronem, quæ turpia sunt
 factu, & turpia esse dictu. Et vt ait Euripi-
 des in Troadib. act. 2. vers. 147. *στυαὶ ἀμείων
 τ' ἄσχητα. melius flere turpia.* Vt non possim
 excusare turpitudinem poëtarum, quorum
 pagina lasciuia, mollis, & effœminata: quan-
 tumuis mihi inculcare velint vitam esse ho-
 nestam. quis enim id cedit nisi stolidus?
 arbor enim fructus edit pro suæ substantiæ
 qualitate, nec lingua loquitur alia, quam
 quæ prius mens agitauerit. Et eò maximè
 magisque puniendi si sapiant, quòd aquam
 puram bibentes & vita casti, pudicos ani-
 mos scienter prudenterque corrumpant:
corrumpunt enim bonos mores colloquia praua.

De Libertate CAP. XVIII.

Bonum esse libertatem probatur à fini-
 tione eius, quæ Iurisconsultis est, natu-
 ralis facultas eius quod cuique facere libet,
 nisi vi aut iure prohibetur, ex traditione
 Florentini, in l. libertas. l. 4. de sta. homi. lib.
 l. w. tit. 5. ex qua translatus §. & libertas qui-
 dem, de iur. perso. lib. 1. Instit. iur. ciuil. tit. 7.
 ubi duo illa, *naturalis facultas, & nisi iure pro-*
hibeatur, ostendunt bonam esse libertatem,
 quia secundum naturam, & secundum iu-
 stitiam & æquitatem posita est. Dicebat la-
 tius conuictus affectus Tiberius Cæsar, *In*
ciuitate libera mentem linguasq; liberas esse debe-
re. vt scribit Suetonius in Tyberio c. 28. Sed
 subtilius Cicero explicans illud paradoxum,
ὅτι μόνον ὁ σοφὸς ἐλεύθερος, καὶ πάντες οἱ μωροὶ
δούλοι. postquam definiuit libertatem, esse
 potestatem viuendi vt velis, ostendit eam
 tantum inesse bonis, & tandiu nobiscum
 esse, quandiu vitij non seruimus: tūc enim
 pollet libertas atque iudicium: vt contrā,
 vitij voluntas impeditur, & potestas viuen-
 di vt velis. Tuetur & probat etiam hanc li-
 bertatem Philo Iudæus. lib. quod omnis
 probus sit liber. Et hæc est vera libertas,
 quam certè quisquam vix assequitur, vt ita
 verum forsan sit, quod in communi versa-

tur prouerbio; Nullum hominem esse liberum, quia nullus est qui non pecunia, aut presentibus seruiat, ut scribit Aristoteles, lib. 2. Rhetor. ad Theod. c. 21. & Claudianus, D. 4. Honorij consulatu vers.

*Si metuis, si praua cupis, si ducris ira,
Seruitij patiére iugum, tollerabis iniquas
Interius leges, Tunc omnia iura tenebis*

Cum poteris rex esse tui. Expresit Iepidè Euripides, in Ione actu 3. vers. 130.

*Εν γὰρ τῆ τοῖς δόλοισι ἀσχιώνων φήρα
Τόσομα, τὰ δὲ ἄλλα πᾶντα τῆ ἰλοῦθιρων
οὐδὲν κακίον δόλοῦ ὅστις ἐαδὸς ἔσθι.* id est,

Vnum solum nomen infames facit seruos.

*Ceteris enim rebus nihilo deterior liberis seruitus
est, quicumq; bonus & integer.*

Et Pythagoras

οὐδέ τις ἐλοῦθιρον ἰκοντῆ μὲν κρατῶν,

Nullus liber, qui sibi non imperat, Quod & Plato, dialo. 1. de legib. Boni omnes, inquit, sunt

qui sibi imperare possunt: qui non possunt, mali.

Vera etiam ita illa Epicuri sententia, seruiendum esse philosophiæ, ut vera libertas contingat, ut refert Seneca. Epistol. lib. 1.

epist. 8. Hinc tam grauis illa seruitus seruus putatur corporum, quod facere sæpissimè adigantur vel inducantur mala, quæ ipsi

facienda non esse, norunt. Et quanuis voluntate probè sentientes, liberi sint, tamen

quia

quia exequi bonum nequeunt, quod volūt infælicius torquentur, sicuti & miserè per-eunt, qui abutentes licentia libertatis, nulli vel æquo vel regi aut legi, vel Deo parere volunt. Moderata certè & bona liberta-que seruitus est, quæ Deo exhibetur, immoderata verò quæ hominibus. Deus itaq; hominibus temperatis lex est, intemperatis verò, voluptas. Seruitus enim aut libertas si modum excedant, mala habet: sin autem moderata seruent, bonum, vt scribit Plato. episto. 8. ad Dionis propinq. Sed obseruandum, Dei, seruitutem verè libertatem esse, vt & cultum Dei verum & supremam obedientiam, vt etiam seruitus, principum propriè dicitur obedientia, non seruitus illa, quæ contra naturam visa est, sed subiectio naturalis, qua comparatum est vt superioribus subijciantur inferiores sempiterna & vniuersali lege naturæ, & præstantiorib. vt scribit Diony. Halicarn. lib. i. histo. Roma. cum sit pro eximio beneficio Dei, esse qui pro nobis vigilent, vt nos gratitudinem illorum adiuuantes, operam illis & manus obediendo iungamus. Ita in corpore membra inferiora, naturaliter obediunt capiti, animalia senioribus & præstantibus, armèta pastoribus. Sic apud Isocratem Orat. 3. ad Nicoclen Rex admonet subditos.

Meam securitatem, vestram esse libertatem existimate. Rebus namq; meis feliciter constitutis, & vestrae consimili modo bene habebunt.

Et Claudianus. 3. in Stillicon. laude.

Fallitur egregio, quisquis sub principe credit.

Servitium, nunquam libertas gratior existat quam sub principe.

Et Maximus Tyrius serm. 17. plebem, quia obsequitur conseruari ait, paucorum verò probitatē quæ iubet, eam cōseruare: dicitq; quod ex vtroque progreditur, libertatem appellari. Atque liberæ personæ olim sibi præposuerāt aliquos, qui ab iniuria eos defenderēt, qui ideo dicti sunt defensores Iustinia. in §. 1. de defensor. ciuitat. in auten. collat. 3. tit. 2. Alia autem hæc seruitus est ab ea, de qua definitio datur, vt sit constitutio iurisdictionum, qua contra naturam hoc est, contra iudicium naturale, quis dominio alieno subijcitur, id est, obtemperare alterius imperio vel tyrannidi, etiam in malis sæpissimè, cogitur. Et ita intelligendus Florentinus. in d. l. libertas, §. seruitus, de stat. homi. in ¶. & Iustinia. §. seruitus est, de Iur. perso. lib. 1. Institut. Iur. ciuil. tit. 3. Nec malum maius esse potest quàm quod velis bonum, exequi non posse. Sed breuius doceamus, bonum libertatem esse argumentis

mentis quibusdam, vt in cæteris via addi-
scentibus aperiatur.

1 Boni proprium est, sese multiplicare,
mali autem priuatio, vt docuimus: at liber-
tas bonum agit, seruitus priuat, vt proxime
docuimus. ergo &c.

2 Omne desiderabile & iucundum per se,
est bonum, vt docuimus. libertas autem est
desiderabilis & iucunda vt scribit Cicero
C. Asinio Pollioni, lib. 10. Epistola. omnium
autem, epistola. fam. 207. vbi & nihil tristi-
us seruitute esse scribit. Et Plato in Repu-
blica præstantissimum bonum existimari
ait libertatem. lib. 34. dialo. 8. de Repub. vel
de iusto. Atque si authoritates antiquorum
te non mouent ad fidem faciendam, saltem
proponere ante oculos omnium animan-
tum studium huius commune, cum il-
læ omni studio à possessorum manibus,
quamuis oppipare nutriantur, euadere cõ-
tendunt, vt pristinam consequantur liberta-
tem. Et sunt aliquæ aues, plura animantia,
quæ tristitia amissæ libertatis sicurari ne-
queunt, sed fame se enecari permittant po-
tius, quàm in seruitute viuere velint splen-
dide. Eoque argumento vsus Cicero pro le-
ge Agraria aduersus Rullum tribunum
plebis, orat. 16. *Quid, inquit, tam populare
quàm libertas, quam non solum ab hominibus,*

verum etiam à bestijs expeti, atque omnibus rebus anteponi videtis?

- 7 3 honestum omnè, bonum; turpe, malū. docuimus. Porrò honestum est & egregia res libertas: turpis autem seruitus, eo quod qui liber est, ad turpia non cogitur ab aliquo, contra qui alij seruit: vt & mori potius quidam elegerint, quàm seruire, vt docet abundè Philo Iudæus, lib. quod omnis prob. fit liber. & Maxi. Tyrius sermo. 33. nihil seruitute esse ait molestius. Chorusq; apud Euripidem in Hecuba actu 2. ver. 116.

Αἰ δὲ τὸ δούλον ὡς κακὸν πεφύκεν

Τολμῶ δ' ἂ μὴ χρῆ, τῆ βίᾳ νικτωμένην.

Heu quantum malum seruituti contingere

Quam fertur indigna ut vi scilicet subactū.

- 8 4 Quæcunque æstimari prætio non possunt, bonum certi pretij excedunt, vt potest quæ præstantiorem possideant bonis ipsius naturam. At inæstimabilis res est libertas, quod Iurisconsulti probant, qui erubescunt sine ratione loqui, vt Paulus, in l. libertas inæstimabilis, l. 107. de reg. iur. Vlpianus. in l. non est singularis, l. 137. §. infinita eod. de reg. iur. lib. 50. w. tit. 17. Sic nec liber homo æstimationem recipit apud Modestinum. in l. liber homo, l. 103. de verb. oblig. lib. 45. w. tit. 1. Iustinia. in §. sed cum libertas. quib. ex can. manumitt. non lic. lib. 1. Instit. tit. 6.

Et Caius dixit libertatem omnibus rebus
 fauorabiliorem, in l. libertas omnibus,
 l. 165. de reg. iur. vt ideo, si in causa liber-
 tatis dubium exoriatur, semper sententia
 potius ad libertatis fauorem declinare de-
 beat, vt scribit Paulus, in l. inter pares, l. 38.
 de re iudica. lib. 42. w. tit. 2. cum similib. ibi
 not. neque quicquam gratis præstari pos-
 se libertate Paulus respondit. in l. Paulus
 respondit, l. 39. de fideic. lib. lib. 4. w. tit. 5.

5 Priuatio boni male est: boni additio,
 mala, vt docuimus, dum quid sit bonum di-
 ximus. Cæterum, priuatio hæc in seruitu-
 te est, nam nihil potest sibi acquirere seruus
 sed omnia acquirit Domino, nihilque suum
 facit, vt scribit Iustinia. in §. item vobis, per
 quas perso. nob. acqui. lib. 2. Instit. tit. 9. vt
 nec momento apud eum remaneant que ac-
 quiruntur, sed directo in dominum trans-
 ferantur, vt scribit Vlpianus. in l. placet, 78.
 de acqui. hæredit. lib. 29. w. tit. 2. cum simili-
 bus.

6 Vltimura malorum est mors, & per
 consequens ea mala in quatum corpus hoc
 vita priuatur: quanuis bona sit in quantum
 per eam finis laboribus imponitur, & bonis
 fit ad meliorem vitam transitus. Sic enim
 mors non est mala quam bona vita præcef-
 sit, vt scribit Augustinus ad Prosperum.
 quan

quanquam Cicero malum non esse disputet mortem, sed finem miseriarum, quibus tota vita nostra afficitur. lib. 1. Tusculana. Quod tamen improbare videtur Aristoteles, lib. 2. Rhetor. ad Theod. c. 23. qui ex Saphus sententia concludit, malum esse mortem, *si quidem*, inquit, *si bonum esset, deum morerentur*. Et Achilles apud Euripidem in Iphigenia in Aulide, actu 5. ver. 336. ait ὅτι δάκρυος δέουσι κακόν. quod mors ingens malum. Et Electra apud eundem Euripidem. in Oreste, actu 4. vers. 16.

θανόν μὲν ὅτι οἶόν τι μὴ εἶναι κακόν,
πᾶσι γὰρ δίκτυον ἢ φίλη ψυχὴ βροτῶν.

Moriemur, non possum non deplorare mala:

Omnibus enim venit miseranda mortalibus

Et Plato, lib. 29. in Phædro, vel de anima.

Omnes mortem unum ex maximis malis existimare ait, & mortem qui oppetunt maiorum malorum metum subire. Et ego existimo alijs plurimis argumentis, mortem per se consideratam, esse malum, quod peccati malum est, partus & fructus eius. Peccatum enim dum consummatum fuerit, generat mortem. Iacobi 1. Et constat ex Genesi, c. 2. ex prohibitionis transgressione, mortem ortam. Item, quanquam secundum philosophantes mors nihil putetur, quia tamen ex ea fit privatio vitæ & dissolutio,

malum

malum: mors enim omnia soluit. §. deinceps
 de nupt. in authen. collat. 4. tit. 1. Sunt & al-
 lia plura de mortis malo, quæ omitto. Por-
 rō seruitus morti comparatur, vt scribit
 Vlpianus in l. intercidit legatum, 58. de
 condit. & demonst. lib. 35. w. tit. 1. & in l.
 seruitutem, 209. de reg. iur. cum simil. iu-
 rib. ibi citatis. Similis autem, in duobus
 potissimum morti, quia sicut mortuus suā
 voluntatem corporeis vt vult membris,
 exequi nequit. item quia veluti mortuus,
 pro nihilo reputatur, nam quauis homi-
 nes natura æquales sint, tamen quod perti-
 net ad ius ciuile, serui pro nullis habentur,
 vt ait Vlpianus. in l. quod attinet, 33. de reg.
 iur. in w. Est & similis morti seruitus, quia
 vtraque à peccato ortum habet, si quidem
 & in eius vltionem seruitus inducta est, Ge-
 nef. c. 9. cum Cham virilia patris Noachi
 irrisisset. can. sexto die, 35. dist. in. 1. par. De-
 cre. Bonifa. Et quanquam sit contra ius pri-
 mæ naturalis libertatis seruitus, quia na-
 tura omnes homines liberi nascuntur, vt
 scribitur, apud Vlpianum, l. manumissio-
 nes, l. 4. de iusti. & iur. lib. 1. w. tit. 1. cum si-
 milib. ibi nota. non tamen dicimus, nec di-
 cere possumus, nunc seruitutem esse con-
 tra naturam vel ius naturæ: æquum enim
 & secundum naturam est, vt qui abutitur
 re

re aliqua illa priuetur, ne abusus noceat illi
 vel alijs. Sic vsucapiones introductæ pro-
 pter possessarū rerū incuriam & negligentiam
 & abusum, miserorumque segnitiam,
 vt ait Ephesinus apud Alexādrum. in c. vi-
 gilanti, c. 5. de præscrip. lib. 2. Decret. Greg.
 tit. 26. Res enim vt colātur distributæ sunt
 & vt fructum & vtilitatem hominibus ali-
 quā referant, cum hominum gratia creatæ
 sint. Caius l. in pecudum fructu l. 28. de vsu.
 lib. 22. w. tit. 1. & §. in pecudum, de vsufr. a-
 pud Iust. lib. 2. Instit. tit. 4. Quæ autem in-
 cultæ sunt res, inutiles dominorum contē-
 ptu, alijs dominis vt suppleant eorū negli-
 gentiam dari, iustum æquumque omni
 iure est. Vt priuilegium concessum amitte-
 re meretur, qui sibi concessa abutitur pote-
 state vt scribit Innocentius 3. in c. tuarum,
 c. 11. §. verum, de priuileg. lib. 5. Decretal.
 Greg. tit. 23. & cano. priuilegium 12. q. 3. in
 Decret. Bonifa. par. 2. Quod enim fauore a-
 licuius introductum est, non debet in odiū
 retorqueri, vt notant Theod. & Valent. Cæ-
 sares. l. quod fauore, l. 6. de legib. lib. 1. C. tit.
 17. Fauore autem hominum introductum
 erat, vt libertate vterentur singuli, quò fa-
 cilis quisque proximo succurreret: quia
 verò abusi quidam, & ea nocere sibi & alijs
 inuenti sunt, illa iustè fuere priuati veluti

& secundum ius naturæ æquum est, ut vinum quod stomachum roborat, si nocere incipiat, adimatur, & arma quæ ad defensionem optima sunt, pueris & furiosis inhibeantur. Quamobrem & quod iure gentium captiuitates introductæ sint, optimo iure factum est: nam ex rebellionibus prælia, ex prælijs victoria & captiuitates: Et qui nolint liberè præstantioribus parere, quique libertate est ad mala & noxam vsus, in eos quos oportuit venerari & fouere auxilijs, illa priuari merito debet, ne imposteriorum talia audeat. Sic intelligenda lex Hermodogeniani. l. hoc iure, l. 5. de iust. & iur. lib. l. w. tit. 1. Aristoteles quidem etiam duas hac de lib. 1. Polytic. c. 4. re sententias & de seruitute iustè ex bello affert, alijs putantibus illam esse iustam: quod virtutis sit cogere & dominari, alijs iniustam, quia interdum bellum iniustè inceptum est. Cæterum ego non ad hoc despicio, sed ad belli euentum & victoriam, quæ ex Deo est. Christianorum tamè iure, nullum seruum esse volo, sed eius generis cuius erat antiquitus. Omnes enim æquè natura, ut diximus, eiusdem conditionis sunt homines, & rationales, & pariter anime omnium à Deo & Domino nostro IESU CHRISTO, de manu Sathana redemptæ, nec est seruus.

nec

nec liber apud Dominum : ad Galat. c. 3. d. Neque Christus nostræ exemplar vitæ, docuit nos dominari, sed subijci mutuò. Matthæi 10. d. Mar. 10. f. Lucæ. 22. c. Et nos qui Christiani sumus, sequentes Dominum nostrum IESVM, nos ipsos peccatores agnoscetes, omnium debemus misereri, neque quia peccarunt ideò seruituti illos addicere scientes, quòd si peccati nostri moles expenderetur à Deo ita seuerè, nos statim non solum hominibus, sed etiam iniquissimis Dæmonum potestatibus subdendos. Debemus & recordari, quia veritatis nobis lumen infulsit, quantum interfit inter animal brutum, quo ad nutum vtimur, & hominem qui similis nobis est, etiam si seruus sit, & qui particeps etiam futurus est vitæ æternæ, si bonus neque sumus hodie sub lege illa rigida Talionis, sed sub gratia. ad Roma. 6. c. Peruenimus item ad finem seculorum in quo omnia suo nitore restituenda sunt, redemptione & solutione facta captiuitatis emptione & pretio magno, non corruptibilibus, sed pretio sanguinis Domini nostri IESV CHRISTI, vt scribit Paulus. 1. Corinth. 6. D. & c. 7. d. Ideò & seruitus restituenda corporalis suæ pristinæ libertati, qua naturæ iure, omnes homines liberi nascebantur, veluti & liberati gratia Dei & sanguine

fanguine D. nostri IESV CHRISTI, fumus à seruitute Satanæ spirituali erepti. Deleuit enim Christus chirographum, quo illi eramus omnes oberati, sanguine pretio sissimo suo, & affixit memoriam eius quo debitores eramus & seruiebamus ideo Satanæ & elementis corporalibus mundi, arbori crucis, ad Coloss. c. 2. c. vt quia in arbore transgressio & rebellio nostra cœperat & seruitus, ad eandem arborem vitæ testimonium nostræ salutis & libertatis perueniret. Collige autem certius & breuiter ex ¹³ superioribus, libertatem & seruitutem duplicem, esse, nempe vnã animæ seruitutem, in qua est qui vitij obsequitur: vt contra si vitij imperat, hic libertatem: aliã corporis, cum quis in potestate corporaliter domini est vel imperat alij. Ex quibus aliquãdo vna componitur quæ libertas vel seruitus dicitur & corporis & animæ.

De mortis cogitatione.

C. XIX.

Svadent in primis literæ sacræ, bonum esse cogitationem mortis, ex eo quod scriptum fit, nos inde retrahi à mali operatione *Memorare nouissima tua in omnibus, & in æternum non peccabis. Eccles. c. 7. d. vers. 40,* Nouissima verò sunt mors, & quæ mortē

y

sequun

sequuntur. Omnibus enim hominibus, imò
 rebus omnibus ortis, terminus vltimus est,
 mors, vt scribit Iustinianus. §. deinceps, de
 nup. in Authen. coll. 4. tit. 1. & §. hæc quidē,
 vers. & nullus, de hære. & Falc. coll. 1. in Au-
 then. tit. 1. can. in Ecclesiastico, 13. q. 2. in 2.
 part. Decr. Gratia. Terminatur & voluntas
 morte hominis, qui post illam, nullum aliud
 velle habet, vt notat Constantinus Cæsar
 l. 1. de sacris eccles. lib. 1. C. tit. 5. & Vlpianus,
 in in 14. de adim. lega. lib. 34. w. tit. 4. ambu-
 latoriam quidem hoc est durantem & mu-
 tabilem voluntatem, putat hominis, sed vs-
 que ad supremum, hoc est, vltimum vite
 spiritum, vsque ad mortem. Cicero Orat.
 39. quæ pro Milo. est. naturæ finem censuit,
 & non pœnam: optimè quidem, si naturā
 existimat coniunctionem corporis & ani-
 mæ, ad beatam vitam exordium: malè ta-
 men, si intelligat interire omnino naturam
 hominis, cum ille immortalis sit, & sit re-
 surrecturus. Et ita mors hæc in pœnam no-
 bis data peccati, quod forsitan non potuit in-
 telligere Cicero alienus à fide. Audiamus
 & eundem Ciceronem epist. penult. lib. 8.
 Famil. dicentem, mortem omnium esse re-
 rum extremum. Et Horatius lib. 1. Epistol.
 epistol. 16. ad Quintium vers. penult.

Ipsè Deus simul atq; volam, me soluet opinor,

hoc

Hoc sentit, moriar, mors ultima linea verum.

Et Demosthenes Oratio. De corona $\pi\rho\sigma\alpha\epsilon$
 $\gamma\delta$ $\acute{\alpha}\omega\alpha\sigma\iota\nu$ $\alpha\upsilon\delta$ $\rho\rho\acute{\alpha}\nu\omicron\iota\varsigma$ τ $\beta\iota\varsigma$ $\delta\alpha\lambda\alpha$ $\textcircled{\circ}$ $\kappa\alpha\upsilon$ $\iota\omega$
εικίονο τῆς ζωῆς καὶ ἑρφέας τῆς ἡ, id est, *Mors*
quidem hominibus est vita terminus, etiam si quis
inclusum in cauea sese seruet. Et Herodianus,
 lib.2. de Cæsarib. sui temporis. Mortis, in-
 quit, non vna eademque hominibus causa
 est, sed aliæ aliis, cunctæ tamen tendunt ad
 eundem vitæ finem. Aristoteles etiam Eth.
 3.c.6. Mors omnium maximè est terribile,
 est enim vltimum vitæ, & nihil post, homi-
 ni mortuo, aut bonum aut malum esse vi-
 detur. Homini mortuo, id est, corpori, nam
 corpus illud dicitur homo mortuus, nō ani-
 ma quæ potius homo viuēs dicitur, eò quòd
 & corpus mortuum cum comitabatur ani-
 mabat. Et ita Christianus debet intelligere.
 Et quia istius vitæ mortalis, claudit mors
 extremum, ideò & mors pro fine metapho-
 ricè accipitur, vt Aristoteles scribit lib. Me-
 taphys. 3.c.16. Sic dicimus mortem laxi &
 nominibus, & mundo ipsi aduenire, id est,
 finem & extremam periodum. Quia igitur
 mors nobis extremum est, de morte tan-
 quam de fine cogitare optimum est. Et Pla-
 to lib.29. in Phædone vel de anima, veram
 philosophiam esse, mortis contemplatio-
 nem docet, per quam à voluptatibus cor-

poreis, vt pars illa nobilior, animus, inquã,
hominis excolatur, secernimus omnes curas & sollicitudines. Sic Horatius ad Albium Tibullum scribens Epistolar. libr. 1. epist. 4. versic. 12.

*Inter spem curamq;, timores inter & iras,
Omnem crede diem tibi diluxisse supremum.*

Et ad Sextium consulem Ode 4. lib. 1. carm. versic. 13.

Pallida mors aequo pulsat pede, pauperum tabernas

*Regumq;, turres, ô beate Sexti,
Vita summa brevis, spem nos vetat inchoari longam,*

Iam te premet nox, fabulaq;, manes

Et domus exilis Plutonia, quò simul mearis.

Seneca, Beatum hunc ait, qui morti paratus est, etiam lib. 11. Epistol. epist. 77. Cum velles, inquit, veram hominis estimationem inire, & scire qualis sit, nudum inspice, ponat patri-
monium, ponat honores, & alia fortuna mendaciatia; corpus ipsum exuat: animum ipsum intueri qualis quantusue sit, alieno an suo magnus; si eretis oculis gladios micantes videt, & si scit sua nihil interesse, utrum anima per os an per iugulum exeat, beatum voca. Si cum illi denuntiata sunt corporis tormenta & qua casu veniunt, & qua potentiore iniuria: si vincula & exilia & vana humanarum formidines mentium, securus audit

audit & dicit, Non vlla laborum o virgo mi facies inopinãue insurgit, omnia præcepi atq; animo mecum ipse peregi, tu hodie ista denuntias, ego semper denuntiaui mihi, hominem paravi ad humana, præcogitati mali ictus venit. At stultis & fortuna credentibus omnis videtur noua rerum & inopinata facies. &c. Hastenus Seneca Perſius Satyr. 5. vers. 147. optimè dixit si ab illo Porcinum illud demamus: indulge genio, & carpamus dulcia, dum scribit.

Indulge genio, carpamus dulcia, nostrum est

Quod viuus, cinis & manes & fabula fies.

Vive memor lethi, fugit hora, hoc quod loquor inde est.

Sincerius autem expressit Chilo vnus ex septem sapientibus, cuius santetiam hoc carmine refert Aufonius in sententiis septem Sapientum.

Vive memor mortis, vt sis & saluis.

Epicurus etiam scribens Meniceo vt scribit Diogenes Laërtius libr. 10. de vitis Philoso. in eius vita. benè viuendi & benè moriendi, eandem esse meditationem scribit. Et Herodotus in Euterpe, siue lib. 2. meminit antiquæ, sed præclaræ consuetudinis Ægyptiorum scilicet quod apud locupletes eorum cum multi conuenissent, & à cœna discederetur, circumferret aliquis in loculo mortuum e ligno factum, sed pictura &

opere verum maximè imitantem, longitudine cubitali omninò aut bicubitali, ostendensq; singulis conuiuiarum dñcere, in hñc intuens: Pota & oblectare, talis post mortem futurus. Illufisse eo visus Martialis lib. 2. Epigramm. epig. 59. de cœnatione Micæ.

Frangethoros, pete vina, rosas cape, tingere Nardo

Ipse iubet mortis te meminisse Deus.

Prodeat in mediũ mellefluus. B. Bernar. Eccles. c. II. c. vers. 8. Summa, inquit, philosophia est meditatio mortis assidua. Et Salomon Eccles. c. II. c. vers. 8. *Si annis multis vixeris homo, & in omnibus latus fueris, meminisse debet tenebrosi temporis, & dierum multorum, qui cum venerint, vanitatis arguent prætèrita.*

- 3 Ratio porrò cur hoc faciendum sit, atq; cur meditari mortem conueniat, illa potissimũ est, vt bene viuas. Nam bene viuere nescit, qui bene moriendum quomodo sit non nouit: qui autem illud nouit, ad modulum & formulam vitam instituit, vt scribit Seneca lib. 1. de tranquillit. vitæ. Serò namque cum quis est moriturus, vitam ante actam aut difficulter emendare satagit: quanquam id & improbis serè commune sit, vt sub mortis tempus, quòd non benè vixerint, agitentur & torqueantur. Et ita Zaleucus legislator Locrentium, vir eximius si verum do-

gma

gma calluisset, testatur, πᾶσι, inquit, ἰαπί-
 π/ει μὴ ἀμύλαια ποῖς μάλλισσι τιλοῦτᾶν, μεμνη-
 πόλοισ ὧν ἠδικήκασι, κ' ὄρμη ἔ βόλιδα πάντα
 πτωρῶχθε δικάως αὐτοῖς, id est, *Mortuorum om-*
niium iniuriarum quas commiserint, memores
pœnitentia inuadit, & vehemens cupiditas, quæ
vellent exactam sibi vitam omnem fuisse iustam.
 Vita autem talis vt sit & optima cura for-
 manda est, aliter non contingit, nec suauis
 vlla sequitur viuendi mora, sed turbationi-
 bus & infinitis vanissimis occupationibus
 dissipata: si quidem, vt Socrates dicebat,
 apud Xenophontem libr. 4. de eius dictis in
 fine cum mortem ex accusatione Meliti
 non sibi esse acerbam diceret, sed melius de
 hac vita migrare, Optime eos viuere depu-
 to qui quàm maximè curant, vt quàm opti-
 mi reddantur: suauissimè autem qui ma-
 ximè sentiant sese fieri meliores. Porro hoc
 non fit commodiùs, quàm mortis conside-
 ratione: Quod vel ex eo apparet, quia cum
 morti vicini simus, facti nos pœnitet mali,
 quia memoria mortis nos urget, & inde ve-
 rum doceatur, vt si mortis memoria cum
 eo quod pœnitendum est, animo in hæsisset,
 non fuisse commissum. Sic scribit Xiphyl-
 nus ex Dione Cæsio, Neronem, alioquin
 seuerissimum & sanguinarium principem,
 hostemque ex professo vitæ humanæ, non

antè resipuisse, quàm mortem sibi accedere vidit. Tunc tamen, sed sera pœnitentia cœpisse pœnitere, eorū quæ antè fecerat, paricidij & crudelitatis, tanquam posset & infecta facere. Prostant & vulgò quotidiana exempla eorum qui ad supplicium mortis ducuntur vltimum, vincti, qui si mortis eius, tum cū delicta cōmiserunt, fuissent inmemores, nunquam delicta perpetrassent. Videmus & morientium in lectulis quanquam pretiosis stragulis, ornatorum miseros & flebiles luctus, angustias, & factorū furias. Nec aliud nobis familiarius esse potest, quàm domesticum & quotidianum exemplum, cuius quemque hic versiculus præmouere videtur.

Fac ea qua moriens facta fuisse velis

- 4 Sub mortem namque anima, quia futura sibi imminet bona vel mala prospicit, vel gaudet de bonis, vel trepidat, & pallet ex malis ante actis. Et vt ait Q. Septim. Tertullianus lib. de Anima *Cum vi mortis anima exprimitur de concretione carnis, & ipsa expressione colatur, certè de oppanso corporis erumpit in apertum ad meram, & puram, & suam lucem: statim semetipsa in expeditione substantia recognoscit, & in diuinitatem ipsa libertate respiscit, vt de somno emergens ab imaginibus ad veritatem. Tunc & enuntiat qua vidit, tunc exultat,*

aut trepidat, prout consequuturam diuersorij sui
sentit regionem: de ipsius statim angeli sui facie
euocatoris animarum. Atque D. Dyonisius
Cartusianns lib. de 4. nouissimis multis pro-
bat rationibus, ingentia bona oriri ex mor-
tis meditatione. Inter cetera, nos de qua-
tuor loquemur obiter nostra methodo. Pri-
mum quòd mors timeatur, mors enim per
se non est timenda, sed timenda ne nos su-
bita & insperata hora illa inuoluamur, ma-
culis & sordibus pleni, & ita incendio inex-
tinguibili cum spiritibus immundis depu-
tetur. Vbicunque enim ceciderit lignum,
ad Austrum, siue ad Aquilonem, in quocun-
que loco ceciderit, ibi erit, vt ait Salomon,
Eccles. c. 11. a. vers. 3. & iterum Eccles. ca. 9. c.
vers. 11. *Nescit homo finem suum, sed sicut pisces
capiuntur hamo & sicuti aues laqueo comprehen-
duntur, sic capiuntur homines in tempore malo,
cum eis extemplo superuenerit, & vt scribit Oui-
dius epist. ad Liuiam vers. 289.*

Vita data est utenda, data est sine favore nobis

Mutua, nec certa persoluienda die.

Et Horatius lib. 2. carm. ode. 13. vers. 9. mor-
tis insperatum aduentum grauiter descri-
bit, nec satis à nobis posse caueri.

*Quid quisq; vitet, numquam homini satis
Cautum est in horas, Nauita Bosphorum
Pennis perhorrescit, ne ultra*

*Ceca timet aliunde fata,
Atiles Sagittas, & celerem fugam
Parthi: Cathenas Parthius & Italum
Robur: sed impronisa leti
Vis rapuit, rapietq; genteis.*

Et cum definitum certumue sit hominibus omnibus moriendū esse Suasoria sexta libr. 1. suasoriarum oratio. D. Paulus ad Hebreos 9. g. & omnes experientia norunt, omnium versari vnam, quodque citius aut ocys sedem properamus ad vnam: illud tamen quando mori contingat, nobis incertissimum est, vt etiam scribit Vlpianus in l. i. de conditio. & demonst. lib. 35. w. tit. 1. vnde quidam antiquorum, pedes finxerunt mortem habere laneos, quod nunquam venire deprehendatur. Et Hesiodus in Theogonia veri. 760. mortem & somnium nunquam in lucem prodire scribit, & in tenebris & occulto vt filios noctis latere.

*Νύξ δ' ἄρα, νιφίτη κενάων μὲν κ' ἐκροσίδει
Ἐνθα ἔνυπτος παῖδες ἱριμῆς οἰκί' ἔχουσιν,
Ἰπνὸς ἢ δ' αὖτ' ἰδ' αὖτ' ἰδ' αὖτ' ἰδ' αὖτ' ἰδ' αὖτ'
ἠίδι & φάιδων ἐπιδερκίται ἀπτείνασιν
Ὀὐρανὸν εἰσαυτῶν, ἔδ' ἔρ' ἀνὸθ' ἑν καταβαίνω.
id est,*

*Nox noxia, nube cæta atra,
Vbi autem noctis filij obscura domos habent,
Somnus & mors grauis, putati dij neq; vno
quam*

quam eos

Sol lucidus intuetur radijs

Cælum scandens, nec è cælo descendens.

Et rursam in lib. qui Opera & dies vers. 100.
mala nobis & noxia tacitè & improuisè ob-
uenire sic scribit.

Ἀλλὰ ἢ μυρία λυγρὰ καὶ ἀσθρόπες ἀλάληται.

Πλείη μὲν γὰρ γαῖα κακῶν, πλείη ἢ θάλασσα,

Ἡῶσι δ' ἀσθρόποισιν ἐφ' ἡμέρη ἢ ἄ' ἐπὶ νυκτί,

Αὐτόματοι φειδῶσι, πανὰ θνητοῖσι φέρουσι

Σιγῇ, ἰσὼς φωνῶν ἰφείλιτο μιν ἵτα ζῶντες, id est,

Alia verò innumera mala inter homines errant,

Nam plena quidem terra est malis, plenum &

mare

At orbi autem hominibus tam interdum, quàm

noctis,

Aberrant ultronei, mala mortalibus ferentes

Tacite: nam vocem exemit consultor Iupiter.

Quantobrem, ut ait Basiliius Magnus, Serm.

de non adhær. reb. seculi. Oportet nos quosidie

ad migrandum ex hac vita paratos esse, & nutū

domini fixis oculis expectare. Ideo Dominus

noster IESVS CHRISTVS postquam

Discipulos docuit, de cura quam adhibere

debebāt, ut benè mori possent, & de renun-

ciatione præsentium Lucæ 12. e. vers. 35. Sicut

inquit, lumbi vestri præcincti, & lucerna arden-

tes in manibus vestris, ut est, semper bonis o-

peribus abundantes, mortem expectantes:

sic

Sic enim qui ituri aliquò erát, lumbos præcingebant apud Iudæos, vt hodie apud Agarenos. Quod ipse Dominus explicat statim dicens Matth. 24. d. vers. 24. *Et vos similes expectantibus dominum suum, quando reuertatur à nuptijs, vt cum venerit & pulsauerit, confestim aperiant ei. Beati serui illi, quos cum venerit Dominus inuenerit vigilantes. Amen dico vobis, quod pracinget se, & faciet illos discumbere & transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati sunt serui illi, hoc autem scitote quod si sciret paterfam. qua hora fur venturus esset, vigilaret utiq;, & non sineret perfodi domum suam. Et vos estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet. Quod scribitur etiam alibi in Apocalyp. 15. iterum Apocaly. 16. c. vers. 15. Ecce, inquit, Dominus venit sicut fur, beatus qui vigilat & custodit vestimenta sua et nudus ambulet, & videant turpitudinem eius. Docuit & alia parabola Matth. 12. de decem virginibus, quarum quinque erant prudentes, & quinque fatuæ, omnes expectantes sponsum, ad quas media nocte venit sponsus & ingressus, cum quinque fatuæ nõ haberent tunc oleum bonorum operum, nec præcogitassent de eo præparando, ad id tempus vt emerent egressæ, ianuam inuenerunt clausam redeuntes, & postea id concludit*

cludit c. versic. 13. *Vigilate itaq; , quia nescitis diem neq; horam.*

2 Hincq; sequitur bonum aliud ex mortis cogitatione, nempe cautio, vt dum suspecta ⁷ omnia habeamus, nulli fallaci bono fidamus. Sic, beatus homo, qui semper est pauidus, vt scribit Salomon Prouer. c. 28. b. vers. 24. *Qui verò mentis est dura, corruet in malum.* Et D. Paulus ad Philippen. 2. b. vers. 12. *Fratres charissimi, cum metu & tremore, vestram operamini salutem.* Sic in comminatione & tremore mortis, bonum sequitur, delicti arrectio, vt Achab in mortis comminatione facta per Eliam, pœnitentiam egit, ieiunauit, & sese coram Deo humiliavit. 3. Regum 21. Et Niniitæ audientes à Iona, Iona. 3. Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertenda, pœnitentiam veniam impetrarunt. Latius hæc Dionys. Carthus. libr. 1. de quatuor nouissim. c. 8. Concluditur tamen ex eo, quod scribitur Prouerb. c. 4. b. vers. 16. *Sapiens timet & declinat à malo, stultus transilit.* Sed dices quot timet mortem considerans? timet inquam duo, ne Deum malè agendo offendant, dehinc ne offendendo meritò pœnis æternis adiudicetur, & vitam æternam amittat. Timor mortis, impedit, ne quis talia committat, quæ moriendo vellet non commisisse, quæue si mortis tempore in moriente reperiantur

periantur, æterna vita & Dei fruitione priuant. Timor itaque Dei hic ex morte nascitur, qui protinus expellit peccatum, illuminat corda, dirigit vias, & alia præclara operatur, quæ scribuntur in Ecclesiastico c.1. & 2. Ecclesiast. Hic timor Dei bonus est, bonumq; amori proximum, vt dum quis offendere aliquem veretur, quia eum diligit, & se ab illius amicitia ob offensam excludi timet. Atque bonitas Dei hic potissima causa timoris boni, qui vsque adeo viuua operatione in nobis agit, vt non nostri gratia tantum, sed potius amicitia & bonitatis violatae consideratio, nos ab iisdem delictis deterreat committendis & commissis
 8 vberimè detestari faciat. Alius autem timor est, cum quis timet, sui causa, vt si quis mortem timet, & peccata, ne ea mortis tempore occurrant, non ob dilectionem Dei vel ex mandatorum eius reuerentia, sed ob æternas & impudentes morientibus in delictis pœnas: nempe dum timet ignem æternum prænuntiatum, Matth. 25. frigorem nimium, & stridorem dentium Matth. 18. cum ex calore nimio ad frigus nimium damnati transibunt Iob 14. Sempiternum horrorem, sempiternam mortis umbram, & æternam confusionem Iob 10. Verentur ibi stagnum sulphuris foetidi accensi, foetorem inde

indeficientem, societatem Dæmonum crudelissimorum, perpetuum & Tantalicum, Danaum, Ixionis, Promethei cruciatum, Eumenidum, Gorgonum, Cerberorum, furiarum, blasphemiarum, monstrorum cumulum, tortorum infatigabiles labores, desperationem quietis. Sic ait Horatius.

Oderunt peccare boni, virtutis amore.

Oderunt peccare mali, formidine pœnae.

Et ita utrique fiunt boni exhortatione premiorum, & metu pœnarum, ut scribit Vlpianus in l. i. §. nam & eleganter de iust. & iur, lib. i. tit. i. Proponunt ideo & præmia sacre literæ & oracula diuina bonis, pœnas immensas malis. Quæ cum homines iudicantur à Deo citra appellationem tribuuntur, & post mortem executioni mandanda sunt. Nam post mortem iudicium cuiusque particulare, ut ait D. Paulus ad Hebr. 9. g. 27. postea pœna. Quod velim ita colligas 9 ex ordine iudiciorum. Nam qui ut reus criminis fit, carcere custoditur, è carcere dehinc ante tribunal iudicis deducitur, si in carcere purgatus non fuerit à crimine, pœna debita damnatur, & tortoribus traditur & carnificibus. Sic anima tanquam in quodam carcere & ergastulo mundi, compedibus & numellis corporis constricta, reseruat examinanda, & purganda. Dum autem

tem soluitur à corpore ex mundo hoc visibili, veluti statim à listoribus vel ab Angelis rapitur: & ante tribunal magni iusti iudicis sistitur, quæ si benè egerit societati bonorum adiudicatur: sin pessimè, tortoribus crucianda deditur, vel in perpetuum dum nulla spes salutis relinquitur, vel ad tempus, donec pro misericordii iudicio Dei, reliquias peccati abluerit. Ex quo particulari iudicio magnum illud & horribile sequetur, dum resurrectione corporum facta, quisque & in corpore sententiam iam de se pronuntiatam, executioni mandari sentiet: & omnes iustum Dei iudicium aperte cognoscent. Congruit enim ordini, esse duplex iudicium, particulare cuiusque & commune omnium simul: nam & ex vno homine prius creato, Deus nos omnes produci iussit & in vno homine Adamo, sententia mortis data, in vno secūdo Adamo Christo, sententia vitæ & gloriæ. Omnes homines vnum corpus mysticum faciunt: habent tamen diuersa officia diuersi, vt membra diuersas operationes in vno corpore: oportet igitur, vt decens est ordini, prout membra separatim decidunt, vt seorsum iudicentur: dehinc vt cum homines omnes simul erunt, & dum corpus vnum suis partibus integrum, adstabit tribunali Dei, com

munem omnibus sententiam audiat. Eritq;
 tantum duplex generalis tunc conceptio
 verborum sententia iudicis, secundum duo-
 rum hominum generales priores senten-
 tias: nam in Adamo fuimus condemnati,
 in CHRISTO IESU viuificati. Harum
 vna, Ite maledicti, id est, iam iudicati, in
 ignem æternum, quod præparatum est dia-
 bolo, qui primus diliquit, & angelis, id est,
 ministris & sequacibus eius, quorum ex nu-
 mero vos estis. Alia bonorum, Venite be-
 nedicti patris mei, possidete paratum vobis
 regnum à constitutione mundi. Et ibunt
 illi in supplicium æternum, isti in vitam æ-
 ternam, quod fiet cum malorum exprebra-
 tione, & bonorum factorum expressione
 Matt. 25. vt cognoscat omnis caro, diuisionẽ
 & abscisionem malorum, sanctissima ra-
 tione fieri, veluti membrorum putridorum
 & inutilium. Hæc Christiani planè norunt, IO
 vel nosse eos oportet, saltem ex Paganorum
 & Gentilium literis, quæ & locum, bono-
 rumq; præmium benè anteaactæ vitæ po-
 fuerunt: & locum perniciosorum hominum,
 suppliciorum lernam, in hominum perni-
 ciosorum pœnam, vt scribit Plato lib. 29.
 in Phæd. vel de anima. Et latius lib. 24. in
 Gorgia, vel de Rhetor. vbi & iudicandas iri
 q; dicit incorrupto animas asserit in biuio,
 z vbi

vbi geminæ viæ, quarum vna tendit ad tar-
 tarum, alia ad insulas beatorum. Et in id
 iudicium venturas omnes cum affectioni-
 bus & vitiis, & actibus aliisq; quæ in vita
 gesserunt: in quibus nihil sani reperietur,
 eas mittendas in tartarum, alias vero qui-
 bus cicatrices purgabiles ineunt, purgan-
 das, antequam in beatorum consortium
 admittantur cum his qui bene vixerunt. Ex-
 tat & apud eundem lib. 31. dialog. 10. de Re-
 pub. vel de iusto, Eri Armenij genere Pan-
 phili admirabilis narratio, è mortuis vt ipse
 vult suscitati, qui narrauit animam suam
 separatâ à corpore vnâ cum pluribus quen-
 dam in locum dæmonum peruenisse in quo
 terræ proximos duos vidisset hiatus: duos
 irem alios è conspectu supernè in cæli re-
 gione: inter hos verò hiatus iudices seden-
 tes, qui postquam animas iudicassent, iustos
 quidem ad dextram supra per cælum ascen-
 dere iuberent, in aduersa ipsorum parte si-
 gna eorum quæ iudicauerint suspendentes:
 iniustos contra ad sinistram infra, omnium
 quæ fecerant in vita, post tergum signa fe-
 rentes. Insuper animas malas mala multa
 pati, & sordidas in terram demersas: vt gau-
 dia plura, & nitidas cælestes. Quibus plura
 addit, quæ quia fabulæ instar sunt, quod ve-
 ram non nouisset Plato de Dei mysterijs
 sententiam.

sententiam, prætermitto, vt cauenda Christiano, ratione metēpsychoſis & metaſarcōſis, & circulationis animarum, quæ omnia à veritate aliena ſunt, & à Chriſtiana certitudine alieniſſima. Plutarchus etiam vir grauis, & illuſtris (qui nunquam anibia, vel perrarò ſcribit) lib. de ſera numi. vind. narrat ſumma cum diligentia, Solei cuiuſdam viri, (quem diuinum vocat) magnam & tremendam, & omni fere ex parte Chriſtiano dogmati hiftoriam congruentem, ſi nomina fabuloſa idololatriæ tollas. Soleus ille dictus Theſpeſius, id eſt, diuinus cum ab alto ſuper collum decidiffet, & mortuus caſu, poſt triduum reuiſſe dicitur. Retulit autem inter cætera, quæ rogo legant omnia apud Plutarchum optimi à corpore liberatum, in locum antea inuifum perueniſſe, ibique animas alias lætas, fulgidas, diuerſo tamen gradu luminis, conſpexiſſe: alias maculis conſperſas diuerſis, triftes, gementes, in aëre pendentes, in medio Adraſtiam neceſſitatis ac Iouis filiam vindicem accerrimam, ſummam conſtitutam loco, quam nemo flagitiolus neque magnus neque paruus, vi aut clam effugere poſſet. De hinc quia tres erant cuſtodia, ideò tres eſſe expiationes, & alios alijs affici tormentis. Quosdam conſeſtim ac dum in corpore

*purgatori
um
purgatio
in vita
eſſent*

*purgat.
post mor-
tem
infernus*

*pana in-
ferni*

essent pœnas dare, quiq̄ue corpore pœnam darent eorum mansuetum esse supplicium, mansueto quodam dæmonē multa purgatione digna, remittente. At quorum maiora essent delicta, sceleraq̄ue maiorem ex peterent disciplinam, illos dæmonem post obitum tradere vindictæ dicebat : at qui penitus immedicabiles essent, ac vndique sceleribus obruti, hos tertiam atque immittissimam Adraстіæ ministram Erynnim ad pœnam rapere, & inter errantes, hac il- lacque fugientes animas transcurrere, omnesque tandem deprehensas sæuè ac miserabiliter, in aternas, inauditas, nec visas demergere ac præcipitare dicebat tenebras. Purgationes porrò singulas & grauitates pœnarum, Plutarchus persequitur & finē fieri, dum animæ à maculis nitidæ redduntur. Referebat & Soleus, animas in tartarū missas, seipsas implexas ob malorum quæ commiserāt memoriā mutuo deuorare. Dehinc in illo vltimarum & irremediabilium pœnarum loco, esse tres æquales lacus, vnum auro feruentem ebullientemq̄, alium ex plumbo frigidissimum, tertium ex ferro asperriuum. Iuxtaq̄ue dæmones nonnullos tanquam fabros, instrumentis astare ferreis, quibuscum animas corripientes partimq̄ue deuorantes eas, quæ lū-

cro insatiabiles fuerant, & ob avaritiam
 scelestè egerant, primo in aureum precipi-
 tare lacum aiebat, vbi igni succensas ac flā-
 mis relucentes, in plumbeum immergere
 ibique extinctas velut grandinem indura-
 tas, rursus in ferream transferre paludem,
 vbi cum admodum nigrae ac terribiles red-
 ditae essent, ob asperitatemque exsiccatæ ac
 contractæ penitus formam immutassent,
 dennò in aureum proijcere lacum, asser-
 bat. Refert alias crudelissimas pœnas, lani-
 actiones, transfixiones clauorum, suspen-
 siones, excarnificationes, immanitates,
 quæ crinem non dico faciem, lectione hor-
 rere & attollere præ timore cogere possūt.
 Quæ certè congruūt ex parte cum visioni-
 bus habitis à Christianis per reuelationem, 12.
 de pœnis inferorum. Et qualiter quidam
 vir nomine Reparatus vidit & retulit, quæ-
 tū scribit Gregorius lib. 4. Dialogorum, Et
 Rondalus miles Hyberniæ, & monachus
 Anglicanus, & Sanctus Patritius, quorū nar-
 rationes hac de re scribit Dionys. Carthuf.
 lib. de colloquio Iudicij animæ, artic. 20. 21.
 22. 23. 24. quæ incredulis videntur fabulæ,
 quanuis nitantur concordantia sacrae scri-
 pturæ: quos tamen ego si illis non credant,
 relegabo saltem ad Paganos & Gentiles,
 qui de his quaedam nouerunt, vt ad Plutar-
 chum

33 chum in d. lib. de Ser. numi. vind. Qui & beatorum quietera omnibus delicijs abundātem describit. ex eiusdem Solei reuiuiscētis narratione. Qualia & Virgilius 6. Æneidon & eadem ferē pluribus versibus scribit tam de beatorum loco, quem Elysiū vocat campum, quā de inferorum pœnis, incipiens ibi,

Hic locus est partes ubi se via findit in ambas :

*Dextera, qua Ditis magni sub mania tendit,
Hac iter Elysiū nobis : At leua malorum
Exercet pœnas, & ad impia tartara mittit.*

Et Paulò post

*Recipit Æneas subito, & sub rupe sinistra
Mœnia lata videt triplici circumdata muro,
Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis*

*Tartareus Phlegeton, torquetq; sonantia saxa
Porta aduersa ingens, solidòq; adamante illumine*

*Vis ut nulla virum, non ipsi exscindere ferro
Oelicolo valeant. • stat ferrea turris ad auras
Tisiphonòq; sedens palla succintha crisenta
Vestibulum insonnis seruat noctesq; diesq;
Hinc exaudiri gemitus, & scia sonare
Verberatum fridor ferri tractaq; cathena. Et
quæ sequuntur.*

Et postea de beatorum bonis

His demum exaltis, perfecto manere diuæ,
 Denenere locos latos, & amena viuenta,
 Fortunatorum nemorum sedesq; beatas.
 Largior hic campis, æther & lumine vestit
 Purpureos solemq; suum sua sidera norunt. &
 cætera

De his etiam insulis meminit Hesiodus, in
 lib. qui Opera & dies vers. 168. loquens de
 semideis & heroibus beneuolentibus, mor-
 teque eorum,

Καὶ τοὶ μὲν καί σιν ἀκπῆλα τομὴν ἔχοντες
 Ἐν μακάρων νόσοισι, παρ' ἀκίανον βαθυδίνην,
 Ὀλβιοὶ ἕρως, τοῖσι μινιδία κερπήν
 Τρις ἔτας βάλλοντα φέρει ζείδωρον & ἀεργά.

id est,

Et hi quidem habitant, securam animum ha-
 bentes

In beatorum insulis, iuxta Oceanum profun-
 dum,

Fœlices heroes, his dulcem fructum,
 Ter quot annis profert facunda tellus.

Et Aristophanes in Nebulis docet, gentem
 etiam inferorum cuius vitæ fuerit, dum in-
 troducit Æacum sic loquentem,

Ὅτι δὲ κατ' ἠλδοσὸν δουρῶιδος
 Τοῖς ἀποδύτῳ καὶ τοῖς βαλκαστιατέμοις
 Καὶ τ' οἷσι πατρακρίασσι, καὶ τοῖς χαρῦχοις
 Ὁ πῖρ' ἔτιν ἔδωκ' ἄλλοις, id est,

Quando autem descendit Euripides, ostendebatur

spoliatoribus, erumenarum incisioribus, parricidis,
& muri fossoribus, quæ est in inferno multitudo.
 Sunt & huiusmodi antiquorum plura, quæ
 prætereo, ut ad tertium meditationis mor-
 14 tis bonum perueniam. Tertium igitur mor-
 tis meditationis bonū dicitur, agnitio sui,
 de qua alibi loquuti sumus. Nam ex quo
 quis fragilem hominis & mortalem nouit
 naturam, non tantum sibi vsurpat dignita-
 tis, quantum si se non cogitans, immorta-
 lem quodammodo putaret. Pulchritudo,
 imperium, dominatio, diuitiæ, deliciae, vin-
 dictæ, homines multum extollunt & in su-
 perbiam traducunt incautos, sed confide-
 rantes quòd hæc transeunt, quod ipsa tan-
 dem relinquimus, & pro his affligēdi simus
 non solum hæc non demulcent, verum e-
 ziam contristant potius: *Homo enim cum in-*
terierit non sumet Psal. 48. d. vers. 18. & Iob.
 27. d. *omnia, nec descendet cum eo gloria eius.* Vti
 mur vel potius abutimur rebus forsan 10.
 30. 40. 50. 100. annis, sed quantum hoc
 comparatione æternitatis futuræ, etiam si
 per sex millia annorum viueremus. *Quæ*
est vita vestra inquit D. Iacobus. Epist. c.
 4. E. vers. 14. *vapor & ad modicū apparens, de-*
inceps, namque exterminabitur. Et David,
 Psal. 36. a. ver. 2. *Fenum quod velociter arefcit, &*
homo sicut fenum dies eius, & tanquam flos agri
decidens.

decidens. Iacob. 1. b. vers. 10. & 11. & psal. 102. c. vers. 14. Et Iesaiæ 40. b. 6. Eccles. 14. E. ver. 18. *Vidi impium*, inquit idem Dauid, Psal. 36. d. vers. 37. *super exaltatum & eleuatum, supra cedros Libani. Et transiui & ecce non erat: & quæ sui, & ecce non est inuentus locus eius. Custodi innocentiam & vide equitatem, quoniam sunt reliquiæ homini pacifico.* & Iob, c. 14. a. *Natus homo de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miserijs, qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut umbra, & nunquam in eodem statu permanet.* Docet Adrastus in Supplicibus apud Euripidem, Act. 4. vers. 112. quantum profuit vitam breuem nostram contemplari, dum ait.

— Ω θαλαίπυροι βροτοί,

Τικτᾶσθε λόγχαις, κῆκατ' ἀλλήλων φόβου

Τίθεισθε, παύσασθε. ἀλλὰ λήξωσθε πόρων,

Ἄσκη φιλάσθε, ἡσυχοί μὴ ἡσύχων.

Σμικρὸν τὸ χρῆμα τῷ βίῃ: τὸτον δὲ χρεῖν

Ὡς ῥᾶστα κῆ μὴ σὺν πόνοις διεκπεραῦν. id est,

O miseri mortales, quid paratis arma, & mutuas cedes committitis? Quiescite & repudiantes labores, ciuitates conseruare. Nā usus vitæ aliquod paruum est, illud autem oportet non cum anxietate, sed facîle pertransire. Homo certè facîle, nobilitate qua super omnia animalia pollet forma & dominatione, intumescere potest: sed dum moriendum esse considerat, etiam

facile concidit, & se humilem iugo Dei offert. In eo enim se cum omnibus parem videt, imò & si voluptuosius vixerit, scetidiorem se futurum dignoscit. Scribit Herodotus Halicarnasseus in Polym. siue li. 7. Xerxi regi Persarum incessisse cupidinem numerosum suum exercitum, quem contra Græcos pararat, videndi, dum in Abydo existeret. Atque, cum post illius umbratile certamen spectatum intueretur Helespontum nauibus obductum, omnia littora, atque Abydenorum plana hominibus referta ibi se beatum esse iactasse, & postea lachrymas fudisse. Quod animaduertens Artabanus eius patruus, his verbis interrogauit. *Quam diuersa Rex inter se nunc facit, qui te beatum dixerat, nunc lacrimas fundit.* Cui ille, *Reputanti mihi,* inquit, *quam breuius est vitæ terminis humana, subit horum miseratio, quorum cum tot sint, nemo ad centesimum annum supererit.*

15 Diuus Chrysostronus. homilia 35. in Math. c. 10. ex mortis cōsideratione & corporum resolutione, magnas nobis utilitates insinuat, inter cæteras, ita factum à Deo optimo Max. dixit, primū ne homines scetore & vermibus scaturientibus pleni, sibi vel alijs diuinum Dei vindicarent honorem: secundo vt cognoscamus resolutione, corpora nostra terrea esse, quod aliter alias multi suspicaren

suspiciarentur tertio quia nisi ita esset, corpora hominum magis diligerentur, & rudiores homines essent, cum etiam nunc quanquam videant fetida, tamen animæ ob horum dilectionem, non possint arceri. 4. ut homines hoc corruptibile considerantes futuræ vitæ statum maiori studio persequantur: quinto quia aliter virtus animæ non consideraretur, nisi experientia nos doceret, animam quia corpore iungitur, vitæ ministram, & ea abeunte tãquam præcipua & auriga, corpus considerare. Dehinc ut discamus non ita muliebriter formas diligendas, quæ tam facile pereunt: omitto reliqua. Demum, & ut cognoscamus, obleruemusque quod Socrates, Antiphanes, Bion, & alij dixerunt.

ὁ θνητὸς ἂν βίηται, θνητὰ καὶ φρονεῖ.

Si mortalis es vir optime, mortalia sapito.

Quæ si ita sedulo obseruassent Ethnici, ac dixerunt, non se Deos dixissent, non eõtra Deum tam insulsa ac nephanda commisissent vel scripissent, non tot bellis genus humanum hominibus viduassent, non tot mundos Alexander requisuisset, non Crasso sacra argenti fames caput auro, ut ait Paterculus, saturatum ademisset, non tot furta, non tot latrocinia, lites, iurgia, & reliqua malorum cohors præscripisset ge-

16 nus humanum. Sed dices, mortis quidem
 perpulchra hæc philosophia, bona simul &
 utilis: sed forsan non omnibus data facultas
 tam amplè sapiendi. imò certè, omnibus
 etiam inuitis se offert. Conspice mundum
 cœlumque ipsum tu qui microcosmos par-
 uusque mundus es, quotidie continuis mo-
 tibus intereuntem, volat citu rapidissimo
 sol & dies cum illo, nox etiam cæcis venit,
 stellæ transeunt, venti euanescunt. Si con-
 templeris annos, æstas venit, hæc autum-
 no interimitur, ea, rursus hic hyeme pel-
 litur, & hyems adueniente vere interit. Si
 ad terram defixos habeas oculos, vt cœle-
 stia intueri non possis, vide arbores, domos
 saxa, aquas, omnia labentia, intereuntiaq̃.
 Hæc te non possunt fugere, quin, passim
 tibi obuiant: irascaris quanuis, velis nolis
 te seniozem admonent, tua ipsius membra
 quæ prius iuniora, nunc senescentia vides.
 Sed nonne alios quàm te nouisti vnquam,
 qui decesserunt? non audis de alijs loqui,
 qui fuerunt? non consideras quales fuerunt
 & quales nunc habentur? non vides in cæ-
 miterijs effossam quotidie recentem hu-
 mum? non te prospicis in speculo, non no-
 scis cauos, non vides rugas, non sentis vi-
 res debiles à prioribus? Hæc certè omnia
 te arguunt senem, & detractum à die quo na-
 tus

tus es tot horas, dies, & annos, quibus te
 vixisse existimas, & tantò te proximiorẽ
 morti, quantò itineris vitæ perfecisti. Sed
 dices quorsum hæc, quid tandem? Quid?
 inquam, vt quod breue tempus sit vitæ, il-
 lud ipsum non vanis pœnitendisque super-
 fluis, curiosis, malis, sed bonis & vtilibus
 impendas, sciãsq; nihil tibi charius tem-
 pore. Ne cum mors aduenerit, cum abeu-
 di tempus erit, & fructus & vsura actæ vitæ
 reddenda, bonis operibus vacuus appareas,
 occasionis bene agendi prodigus, & inutilis
 gastrimargos, & sterilis arbor. Immortali-
 tatem quidem consequi nemo potest mor-
 talis homo, veruntamen re ipsa, quodam-
 modo vita honesta, honesta que morte no-
 bis præparantur, vt dixit Gentilis Octauia-
 nus Cæsar in senatu, volens deponere im-
 perium apud Dionẽ lib. 38. histor. Vltimum
 autem bonum est, vt dum didicerimus bo-
 na agere, mala vitare, ne metu mortis vn-
 cis imparati rapiamur, mortem ipsam non
 timeamus, qua in re magna probo viro cõ-
 solatio. Nam vt ait Salomon Sapien. c. 4. b.
 vers. 7. *Iustus si præoccupatus morte fuerit, in
 refrigerio erit. Senectus enim venerabilis est, non
 diuturna nec annorum numero computata: Cani
 enim sunt sensus hominis, & etas senectutis vita
 immaculata.* Et Cicero, in Paradox. *Mors ter-
 ribilis*

vibilis est ijs, quorum cum vita omnia extinguuntur, non quorum laus emori non potest. Ideo, vt idem ait lib.1. Tusculana. non deturret sapientem mors, qua propter incertos casus quotidie imminet, & propter breuitatem vite nunquam longi potest abesse. Et Seneca, lib.6. natural. quaestio. mortis contemptum, securos reddere & intrepidus demonstrat. Qui enim timet vel ob metum mortis naturalis timet, vel ob crimina quæ commisit, ne ob ea post mortem merito puniatur. Cæterum qui mortem mediatus est, vtrumque contemnere didicit, mortem inquam naturalem, quia quotidie iam moritur, cum corporis vinculis se ligatum agnouit, & impeditum ne ad felicem vitam transeat: vitia autem deuittauit, & vltionem ideò non meretur. Sic D. Paulus, *Mibi vivere c. 1. ad Philipp. d. vers. 21. & 23. Christus est, & mori lucram, desiderium habens dissolui, & esse cum Christo.* Et ipse quotidie se mori aiebat, pro fratru gloria. 1. Corinth. c. 15. d. vers. 31. Et certe quia moriendum semel est, quia tota vita nostra mors est, donec periodus mortis quæ mors vulgò dicitur, cum tamen sit extremum inortis, aduenerit: cur nos, & potissimum hi qui Deo amici sunt, mori recufent & liberari à tot rerum varietatibus. Cum vita hæc nihil aliud sit, quam nauiga-

tio, qua ad portum salutis properamus. Cur
 quælo diutius volumus in fluctuum & tē-
 pestatum procellis perichitari? Nonne eli-
 git mercator omnis, potissimum qui fœli-
 citer merces summo cum lucro secum de-
 fert, viam potius tutam & compendiarium,
 qua citius domum redeat, quàm inter la-
 tronum densissimas sylvas, inter pyratas
 maris, expositas merces cum suæ vitæ pe-
 riculo videre. Nos certè merces magnas
 deferimus, animam & eius, si bene a nobis
 negotiatum, bona opera. Quot bone Deus
 insidiantur isti corpusculo, & animæ nego-
 tiantibus in hac navigatione pyrata; quot
 latrones, hostes, quot dæmones, quot sco-
 puli, rerum seculi quot flatus atroces, su-
 perbiæ & concupiscentiæ: vt naufragium
 nol is perpetuò verendum sit. Non igitur
 qui sapiet mortem timebit, qui tanta defert
 sed eam dum Deus decreuerit, vt ad portū
 ductus, iucundè ac beneuolè accipiet, saluis
 mercibus domum salutans æternam, vnde
 beatus Paulus 2. ad Corinth. 4. b. 7. *Habemus*
inquit, thesaurum istum, in vasis fictilibus, vt
sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis &c.
 Et Genrilis ille Cicero, lib. 2. Tusculan.
 quaestio. *Qui mortis, inquit, non timet gradū*
magnum se sibi presidium ad vitam beatam com-
parauit, quia inquam tranquillus est animus. Et
 rursum

rursum, in Catone maiore *Hoc meditatum in adolescentia debet esse, mortem ut negligamus sine qua meditatione tranquillo animo quis esse non potest.* Nam & mortem omnibus horis impendentem timens, non potest esse tranquillo animo. & qui timent, trepidi certe sunt & præsentis vitæ modico forsan momento contenti non verentur improba comitere, vitam æternam contēnentes, quod constanti animo sapientes renuunt, & eligunt potius honestè mori, quam turpiter viuere, ut docet Plato lib. 28. in apolog. Socratis. Et ita constanti animo Andromache dicebat, apud Euripidem. Actu 3. vers. 71.

17

Τῆ ζῆν ἢ λυπερῶς, κρείσσον ἔστι καθανάν.

Αλγῆ γὰρ ὀδίν τ' κακῶν ἠδὲ μελί.

Ὅδ' ὀδυνησας εἰς τὸ δυστυχῆς πρὸν

Ψυχὴν ἄλαται τ' πάροιδ' ὀπραξίας,

Κείνη δ' ὁμοίως ὡς περ ἐκιδῶσα φῶς

Τέθνηκε, καὶ δὲν οἶδε τ' αὐτῆς κακῶν. id est.

At mors est potior vita, quæ plena est ærumnis,

Nulla quippe defunctus malorum sensu doli.

Sed qui è rebus florentibus in calamitates incidit,

Animo iactatur prioris fortune memoria.

Illæ verò tanquam non intuitæ lucem ætheram

Expiravit, nouit, suorum malorum.

NOTA

Me
chu
ne
vid
lis
mu
bor
rur
θαν
ἀλλ
quæ
teru
& P
Sic
loru
mor
nar
fera
deu
34.d
De
N
præ
ideò
ac si
guo.

Mortis bona plura commemorat Plutar- 18
 chus ex varijs antiquorum scriptis, oratio-
 ne consolatoria ad Apollonium: quæ quisq;
 videre ibi poterit, & eam, quia à multis ma-
 lis nos liberat, vitæ præstare probat. Et cõ-
 munis quidem mors tandem omnibus &
 bonis & malis, sed benè mori, tantum bono-
 rum est. Sic enim scribit Æschines. *Ἐπιπο- 19*
θανεῖν ὁμοίως ἐπικινηθῆμεν πᾶσι, ἢ τὸ βραδύως,
ἀλλὰ τὸ ἰμφανῶς ἀποθανεῖν μακάρων. Mori a-
què omnibus determinatum inevitabiliter est. Ce-
terùm non tardè sed gloriose mori beatum. Quod
 & Probat Seneca, lib. II. Epistola. epist. 83.
 Sic bonis quidem, mori benè, gloria, & ma-
 lorum huius seculi finis. Malorum autem
 mors, quæ ideò etiam ab his timetur, pœ-
 narum sempiternarum initium, & finis ni-
 ferarium temporalium vt scribit Philo Iu-
 dæus, lib. de præmijs ac pœnis & Plato. lib.
 34. dialogo 9. de Legibus.

De Nobilitatis bono. CAP. XX.

Nobilitatem dicimus esse generis, vel
 alterius cuiuslibet rei excellentiam, I
 præstantiam vel dignitatem. Dictamque
 ideò quidam putant, quasi noscibilitatem,
 ac si dicas, aliquid eximium, ex quo quid di-
 gnosci possit. Græci id dicunt *γνώριμον,*

Latini insigne. Quamobrem & plerique etiam antiqui, precipue Lilius & Cicero, & nobilem cladem, & nobile facinus & scelus dixerunt pro insigni & famoso cognouitue passim. Sed hæc non verè nobilia dicuntur, de quibus hîc. Nam hîc tantum de excellenti & bona simul, loquimur. Et ideo forsan licebit nobis aliam notationem nominis comminisci, vt dicamus nobile, quasi non vile, mutata litera v in literam, b. Atque tutius censeo dicendum semper nobilitatem esse bonam, & omne nobile bonum in eo in quo nobile: sicut locus clade nobilis, locus dicitur nobilis, non quod clade bona sit, sed quia ex clade fama loco accessit, & loci antea latentis sit ex ea cognitio. Fama enim per se bonum, quia speciem perpetuitatis & immortalitatis & vitæ adfert. Vnde & fuit qui hanc tantum aestimauit, vt qui bono celebre suum nomen facere non posset, incedio templi Dianæ immortalitatem iaceret. Extat & in Genesi c. 11. exemplum de edificantibus superbè turrim, quam ad cælum vsque lateribus coctilibus tollere decreuerant, vt nomen suum aternitati consecrarent. Inscridentes nomen suum lateribus vt certius monumenta extarent, vt scribit Philo alius quàm Iudeus. lib. antiquit. biblica. Quæ tamen vt in æmulationem

nem Dei aedificata, ita Dei iussu imperfecta remansit, confusis linguarum idiomatibus vnde Babel dicta. Et vt Iosephus lib. 1. Antiquit. c. 9. ait fuit in terram per angelos Dei deiecta. Neque quia fama celebris mala refert, mala est, sed quia malo annexa, mala, sicut vas inauratum quod per se bonum, infectum veneno malum quidem est, sed in quantum vas & pulchrum, bonum, vt docuimus. Et daemones angeli quidem & propria essentia boni: quia verò peccarunt, mali: idem dicendum de hominibus & reliquis etiam rebus, quibus malum annexum est, quod omnino non priuat essentiam nobilitatis: & praestantia si inueniatur etiam ibi aut cognitio, erant bona. Sicuti & cognitio mali, mala non est, sed bona, vt inde malum vitemus & caueamus. Igitur in quantum quid nobile, bonum est. Sed cum res sunt corporales vel spirituales creatae, & vnus increatus Deus, sint & rerum nouem gradus: sic nobilitatis erunt praestantiores gradus quidam alij. Alieque animae & virtutis, alia corporis nobilitas, alia creatarum rerum, alia Dei, quae cuncta fouet & omnibus sua bonitate sese communicat. Aristoteles Nobile, inquit, est animal, quod ex bono prodit genere: Generosum autem quod non degenerat à natura lib. 1. de histo.

- 3 animal.c.1.& 2.Rhetor.ad Theod.c.15.Por-
 rò hîc de præstantia & rerum essentia age-
 re, non videtur proprius locus, sed tantum
 de *δύναμι*, quæ bonam propaginis noscibi-
 litatem, & insignem scriptis laudem de-
 monstrat: quæ quia non solo corpore para-
 tur: hoc enim esset bona essentia, bonæ
 constitutio, vel pulchritudo, vel huiusmo-
 di, sed sola animi præstantia; ideò placet,
 nobilitatem definire esse virtutis continua-
 tæ vel acquisitæ in aliqua familia laudem,
 vel prioris virtutis signa.ideo dicuntur *δύ-
 ναμι* quasi non tantum noti, sed bene su-
 per omnes noti. Et ita nemo nobilitatem
 bonum esse dubitavit, quod in gratiam ru-
 diorum sic probo. Omnis virtus, bonum
 est, vt docebitur, cum de virtute ageretur:
 Atqui vera nobilitas, ex virtute & in virtu-
 te. ergo &c. Docet Plato, lib.20.in Cha-
 rund, vel de temperant. in virtute solum
 esse nobilitatem. Et Seneca, lib.3. de mene-
 ficijs.*eadem omnibus, inquit, principia, eademq;
 origo, nemo altero nobilior, nisi cui rectius in-
 genium & artibus bonis aptius. Qui imagines in
 atrio exponunt, & nomina familia sua longo or-
 dine, ac multis stemmatum illigata flexuris in
 prima parte adium collocant, noti magis quam
 nobiles sunt, vnus omnium parens mundus est,
 siue per splendidos, siue per sordidos gradus, ad
 hunc*

hunc prima cuiusq; origo perducitur. Sed melius idem alibi, Epistola. lib. 5. epist. 44. esse generosum & nobilem virum à natura ad virtutes bene compositum, & talem fieri, cuique patere. Et omnibus lumen prestò ad id esse philosophiæ, nec stemnata id facere docet: primum, quia inquit, si ad stemnatum originem reuoces, omnes à Deo sunt. Et si eques vel alterius ordinis, ad hunc gradum illa perduxit industria: secundo quia nullius supra memoriam origo iacet, alij tacentur antea existentes. Dehinc quod à primo ortu mundi, nos ad hunc vsque gradum detulit ex splendidis sordidisque alternata series, postea nemo in nostram gloriam vixit, nec quod ante nos fuit, nostrum est. Quod & Plutarchus lib. de libe. educan. scribit, *Pulchra inquit, quidem est nobilitas, sed maiorum nostrorum illud bonum existit.* Aristoteles etiam lib. 2. Rhetor. ad Theod. c. 15. nobilitatem definit, quandam maiorum claritatem esse, quò fit vt posteri, qui quanuis sint ex illa nobilitate orti, tamen generosi non sint (quia generosum non recidit à natura quod non contingit vt plurimum nobilibus qui humiles & abiecti sunt) ambitioniores, inquit, reddantur. Et apud Platonem li. 5. in Alci. 1. siue de natu. homi. Socrates interrogat, *utrum consentaneum est,*

inquit, meliores esse naturas nobili in genere, quàm ignobili? Alci. respondet, manifestum est, quod in nobili Et rursus Socr. Nonne malè nati si bene etiam educantur, ita demùm ad virtutem perueniunt? Alci. respondet necesse est. Orestes etiam apud Euripidem in Electra act. 2. vers. 167. id admonet,

Οὐ μὴ φρονήσιβ' οἱ κενῶν δοξασμάτων

πλήρεις πλανήαδι. τῦ δ' ὀμιθία βροτῶς

κεῖνατι, ἢ τοῖς ἡδέειν τὸς ἀβγυῖα, id est,

An non sapientie, qui vanis opinionibus pleni erratis? quin potius ex consuetudine iudicabitis, & ex moribus nobiles. Probat & id Iuuenalis, Satyr. 8.

Stemmata quid faciunt? & c. Persius Satyr. 3. Ovidius Epist. ad Pisonem, Boetius lib. 3. Metrob. & alij Falluntur certè & errant, qui putant omnes ex nobilibus natos, esse nobiles, quæ ex aliis & ignotæ profapæ homines, ignobiles iudicant, iactantque illud Horatij, Ode 4. lib. 4. carm.

Fortes creantur fortibus & bonis:

Est in iuuenis, est in equis patrum

Virtus, Nec imbellem feroces

Progenerant Aquilæ Columbam.

Et quod ait Pyndarus 8. hymno Pythiorum

— φυνᾶ τὸ γενναῖον

Ἐπιπρωσὶα πατέρων πα-

σιν ἄμα. id est,

Quod est generosum natura, adiacet ex patri-

bus,

bus, liberis fiducia.

Nam, id quidem verum est, si intelligamus de Dei providentia, qua quæq; species vel vnum quodque genus rerum, sibi simile generat, & producit. Quin & accidere vt qui pulchro sunt corpore, quæque sanguine puriore, corpora magis temperata gignunt & pulchra. Cæterum cum & hæc in ignobilibus etiam inueniantur & obscuris hominibus, non est cur hæc ad nobilitatem transferamus solam. Quod si quis vltcrius velit ratiocinari ex prudente & sapiente patre, nasci sapientem & virtute plenum. Negabo audacter: nam virtus cum ex habitu sit (ut docebimus in virtutibus, Deo fauente) non nascitur, sed fit. Neque putandum est, propagatione animas dari sicuti corpus à parente: parens namque in anima creatione nihil operatur, sed solus Deus. Dein contemplantur cum Geleno in Isagogi. orat. suorum. ad artes nobilitatem & splendorem generis, similem esse vsui numismatis ciuitatum, quæ cum apud ipsas ciuitates probata sint, cuius sunt, & plurimum valeant, apud alias tamen gentes, adulterina habentur, & nihil penduntur. Et ideò qui volet esse nobilis, quæque nobiles relinquere liberos decreuerit, debet institutionem morum & virtutum assuefactionem, generi coniungere,

quod exemplo Lycurgus apud Plutarchum lib. de liber. educ. docuit, qui geminos ex eadem parente educauit haud similibus moribus catulos, alterum enim helluonem luxuriæ solutum, alterum indagine sagacem. Cum enim res conseruetur iisdem modis, quibus paratur: virtus, quæ ignotum extollit, notam familiam conseruare debet: quin & nobilitas illa, si maiorum tantum effert nomen, satis per se docet, nullam esse præsentium, vt se ea extollere nõ debeant, nisi & suam faciant, quia inclusio vnus relatiui maiorum, excludit per se inferiores. Et Plato lib. 30. in Menexeno vel Epitaph. dum dixisset gloriam parentum, maximum magnificumq; esse filiis thesaurum, scribit, non superatam gloriam à superstitionibus posteris, dedecus mortuis adferre: sin autem gloriam superarent, afferre fœlicitatem. Admonentq; , inquit, maiores mortui superstites, ne gloria illorũ abutantur, scientes nihil turpius posse accidere quàm se ipsum honorandum, non propriam ob virtutem, sed propter gloriam superiorũ præbere, sicuti diuitiæ splendorem afferunt nullum eas cum ignauia possidenti. Non enim sibi hic, sed alij possidet paratq;. Et annotarunt antiqui quàm verissimè, tantum esse nobilitate maiorum vitia descendenti

rium tutari, quin & vitia illorum magis
 conspicua & improba, comparatione nobi-
 litatis, euadant. Non enim tam citò anno-
 tantur vitia eorum qui mediocri profapia
 orti, latent, quàm eorum, qui ob illustre
 donum altius exerunt conspicui caput. Di-
 xit & Iustinianus, vitia successorum nocere
 nobilitati generis in §. 1. de incest. nupt.
 in Authent. collat. 2. titul. 6. & rursus l. 1. de
 Senatuscon. Claud. lib. 7. C. tit. 2. 4. vitia sobo-
 lis, esse dedecus fulgori cognationis pessimum.
 Secundo, Probatur omnem nobilitatem
 esse bonam. Omne honorabile & fauorabile,
 bonum est, probatum id ante: At huiusmodi
 est nobilitas omnis. De nobilitate quidem
 rerum constat, quia omnis essentia bona,
 & quantò magis conspicua & insignis,
 eo melior. De nobilitate autem virtutis
 & animi item constat, quia virtus honore
 digna est. De nobilitate successio-
 nis generis, docetur. Quia quanuis succes-
 sores nò sint paris virtutis, imò vitiosi sint,
 tamen propter gratitudinem quam debemus
 superioribus, quòd virtute præditi fuerint,
 debemus posteris gratiam, quia vel
 Rempub. iuuarunt aui, vel saltem quòd bono
 exemplo fuerunt sui temporis hominibus,
 qui postea liberos probè instituerunt,
 quiq; gratiam rependere tenentur. Nam

docuimus ingrato, nos naturaliter teneri ad antidora. Neque gratitudo facile patitur maiorum profapiae laudem de Republ. benemeritam vnus successoris ob turpitudinem obscurari vel ledrimò in eiusmodi degenerantem mitius parentum contemplatione & nobilitatis amore, non delinquentis, sed prædecessorum causa animaduertitur, vt apud Honorium 111. Pontificem in c. fin. de peen. lib. 5. Decret. tit. 37. cano. qui contra ecclesie pacem, caus. 24. q. 1. in 2. part. decret. Grat. cum simili. ibi nota. à glol. iurib. Sic Cicero agens pro L. Flacco Orat. 24. in fine concludit, *Miseremini familie iudices, miseremini fortissimi patris, miseremini filij: nomen clarissimum & fortissimum vel generis vel vetustatis vel hominis causa Reip. seruate.* Quamquam grauius peccent, qui exemplis familiaribus admoniti, in ea qua indigna nobilitate sunt, lapsi sunt. Quia vt poeta ait Iuuenalis Satyr. 8.

Omne animi vitium, tanto conspectius in se

Crimen habet, quanto maior qui peccat, habent.

Et rectè vt quod sentio proferam, existimarem fenerius hos puniendos, quò magis ingrati & Deo & hominibus sunt: Deo quia virtutis proposita exempla, veluti ad manus existentia, coatempserunt: hominibus, quia honore ob maiorum virtutes delato abusi sunt

sunt, vt dicam cum Marcello, l. 14. de pœn. lib. 48. w. tit. 19. quædam delicta pagano aut nullam, aut leuiorem pœnam irrogare, militi verò grauiorem. Nam si miles artem ludicram fecerit (miles inquam quorum ex numero nostratum tantum, veluti ex sanguinis fusione trahitur nobilitas) vel in seruitutem se venire passus est, capite puniendum Menander scripsit. Multò magis enim pœna digni sunt, quibus plurimum honoris delatum est, vt ait Theodosius in l. p. presbiteri, l. 8. de episcop. & cler. lib. 1. C. tit. 16. Et indigni certè sunt nobiles dici, qui ex vitis nobilitatem obscurant & deturpant. Reatus enim omnem dignitatem excludit, vt sanctè scribit Constantinus in l. 1. vbi Senato. vel cler. lib. 3. C. tit. 24. Excludens ita rationem fauoris, includit autem, vt etiam acerbius puniatur. Quod in delictis grauius intelligi volo in quibus obtentu dignitatis, militiæ excusatio nulla potest dari, quin malè gestum cunctis appareat, in leuibus verò puto leuius agendum. Fauorabiles etiam nobiles in multis aliis. Item & honorabiles apud omnes, vt scribit Aristot. Polytic. 3. c. 8. Verumtamen plus suspicio concupitiæ dominationis Spurio Cassio nocuit, quam tres magnifici consulatus, ac duo speciosissimi triumphus profuerunt. Nec Tyberius

Tyberio & Caio Gracchis summa nobilitas profuit, quando conati sunt statum ciuitatis conuellere, supremusque humanæ conditionis honos & filii Gracchi & nepotibus Africani defuit vt scribit Valer. Maxim. lib. 6. c. 3. & alij. Addere licet nobilitatem ex meritis nasci quia meritum nobilissimos faciat. vt dixere Cæsares Valens & Valentinianus l. prouidendum est, l. 7. de postul. lib. 2. C. Et hæc est vera cuiusque & propria nobilitas, & vt ait Aufonius,

Pulchrius multo parari quam creari nobilem.

Et malo (vt ait Iuuenal. Satyr. 8.) patet tibi sit Tersites, dummodo tu sis

Aacida similis, vulcaniæq; arma capeffas:

Quam te Tersite similem producat Achilles.

Et vt ait Ouidius de Ponto.

Probitas magnos, ingeniūq; facit.

Porro quod meritum habet, bonum est: si-
cuti quod demeretur, malum. Ergo nobi-
litas bonum est.

De pacis bono.

CAP. XXI.

PAcem esse bonum, à fine docet Plato, lib. 34. de legib. vel de legislatore. Quod, inquit, sicuti studia bellica, per se optabilia non sunt, sed propter pacem & tranquillitatem, ita pax debet exoptari & amari, ad

exped

exp
eni
sed
etur
in ca
Chr
per
que
Rel
Gra
bella
Cha
Dei
pax
bonu
est, v
decr
vitæ
possi
place
Mat
num
ribus
Item
tudini
scrib
Et, D
Sic a
cem a

expeditū liberumq; veritatis cultum. Non enim pax quæritur vt bellum exerceatur, sed bellum geritur, vt pax acquiratur vt dictum in epist. D. Augustini ad Bonifacium, in can. noli existimare, 23. q. 1. vnde & apud Christianos, etiam bella ob eam rationem permilla sunt, vt idem D. Augustinus ait, loquens de diuersis Ecclesiæ obseruationibus Relatum in can. apud 23. q. 1. in 2. part. decr. Grat. & Cicero 1. Officior. *Suscipienda sunt bella, vt in pace sine iniuria viuamus.* Secundo, Charitas Dei & proximi, bonum & donum Dei: At charitas est quæ pacem dat, imò & pax charitas & dilectio proximi: igitur pax bonum. Vtrunque probatur in can. charitas est, vt mihi videtur, de pœni. dist. 2. in 2. part. decr. ex Beati Prosperi lib. de contemplat. vitæ. Tertio, Quæ Deo accepta sunt, non possunt esse non bona. Pax & pacifici Deo placent, quin & filij Dei vocantur, & beati. Matth. 5. vers. 9. a. Donum etiam Dei, ob bonum, docet Psalmus, 118. *Pax multa diligentibus legem tuam. Deus, fiat pax in virtute tua.* Item Psalm. 121. *Delectabuntur electi in multitudine pacis* Psal. 36. Et de iniquis & malis, scribitur, *Viam pacis non cognouerunt.* Psal. 13. Et, *Dominus benedicet populo suo in pace.* Psal. 28. Sic apud Ieremiam c. 16. de malis, *Abstuli pacem a populo isto,* Et donum & pax est electis
Dei

Dei &c. Sapient. 3. Et scriptum in cantico Angelorum, *Sit gloria in excelsis, & in terra pax*, sed quibus, *hominibus bona voluntati*. Quarto, Bonabovis sunt amica: At iustitia quam bonam diximus, pacem diligit & osculatur Psal. 84. Et Pyndarus Pythiorum ode 8. Strophe 1.

Φιλόφρον ἰσυχία, δίκαις

Ω μὲν ἰσότητι

Θύγατρι, βελαντιλὴ πολέμου

Ἐχοισα κλειδάς

Ἐπιρνήτας. id est,

O blanda mente tranquillitas, iustitia filia, que magnas vires reddis, consiliorum & bellorum habens claves supremas. Vnde, quia iustitiam matrem pacis & amicam, & malorum ultroque abhorrent delinquentes, neque etiam illi pax est impiis ait Dominus Iesaiæ c. 48. d. vers. 22. & D. Iacobus, epistol. c. 3. d. vers. 11. Fructus iustitiæ in pace seminatur faciensque pacem. Quinto, Quodeunque desiderabile, bonum: At omnibus pax desiderabilis. Etenim, inquit Cicero, in orat. 15. qui habuit contra Rullum. Si circumspiciamus omnia qua populo grata sunt, atque invidenda, nota tam populo quam pacem, quam concordiam, quæ orium reperiemus. Et rursum Philippic. 13. Dulce est nomen pacis, res vero ipsa tum invidenda, tum salutaris. Et nullus est qui non amet pacem,

pos

potissimum ex bonis quinque non potius desideret quietem, quam impiam sanguinis effusionem. Sexto, Quod utile omnibus est, bonum est: At utilis omnibus pax, quin & Cicero li. 7. Epistol. ad Attic. epist. omnium illorum 130. *Pacem inquit, hortari non desino, quæ vel iniusta utilior est, quam iustissimum bellum in civibus.* Concordia parvæ res crescunt, discordia maximæ dilabuntur, ut dicebat Micipsa rex Numidiæ apud Salustium in historia belli Jugurth. Et Hæcrotas ait, Oratio 13. de pace *οτι δεδωκεν τος παραιωντας αιτιαν τει ερηνης, δεδωκεν πρωτοι κανονι παδομυ: δε δε η τος πεδιος τει πεδιου αι αιρε μελες, πολλαδεις ηδη, η η μεγαλεις συμφοραις περιεπιβοιου,* quod propter eos qui pacem amplectendam hortati sunt, nunquam quicquam damni accepimus, ac propter eos qui fecerunt bellum, in plerisque, easque non parvas calamitates incidimus. Nam ut scribit Cicero Pro lege Manilia, Non solum adventus belli, sed metus ipse affert calamitatem. Cum enim hostium copiarum non longe absunt, etiam si irruptio facta nulla sit, tamen pecora relinquuntur, agricultura deferitur, mercatorum navigatio quiescit. Latè hæc Lucan. lib. 2. incipiens ibi,

Nobilitas cum plebe peris, latusq; vagatur.

Ensis, & à nullo revocatum est pectore ferrum.

&c. Ratioque ex Lucano lib. 10.

nulla

*Nulla fides pietasq; viris qui castra sequuntur:
Venalesq; manus ibi fas, ubi maxima merces.*
Est enim bellum quoddam graue Dei flagellum, ob mala in homines immissum. vt ait Virgilius Georg. lib.

Quippe ubi fas versum atq; nefas, tot bella per orbem,

*Tam multa scelerum facies, nec vllus aratro
Dignus honos, squalent obductis arua colonis,
Et curia rigidum falces constantur in enses.*

Et Maximus Tyrius sermo 14. bellum iniuriæ magistrum dicit, sicut agricultura iustitiæ. Hinc bellatorem rapiendi studium sequi & alienis inhiare bonis, hincq; putare secum optimè agi, vbi maximè iniurius est, cumq; per iniuriam maximè voti compos efficitur pacis contra bonum, hæc omnia tollit, vt Tibullus lib. 3. docet ibi incipiens,

*Interea pax arua colat, pax candida primum
Duxit araturos sub iuga curua boues. & c.*

Deinde consentiunt omnes ferè, vt alia non sit probatione opus, cum Sillio Italico qui scribit lib. II. belli Punic.

— pax optima rerum,

Quas homini nouisse datum est, pax vna triumphis

Innumeris potior: pax custodire salutem,

Et cines æquare potest.

Sic Præco in Supplicibus apud Euripidem
actu

Αἴτιον. verſτος.

Καὶ τοῖν ὄντων ἡ πᾶσι ἀνθρώποι λόγοισιν
 τὸν κρείσσον ἴσμεν, καὶ τὰ χεῖρα καὶ πακὰ,
 ὅσω τι πολέμῳ κρείσσον εἰρήνῃ βροτοῖς,
 ἢ πρῶτα ἢ μύσαισι προσφιλῆσθαι,
 Ποναῖσι δ' ἰχθῦσιν, τρίπιτά τ' ἀπαιδία,
 Χείρῃ ἢ πλῆθῳ τῶντ' ἀφίστε οἱ κακοὶ
 Πόλεμῳ ἀναιρέμεθα, καὶ ἴσονα
 Διὰ μὲν ἀνδρῶν ἀνδρῶν, καὶ πόλεος πόλεον, id est
 E geminis omnes homines rationibus
 Potiorem scimus, & bona scilicet & mala,
 Quanto autē pax bello commodior mortalibus?
 Quae primum quidem iustis est gratissima
 Paenisq; mimica, gaudetq; dextera sobolis
 Procreatione, lataturq; diuitijs, his neglectis
 mali,
 Bella amplectimur, & viri virum sebigunt,
 & ciuitas ciuitatem.

De bono perfecti.

CAP. XXII.

QUſm perfectum dicatur, quod omni-
 bus suis partibus cōstat, vt scribit Ca-
 ius Iurifconſ. in l. i. de orig. iur. lib. 2. w. tit. 2.
 extra quod nihil eorum quae sunt ipsius, ac-
 cipi potest, vt scribit Aristoteles 2. de celo
 c. 4. dicimus non immeritō perfectum, esse
 bonum quia ex eo constat, essentiam eius
 quod perfectum est, non habere priuationē
 b b aliquam

aliquam, vel imminutionem boni sui, & ita
 essentiam & substãtiam intelligit Galenus,
 li.7. de placi. Hyppot. & Plato. pro optima
 vniuscuiusque perfectione. Et perfecisse di-
 ci potest is ædificium, qui consummauit: ex
 quo vsus aliquis per consequens bonum ha-
 beri potest apud Vlpia. in l. ædificia, l. 139. §.
 perfecisse, de verb. & rer. sign. lib. 50. w. titu.
 16. Perfectũ dicitur, vno modo, extra quod
 non est vllam accipere particulam, & quod
 secundum virtutem & id quod cuiusque be-
 nẽ, non habet excessum ad genus, sic perfe-
 ctus nauicus, perfectus tibicen, cum secun-
 dũ propriam virtutis speciem, in nullo de-
 ficiunt. Virtutis itaque est perfectio & re-
 rum absolutio cũ nihil eorum quæ ad rẽ
 pertinent, deest vel exuperat Aristot. Meta-
 phy. 5. c. 13. Cæterum hæc sunt virtutis, in
 nullo exuperare vel deficere: ideo & ex vir-
 tute bonum & perfectum erit bonum. Dici-
 mus tamen metaphoricè & perfectum, de
 malo, sicut & bonum, vt bonus & perfectus
 fur, latro, &c. Sed id improprie, vt scribit
 idem. Aristoteles lib. 15. Metaphys.

De rationis bono.

CAP. XXIII.

Rationem

Rationem Seneca, bonum esse his ver-
bis probat. Epistol. lib. 10. epist. 77.
*Quid in homine, inquit, proprium? Ratio, hac
recta & consummata felicitatem hominis imple-
uit. Ergo si omnis res cum bonum suum perfecit,
laudabilis, & ad finem natura sua peruenit, ho-
mini autem suum bonum ratio est: si hanc perfe-
cit laudabilis est, & finem natura sua attingit. Haec
ratio perfecta virtus vocatur, eademque honestum
est. Id itaque, unum bonum est in homine, quod unum
hominis est. Nunc enim non quaerimus quod sit bo-
num, sed quod sit hominis bonum. Si nullum aliud
est hominis quam ratio, hac erit unum eius bonum,
sed pensandum cum omnibus: si sit aliquis malus
puto improbabitur: si bonus, puto probabitur. Id
ergo in homine proprium solumque est, quod & pro-
batur & improbatur. Non dubitas an hoc sit bo-
num, dubitas an hoc solum bonum sit. Haec tenet
Seneca. Ex quibus verbis in summa collige,
Rationem esse bonum, Quia proprium
hominis bonum. Quia laudabilem hominem
efficit. Quia honestum. Quia perficit ho-
minem. Quia ratione boni ab improbis &
malis secernuntur. Et Plato li. 24. in Gorgia
oportere ait se committere rationi tanquam
medico. Nam ut scribit Manlius lib. 2. Astro-
no. Neque decipitur ratio neque decipit
unquam.*

2 Quae à Deo sunt, & diuina, bona sunt.
bb 2 constat.

constat. Atqui nihil est, non dicam in homine, sed in omni cælo atque terra, ratione diuinius, quæ cum adoleuit, atque perfecta est, nominatur ritè sapientia, vt ait Cicero l. de legibus vt alibi lib. 5. de Finib. bono. & virtutes omnes ex ratione nasci, quæ bonæ sunt, docet. Et l. de legib. vocat etiam rationem summi Iouis filiam, vt Claudianus, in consula. Manlij Theodo.

*Dys proximus ille est, inquit,
Quem ratio non ira mouet, qui facta repen-
dens,*

Consilio, punire potest mucrone cruento.

Et Aristot. lib. 7. Polyt. c. 15. rationem & mentem esse naturæ finem.

3 Anima, bona naturâ, quia à Deo creata, & eius solius opus. At purissima animæ pars, ratio est, vnde λογικόν animal, vt scribit Macrobius lib. 1. Saturnali. c. 14. Nam vt ait Claudianus in 4. Honorij consulatu.

*Nostros æthereis miscens terrena Prometheus,
Synceram patri mentem furatur olympo,
Continuit claustris, indignam tēq; reuinxit:
Et cum non aliter possent mortalia fingi,
Adiunxit gemmas: illæ cum corpore lapsæ
Intereunt, hac sola manet, bustoq; superstes,
Euolat. Hanc alta capitis fundauit in arce
Mandatricem operum, prospecturamq; la-
bori.*

Sed

Sed aperte Tertullianus lib. 2. aduers. Marcio. *Nec ratio, inquit, sine bonitate, ratio est: nec bonitas, sine ratione bona.* Et D. Ioan. Damascenus, lib. de duab. Christi natur. *Primum bonum, inquit, quod liberi arbitrii est, naturam eam decet quæ ratione utitur & libero arbitrio uti: perturbationibusq; ijs quæ naturam aspernantur, iram dico & cupiditatem imperare.* Et tantum bonum esse constat rationem, ut si quis priuetur, veluti accidit in infante vel furioso, eius opera, nullius sint meriti, quâuis bona: nec punienda, si mala, quia nec de ijs Deo redditurus est rationem, quæ tempore priuationis rationis egit: alij rationales, de omnibus, canon firmissimè, 15. q. 1. in 2. par. Decreti. Grat. Et ideò mente captus, nec disponere ad pias causas, nec in fauorem suæ animæ potest, ut scribit Innocentius 3. in cap. fin. de success. ab intest. lib. 3. Decret. tit. 27. Neque monasterium mente captus ingrediens, iure professus dicitur apud eundem Innocentium tertium in cap. sicut tenor, c. 15. de regularib. li. 3. Decret. tit. 31. nulla enim vox, vel sensus infanti vel furioso esse dicitur apud Iustinianū. in l. fancimus l. 7. ad Sc. Treb. li. 6. C. ti. 48. Sicuti à criminum pœna immunis vterque, & infans, & furiosus: alterum enim innocentia consilij, alium fati infœlicitas excusat, ut scri-

bit Modestinus in l. infans, l. 12. ad l. Cornel. de sica. lib. 48. w. tit. 8. Et in l. pœna parricidij. l. 9. ad l. Pompe. de parric. lib. 48. w. tit. 9. & Marcellus in l. diuus, l. 14. de off. præf. lib. 1. w. tit. 18. & in hoc brutis æquiparantur, quæ quia sensu carent, non videntur nec dicuntur iniuriam facere: apud Vlpianũ in l. i. §. i. si quadrup. paup. fec. dic. lib. 9. w. tit. 1. Deinde constat rationem, societatis humanæ esse vinculum, quæ per orationem dicendo, communicando, disceptando iudicando conciliat inter se homines, coniungitque naturali societate, vt scribit Cicero, i. Offic. Hac leges condimus, hac suũ cuique tribuimus, hac denique homines sumus: quæ cum bona esse docuerimus, non mirum si rationem, bonum dicimus.

De Sancti bono. CAP. XXIIII.

I Cicero i. de natu. Deo. aperte indicat Sanctum esse bonum, dum ait, Sanctitatem esse, scientiam colendorum Deorũ. Hac appellatione etiam continetur religio, quæ est scientia qua Deus colitur. Nam & Cicero eod. i. de nat. Deo. religione cultum pium Dei, contineri ait: separatque à superstitione, quæ est inanis timor Dei, hoc est, timere vbi non oportet Deum. Et 2. de nat.

nat. Deo. rursum vtrumque latius demon-
 strat, *Cultus* inquit, *Dei* (Deorum dicit ille
 idololatra) *est optimus, idemq; castissimus atq;
 sanctissimus, plenissimúsq; pietatis. Ut enim sem-*
per pura, integra, incorrupta, & mente & voce
veneremur. Non enim philosophi, verumetiam ma-
iores nostri, superstitionem a religione separave-
runt. Nam qui totos dies precabantur & immo-
labant ut sibi sui liberi superstites essent, super-
stitiosi sunt appellati, quod nomen patuit postea
latius. Qui autem omnia quæ ad cultum Dei per-
tinerent diligenter pertraherent, & tanquam re-
legerent, sunt dicti religiosi, ex relegendo: ut eli-
gentes, ex eligendo, tam quàm a deligendo diligentes,
ex intelligendo intelligentes. Apud Iurisc. Sa-
crae res dictæ omnes sunt, quæ publicè cõ-
secratae sunt, non priuatim, idq; quadam
lege vel sanctione publica, eoque per eam
constitutionem ab iniurijs hominum de-
fensæ numitæque sunt, ut scribit Martia.
 in l. in tantum, l. 6. §. sacrae, & l. sanctum est
 l. 8. de rer. diuis. lib. 1. w. tit. 8. qui & san-
 ctum, id quod tutum est ab iniuria definis-
 se videtur, siue Deum res illa, siue homi-
 nes respiciat. *Sanctum*, inquit, *a sanguinibus*
quibusdam herbis, quas legati populi Romani fer-
re solebant, ex delatione quarum tuti erant. Si-
cuti & legati Græcorum, ut tales dignoscerentur,
essentq; inter aduersarios tuti, deserebant cadu-

cea, quæ vocant Græci *ἱερὰ βοτάνη*, id est, virgas
 quas fœcialibus ad pacem sanciendâ depu-
 3 tatis, tradebant. Dicta autem sagmina, qua
 si sanctificamina, nam sagmina non erant,
 vt vulgò creditum est, verbena sola, quam
 Græci vocant *ἱεροβοτάνη* καὶ *πριεπιώνα*,
 quæ ué interdum dabatur fœcialibus, vt apud
 Plinium, lib. 25. c. 9. qui & magorum
 & sacerdotum antiquorum maxima vene-
 ratione habitam scribit, & multis morbis
 pro remedio esse, vnde & nomen accepit,
 vt sit *ἱερὰ βοτάνη*. Sic enim scribit etiam
 Dioscorides lib. 4. c. 61. *καλῶς δὲ αὐτὴ ἱερὰ
 βοτάνη διὰ τὸ ἰσχυροῦν ἐν τοῖς καθαρματικῶν ἀσφα-
 λιστὰ τὰ περιλάμματα*, id est, *sacram* vocant her-
 bam, quoniam multū ad Amuleta, expiationesq;
 commendetur: Sed & fuerunt herbae aliae,
 quibus fœciales utebantur, vt gramē, apud
 eundem Plinium. lib. 22. histo. natu. c. 2. &
 Liuium, lib. 1. ab vrbe cond. cuius hæc ver-
 ba, *Fœcialis*, inquit, *regem Tullum ita rogauit,*
subesne me rex cum patrepatrato populi Albani
fœdus ferire? iubente rege, sagmina, inquit, *te*
rex posco: Rex ait pura tollito. fœcialis ex arce
gramminis herbam attulit, postea ita regem inter-
rogauit. Rex fœcisne metu regium nuntium popu-
li Romani, Quiritium, vasa, comitesq; meos? Rex
respondit, quod sine fraude mea, populisq; Roma-
ni Quiritium fiat, fœcio. Deinde fiebat fœdus
 multo

multo & longo præfatu carmine, & porco sacrificio mactato. Fiebat enim sponsio fœcialis medio sacrificio, vt scribit Liuius lib. 9. Decad. 1. Quibus ducor vt existimem herbas quascunque à fœcialibus & legatis delatas dictas sagmina, quasi segmina, quæ Græci dicunt ἀρονίμματα, id est, incisa & resecata, ac si resecatio esset pro symbolo, quod potestas legati erat quædam facultas & potestas à principe & populo pendens. Vel sagmina quasi stabilitorum signa, & sancitorum à publico signa. Sic enim diximus, sanctum esse publicè consecratum, & cum religione & sine religione. Hinc & sua idola quæ Deos dicebant Gentiles, sanctos dixerunt, quod tutam, habitabilem, & ferinam, vel ab aliquo periculo immunem reddidissent urbem. Dictus ideò à Propertio, Hercules sanctus, quod quædam animantia nociua & latrones occidisset. ita enim lingua Curetum id indicare ait, dum scribit.

Sancte pater salue, cui iam fauet aspera Iuno,

Sancto velis libro dexter inesse meo.

Hinc quoniam manibus purgatum sanxerat orbem

Sic sanctum Thacia composuere cures.

In Fallis etiam de hoc Curete sancto meminit Ouidius, Syllius. & alij. Communis-

tur quædam Annius Monachus in commentar. super opusculum Sempronij de diuisione Italiae de Sagninis & Sabatio, vnde sanctum ducit. & idem Sanguis apud Hebræos & Sabinos, quod Sanctus apud Latinos. Et Saga lingua Aramea, quæ significare vult idem quod purum, religiosum & sacerdotem, quia & Festus Sagam exponit expiatorem, vt rursus Annius scribit. in commenta. ad secundum Berosij. Quæ si vera sunt sanctio verbum, potius à sancto, quàm sanctus à sancio sancis sancire, quod significat stabilire, statuere, ratum facere maxime pœna contra facientes adiecta. Non multum tamen interest, Papinian. l. sanctio legum 41. de pœn. li. 48. §. ti. 19. quod primum fuerit horum, dum sciamus, sancire & sanctum, pro stabili, firmo, & rato assumi. Quamobrem & nos bonum sanctum dicimus, siue de diuinis, siue de publicis, & statutis agamus: eò quòd ratum approbatum, & firmum huiusmodi sit, tutumque ab iniuria, & secundum leges quæ iustitiæ & rationi consentiunt: quæ & bona esse docuimus. Deinde constat inter omnes quascunque religiones, cultum numinis esse bonorum omnium fundamentum, ex eo, quod in religione cultus Deo deferatur, eoque & honoratur Deus, quo nihil melius:

melius: vt impietate Deus contemnitur,
 quo factò nihil scelestius superbiusue. Sic
 Cicero, in partitio. orator. bonitas vulgò,
 erga parentes pietas, erga Deum religio.
 Possem hîc percurrere præstantissima mo-
 numenta antiquorum, Euripidis, in Bac-
 chid. act. 1. & 5. Platonis, 1. de legib. & in Eu-
 typhro. & alibi. Et quæ Diodorus, Dionysi.
 Halicarnassæus, Hesiodus, Homerus, Æf-
 chyllus, & alij, tam Græci quàm Latini tra-
 diderunt. Sed mihi nimium stomachũ mo-
 uent, quod ea dicta sint ab ijs sub nomine
 religionis veræ & fucò eius, de impietati-
 bus abominabilib. & infandis idolis, à quo-
 rum etiam nomine nos Christi gratia lu-
 men veritatis amplexi abhorremus omni-
 nõ, qui puram religiosam, & incontamina-
 tam linguam & mentem præferre debe-
 mus. Quamobrem illis prætermisiss ad ve-
 ram religionem nos conferemus. Probo
 itaque rursum, Religionem & sanctum es-
 se bona, quia & quod Deum honoremus,
 Deus nos honoratos reddit: & contrà igno-
 biles eos qui non eum honorant 1. Reg. c. 2.
 f. vers. 30. Honor autem & gloria bona. De
 hinc, bona sanctitas quia est via ad vitam
 & fœlicitatem eternam: *si vis* inquit Deus,
ad vitam ingredi, serua mandata. Matth. 19. c.
 vers. 17. Mar. 10. d. vers. 17. & sequentib. Est
 &

& sanctum communicans cum Deo, qui Deus sanctus verè dicitur, & sanctitas ipsa. Ipse quippè solus verè mundus & perfectus. ideo scriptum Leuiti. ii. g. vers. 43. *Nolite contaminare animas vestras, nec tangatis quicquam eorum, scilicet immundorum, ne immundi sitis. Ego enim sum Dominus Deus vester: sancti estote, quia ego sanctus sum.* eadem scribuntur Leuitici c. 19. a. vers. 2. Et I. Petri i. c. vers. 16. & Iosue c. 24. e. vers. 19. & Psa. 98. a. & psal. 144. D. cum similib. Et alibi, *Dominus magnificus in sanctitate.* Hæc Exodi 15. b. vers. 11. sanctitas omnia que sancta sunt sanctificat, nec aliunde quam ex Dei beneficio quis sanctus dici potest, nisi verbo Dei, fide, vel dono alio visibili sanctificetur seu approbetur, stabilitur in gratia, purificetur. Proinde Sophonias ait, Sophonizæ l. b. vers. 7. *Silete à facie Dei Domini, quia iusta est dies Domini, quia preparauit Dominus hostiam, sanctificauit vocatos suos.* Et Exodi c. 31. c. vers. 13. *Ego Dominus qui sanctifico vos, seruate sabbatū, quia per me sanctificatum, id est, seruitio meo dicatum, non operibus vestris: quieuit enim Deus septima die, & illam sanctificauit* Genes. 2. 2. Sanctificare autem accipitur interdum in scripturis sacris, pro purificare & mundare, sicut & sanctum pro mundo, vt sanctificare populum

pul
He
Et
uac
dat
rin
cipi
Dec
ad I
mibi
mas
ann
lum
tem

V
omn
sem
fuer
1. de
est, v
cum
Grat
2. C
quod

pulum apud Iosuan, Iosuae 7. b. & alibi. Ad Hebrae. 9. d. Hinc sancti in scriptura sacra, recti corde, & purificati à peccatis, & per la-uacrum regenerationis in Christo munda-ti Euang. Ioan. 17. ad Roma. 1. & 2. Co-rint. 2. Et sancti sæpe, pro credentibus ac-cipiuntur, & fidelibus. Item sanctificare Deo; id est, consecrare, & à profanis vsibus ad Dei cultum transferre. vt, *Sanctificabitis mihi*, inquit Deus, *omne primogenitum sexus masculini*. Deutero. 15. d. Sic, Sanctificatio anni. Sic templum, Leuit. 25. b. tabernacu-lum, altare sanctum Domino. Deus au-tem sanctus sanctorum. Daniel. 9.

Verum, quod bonum sit.

C A P. XXV.

Verum, esse bonum constat, quòd om-
ne bonum in esse, seu id quod est, sit,
omnis autem essentia vera sit. Illa namque
semper præsupponit, aut quæ sunt, aut quæ
fuerunt, aut quæ futura sunt, vt ait Cicero.
2. de Inuentio. Ita de Augustinus, veritas
est, vt quod est dicas: contrà, falsitas, can-
cum humilitatis, 22. q. 2. in 1. par. Decre.
Grat.

2 Quod omni studio desiderabile est,
quodque inquire debet, bonum est, vt suprâ
docui:

docui: at omnibus modis veritas inquirenda est, vt scribūt Seuerus & Antoninus. Cæfares. in l. 2. de eden. lib. 2. C. tit. 1. & ad veritatem inquirendam, natos homines dixit Aristoteles. lib. 1. Rethor. ad Theod. c. 1.

3 3 Quod honore dignum est, bonum esse probauimus: At veritas honore digna maximè est, quia & sanctum est, honori & amicitia veritatem præferre, inquit, Aristot. Ethic. lib. 1. ad Nicoma. c. 6. Sic Æschines, ἕτας ἰσχυρόν ἐστὶ ἀλήθεια ὡς πᾶν τὸ ἐπιπραττῆρ τῶν ἀνθρώπων λογισμῶν. 1. adeo *valida res est veritas, vt omnes humanas cogitationes superet.* Atq; 3. Esdræ, 3. *omnia vincit veritas.*

4 Donum Dei omne, bonum est, vt docuimus. At veritas est donum Dei. Nam solus Deus veritatis cognitionem dare potest, vt ait Plato in Alcibia. 2. vel de voto, quia propriè Deus verax, omnis autem homo mendax. D. Paul. ad Rom. 3. a vers. 4. Matthæi 22. b. vers. 16. Mar. c. 12. b. vers. 17. cum similib. Ipse quoque Deus explicauit se esse veritatem his verbis: *Ego sum via & veritas.* Et in Euang. D. Ioan. c. 15. a. scribit Olympias apud Stobæum, ἀλᾶθεια διὸ ἰμῶν. 1. *veritas cæli cibus est, & sola fruitur conuictu diuinorum.* Pindarus Olympio. ode 10. strop. 1. hæc dicit de

veritas

veritate, ἀλλὰ σὺ καὶ θυγάτηρ ἀλήθεια δὲς, *sed tu veritas filia Iouis &c.*

§ Plato lib. 31. dialo. 6. de Repub. vel de iusto ex oppositione veri & mali, arguit: *Vbi, inquit, dux est veritas, ibi nullomodo malorum chorum subsequi, sed verum iustitiamq; morem.* Et alibi li. 34. de Legib. vel de legumlatore. veritatem tum dijs quos vocat, tum hominibus omnium esse bonorum ducem ait, cuius, qui fœlix beatusque futurus est, statim ab initio particeps esse debet, vt in veritate plurimum tempus vitam agat. Postremò, veritas, dux virtutū omniū est: mendacium autem, vitiorū. Nam quandiu quis recta nouit, vix errat. vitia autē nihil aliud sunt, quàm cum mala bona putantur ex ignorantia, vnde falsum. Nihil autem magis est contrarium veritati, quam falsitas, quæ est veritatis immutatio, vt scribit Iustinia. in §. 1. de instrum. fid. & caut. in Auth. colla. 6. tit. 3. sed de veritate & mendacio infra latius, dum de veritatis principio, Deo fauente, agemus. In verū bonum non cadit mentiri, criminari, præripere, fallere. Cicero, de vniuersis. Quia vir bonus non errat Cice. 1. Offic. Et Marsilius Ficinus, li. 1. Epistol. li. 1. Benè viuere, est verum intelligere, consultare benè, velle bonum agere. Bonum primum, sapientiæ est: secundum, prudentiæ, tertium,

tertium, iustitiæ: quartum, perseverantiæ.

Vtile quod sit bonum.

CAP. XXVI.

I **Q**uamuis vtile idem non sit cum iusto, tamen pulchrum est: pulchrum autem bonum est, teste Platone. Platō in Menone, vel de virtute.

2 Secundò, Quod omnes expetunt, bonum est: At omnes vtile expetūt: ergo bonum, vtrumq; probat Aristoteles I. Rhetor. ad Theod. cap. 6.

Tertiò, Probatur à finitione vtilis, ex Aristotele, in Rhetor. ad Alexan. cum de genere deliberatiuo agit. Vtile, inquit, est, præsentium bonorum conseruatio, aut absentium comparatio, aut malorum instantium propulsatio, aut futurorum incommodorum inhibitio. Et vtilis impensæ dicuntur, quæ rem meliorem faciunt apud Vlpia. I. quod dicitur, l. 5. de impen. in reb. do. tal. fact. lib. 15. §. tit. 1. addit Fulsius quæ meliorem rem faciant, & deteriore esse non sinant, vt refert Paulus Iurisc. in Impensæ, l. 78. §. vtilis de verb. & rer. sign. libr. 50. §. tit. 15. Siquidem vtilitas, non tam dicitur respectu rei præsentis, quàm damni declinati. Et ideo interdū cessans vtilitas consideratur.

sideratur, non rei præsentis, quia plerunq;
 illius æstimationem excedit, hoc est, utilitas
 pensanda ex re retenta excedit rem reten-
 tam; vt scribit Vlpia. in l. Julianus, l. 9. §. fin.
 ad exhiben. lib. 10. §. tit. 4. Non enim damnū
 intelligitur, nisi omni lucro deducto, neque
 lucrū, nisi omni damno absente vt ait Paul.
 Iuris. in l. Mutius, l. 30. pro soc. lib. 17. §. ti. 2.

Quartò, Honestum bonum est, vt pro-
 batum: At utile honestum, sic enim utile ³
 interpretatur glossa iuris ciuilis in §. 1. in
 verbo utiliores, de referend. sacri pala. in
 auth. collat. 2. tit. 6. Et Cicero utilitatem in
 ciuili consultatione, in duas partes diuidit,
 lib. 3. Rhetor. ad Herennium in tutam & ho-
 nestam: tuta, inquit, pars est, quæ conficit
 instantis aut consequentis periculi vitatio-
 nem, qualibet ratione. Hæc distribuitur in
 vim & dolum. Quorum aut alterum sepa-
 ratim, aut vtrumque sumemus coniunctim.
 Vis discernitur per exercitus, classes, arma,
 tormenta, reuocationes hominum, & alias
 huiusmodi res. Dolus consumitur in pecu-
 niam, pollicitationes, dissimulationes, ma-
 turationes, mentiones, & cæteras res. Ho-
 nestum diuiditur in rectum & laudabile.
 Rectum est quod cum virtute & officio fit:
 id diuiditur in iustitiam, prudentiam, for-
 titudinem, & modestiam & c. li. 5. Epist. fa-
 mil.

mil. omnium familia. 75. Rufo scribens: & alibi omnes, inquit, fortes ac boni viri, nihil putare debent vtile esse, nisi quod rectum honestumq; sit.

Quintò, Et Cicero docet vtilitatem bonum, quia salutaris, conueniens, & ad defensionem iusti. Sic enim scribit libr. 2. de Inuent. *Vtilitas aut in corpore posita est, aut in extraneis rebus: quarum tamen rerum multò maxima pars, ad corporis commodum reuertitur, et in repub. quadam sunt, quæ, ut sic dicam, ad corpus pertinent ciuitatis, ut agri corpus, pecunia, classes, nautæ, milites, socij, quibus rebus incolumitatem ac libertatem retinent ciuitates. Quæ vtilitatis duæ partes videntur esse, incolumitas, & potentia. Incolumitas, est salutis tuta, atque inægra conseruatio. Potentia est, ad sua conseruanda, & alterius obtinenda, idonearum rerum facultas. Et iterum Cic. 3. Offic. Bonus est, qui prodest quibus potest, nocet autem nemini, item qui nemini inuidet, prodest autem omnibus cui potest. idem lib. de vniuersi. & Speusippus. vtile inquit, lib. de definit. Platoni. causa quod*

4 vnum quodque bonum benè afficiatur. Ceterum hîc obseruandum est, omne quidem lucrum, vtile & bonum esse per se, eo quod

5 re ipsa, aliam rē augeat & multiplicet. Veruntamen media per quæ lucrum quaeritur, & voluntas, mala esse possunt: & ita

alicui

alicui lucrum vtile, alij autem potest esse
 damnosum & inutile, quemadmodum &
 quod mihi inutile est ob vsum, eò quòd eo
 non egeo, tui respectu potest esse vtile, quia
 eo indiges, vt scribit Paulus Iurisc. lib. 1. de
 contrah. empt. lib. 18. §. titu. 1. Vtilitatum ita
 comparationes fieri debent adinuicem, vt
 ait Cicero lib. 2. Offi. Nam quia res alię aliis
 meliores, sic aliis alię vtiliores. Sic bona
 corporis & vtilitates eiusdem, cum externis
 comparari solent. Interdum corporea cum
 corporeis, externa cum externis inter se,
 & cum spiritualibus & substantialibus &
 accidentalibus, vt illa mutuò. Hinc lucra
 turpia & improba, vel ratione modi haben-
 di, eo improbo existente & malo, si ea quę
 per se vtilia sunt, malis artibus acquiruntur:
 vel ratione nocumēti alteri illati, cum quis
 iniuste suis expoliatur, vt alter ditetur. Hinc
 vetitę vsurę, furta, rapinę, & huiusmodi
 spoliationes, iniustis artibus factę. Quę
 quia nocent animę iniuste acquirentis, pœ-
 nasq; arcesserunt, & nocent etiam iis à qui-
 bus res extorquentur, non proprię lucri vel
 vtilitatis nomine digna sunt, sed damni. Sic
 Publius Mimercus optimè, *Dammum*, inquit,
appellandum est, cum mala fama lucrum. Si e-
 nim, vt probauimus, lucrum non dicitur,
 nisi omni damno deducto, & verum sit, cõ-

parationem in vtili, faciendam rerum: certè quia anima plus est, quàm extranea bona, lucrum. vel vtile dici non poterit, ex quo animæ detrimentum ingeratur, sed potius sordes & damnum. Quam enim commutationem homo dabit pro anima sua? aut quid prodest homini, si vniuersum mūdum lucretur, animæ autem suæ detrimentum patiatur. Matth. 16. d. versic. 26. Marc c. 8. d. versic. 36. Nullus autem dubitat animā præstantiorem corpore, si fancimus, de sacrosanct. eccles. quia anima corpus viuificat, non contrà. Nec bona dicuntur quæ continent miserum quid, vt scribit Cicero i. Tusculan. & in Parad. 1.

Quare bonitatis fiat disquisitio.

CAP. XXVII.

Interrogabit forsàn aliquis, quare bonitatis fiat tam accurata & diligens apud nos disquisitio. Et cur nos hanc primum posuerimus transcendentium principium. Cui quauis ex superioribus colligi istius tractationis rationes possint, adiciã adhuc duo esse quæ bonitatis indagacionem susceant. Primum, vt Deum omnium auctorem, prudentem rerum omnium architectum, seu demiurgum agnoscamus: & prouidentiam

videntiam liberalitatemque eius in omnia
 promanantem obseruantes, eum omni stu-
 dio & cura colamus, diligamus, & vene-
 remur, vt tradit Lactantius lib. 7. diuinar. Inst.
 c. 5. Deinde, vt bonum à malo nota certa,
 quatenus hominibus licet, distinguentes si-
 ne errore saltem crassioris ignorantia, qua
 maior pars hominum ducitur, eligamus au-
 dienda, dicenda, facienda: & vt omissio satis
 rudio Philosophorum ludo, qui res ad li-
 teras reuocant, verbisq; inanibus obtene-
 brant mentem: ad facienda & ad res perue-
 niamus, vt non immerito antea Socrates,
 qui etiam Philosophiam reuocauit ad mo-
 res, hanc summam dixerit esse sapientiam,
 bona malaq; distinguere, vt scribit Seneca,
 lib. 10. Epistol. epist. 72. Distinctione namq;
 electio fit bona cum electio sit, meritis cu-
 iusque allegatis, arbitratio, vt scribit Vl-
 pia. in l. generaliter, l. 24. §. quid ergo, & ver-
 quis ergo, de fideicommiss. libert. libr. 40. §.
 tit. 5. Est namq; discretio mater virtutum
 omnium in c. 1. de offi. custod. lib. 1. Decret.
 Grego. tit. 27. Sic eueniet etiam, vt cognitis
 quatenus oportet bonis vel malis, illa quis
 sectetur, ista fugiat. Et sapiens factus nun-
 quam assentiatur rei vel falsæ, vel incogni-
 tæ, quæ etiam propria ponit sapientis Ci-
 cero, 4. Academ. quæst. & hoc pulcherrimū

iudicat, vera videre: & turpissimum pro-
 bare pro veris falsa. Quod continget si ad
 illam bonitatem, Deum inquam, veluti ad
 Cynosuram nautis, mentem nostram diri-
 gamus, quæ semper vera est, & veri sub-
 stantiam indicat. Accidet etiam vt bonita-
 te cognita, nos ipsos meliores reddamus, &
 tuta certissimaq; via, ad Deum, qui finis no-
 ster est, & sclicitas, pura & incontaminata
 mente perueniamus. Nauta enim qui nouit
 furdos scopulos, latentes petras, profundos
 vortices, tuto clauum ab itinere tam peri-
 culoso detorquet. Qui autem horum in-
 sciis, qui ve ventorum flatibus vagus ob-
 temperat, in pericula omni momento im-
 pellitur, citiusque absorbetur & perit, quam
 3 periculum præcauendum didicerit. Adhæc
 natura suadet, in omnibus actionib. vt eli-
 gamus quod bonum est, fugiamus autem
 quod malum, vt scribit Galenus 7. De de-
 cret. & placit. Hippocrat. & Plato. Sui enim
 natura bonum est expetendum, vt ait Spæu-
 sippus, lib. de definitio. Plato. Aristot. I. Ethi-
 cor. cap. 1. & alibi, & nos supra docuimus. Et
 idè nobis datam esse sapientiam scribit La-
 ctantius. lib. 7. diuina. Instit. vel lib. de diuino
 præmio c. 3. Addendum, quod qui huius bo-
 nitatis & malitiæ electionem norunt, faci-
 lius sibi & aliis consulunt. Cùm enim duo
 bona

bona proposita sunt, qui vtrumque nouit, melius eligit: qui verò ignorat, sapius quod melius apparet, & tamè minus bonum. eligit. Probè autem qui sapit & prudens bonitatis notione factus, contrà. Sicuti duobus ineuitabilibus malis alicui propositis, debet quis maiori studio, maius malum fugere: non enim dico minus eum debere eligere, nam electio malorum nulla est. Omnia enim mala vitanda: sed dico, magis vitandum maius malum. Exempla traduntur, & huius electionis resolutio, in cano. duo mala, ex consilio Toletano 8. & ex Gregorio 13. distinctio. in Moralib. parte 6. libr. 32. c. 55. & 56. in ca. nerui testicularum. 13. distinctio. in 1. parte. Decr. Gratiani & in ca. si aliquid & ca. sequent. 22. q. 4. in secunda parte Decr. eiusdem & ferè tota illa distinctio. In quibus probatur, duobus malis occurrentibus, maius vitandum: veluti, si quis iurauerit vel vouerit Deo vel promiserit stuprum, adulterium, eadem, & huiusmodi: potius peierandum est, quam ea committantur: quòd ea cõmittere maius delictum habeat. Et sic de similib. in quibus magis peccatur, cum maius peccatum sit. Sicuti & non mediocriter errat, & contra dignitatem hominis facit, qui mediocre bonum maiori præponit, vt ait D. Hierony. cano.

non mediocriter, de consecrat. distin. 1. in 3. part. Decret. Gratia. In utroque autem, rationis & scientiæ requiritur prudentia. Nec tamen ut nobis, sed ut aliis cõsulamus. Sunt enim personæ quædam in hac vniuersi re-
 4 pub. quæ cum aliorum curam habeant, perfectioris notionis & scientiæ esse debent, veluti sacerdotes, qui consecrati Deo, qui perfectio ipsissima est, & in perfectione scientiæ boni & mali excellere debent, ut dijudicent & discernant inter lepram & non lepram, peccatum & non peccatum, inter causam & causam. Deuter. c. 17. b. vers. 8. & 9. Et ut ait Malach. c. 2. b. versic. 7. *Labia sacerdotis custodiens scientiam: & legem requirent ex ore eius, quia angelus Domini exercituum est.* Quam obrem & per Symbolum homo claudus, cæcus, & obtorto, vel nimium longo naso, non poterat offerre sacrificium Deo, vel non sacerdotio fungi Levitic. capit. 21. c. versicu. 16. & sequent. ut significaretur hominem in electione boni dubium & claudicantem in utrumque & naso non integro, hoc est, iudicio discretionis, quo bona vel mala non sentiret, quique cæcus in his esset, isto munere indignum. & ita interpretatur ex Grego. canon. hinc etenim, 49. dist. in 1. part. Decret. Grat. Sunt & istius ordinis magistratus, & qui aliis sunt prepositi reddituri rationem

tionem animarum quibus præfunt, vt scribit D. Paulus ad Hebr. capit. 13. c. vers. 17. in hos enim redundabit iudicium, si quod male de subditis habuerint, vt monebat suos iudices Iosaphat Rex 2. Paralip. c. 19. b. vers. 6. Et ita Speusippus, Platonis discipulus, lib. de Definitionib. definit hominem bonum, qui huiusmodi est, vt homini bona reddat. Sunt & aliæ rationes quæ ad bonum nos impellunt cognoscendum & agendum, vt quia iustum, honestum, pulchrum, desiderabile, pacificum, Deo placens, &c. quæ præter-

mitto. Quibus breuiter expositis illud pro conclusione apponemus, quod Rabi Ben Sirah in sententiis moralibus scribit, sententia quinta **חיה טוב וירך טן טבתא לא תמנץ** *hæue tab bidach min tabetha lo timnayn.* id est, *Esto bonus, & manum tuam à bono ne abstrahas,* quod adhuc idem repetit alibi Sententia 10. quodque Iesaias cap. 1. d. vers. 16. *Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum uestrarum ab oculis meis, quiescite agere peruersè, discite bene agere.* Et Dauid Psal. 33. *Declina à malo, & fac bonum,* vt D. Paulus 1. ad Thessal. 5. c. vers. 22. *Ab omni specie mala abstinete vos,* id est. non tantum ab eo quod aperte malum est: sed & ab eo quod speciem & similitudinem mali habet. Et quod Homerus dixit, *à fluitu atq; luto longè depelle carinam,*

bona agere bonos arguit, & ex bonis quoque nasci, bonos natos esse præsumptione facit. Quamobrem & Ulpia. in l. quod si nolit, l. 31. §. qui mancipia, de ædili. edict. lib. 21. w. tit. 1. scribit ex edicto, qui mancipia vendunt, nationem cuiusque pronuntiare debere, quia inquit, præsumptum est quosdam seruos bonos esse, quod nationis sint non infamata: quosdam malos videri, quia ea natione sunt quæ magis infamis est. Admonent etiam nos antiquorum Gentilium sapientes, nihil vltra à Deo nobis petendum, quàm simpliciter bona. Sic enim monet Euripides in Helena,

— τοῖς θεοῖσι χεῖρ

Θύοντες αἰτῶν ἀγαθὰ, μωτείας δ' ἴκω.

id est, Deo sacrificantes, oportet bona petere, & omittere vaticinia. Et Socrates idipsum statuens, quia inquit, Deus scit quod vnicuique sit vtile, nos autem plerunque votis expectere, id quod non impetrasse melius foret, vt scribit Val. Maxi. lib. 7. cap. 2. in Socrate.

De axiomatibus electionis boni.

CAP. XXVIII.

DE distinctione boni & bonitatis cum satis tractatum sit, plura non addam, nec de regulis, quas breuiter perstrinximus lib.

lib.4.Synta.art.mirab.cap.1.in fine.Verum-
tamé axiomata quæ obseruabimus ibidem
cum aliis quibusdam subiungam. Quorum
illud primum.

1 Bonum melius est eligibilis, malum
peius potius vitandum, quod patet tonfori-
bus atque lippis per se, & proximo superio-
ri capite docuimus.

2 Melius dicitur collatione alterius boni
minoris, id est, cum id quod maius est, con-
tinet id quod minus est, & adhuc alio bono
fulcitur, vt docuimus. Item bonum me-
lius dicitur, quod in ordine graduum per-
fectionis naturæ superius est, secundum ea
quæ diximus lib.6.Syntax.art.mirab.cap.1.
Sic maius malum, quod magis à bono de-
clinat.

3 In bonis eligendis, quæ propter aliud
eliguntur, vel quæ aliud considerant, vel ad
finem diriguntur, maximè cauendum est
ne decipiamur. Nam licet in bonis fine, vix
aut nunquam erretur, in mediis tamen quæ
ducunt ad finem facilè erratur. Sicuti exen-
pli causa, nullus est qui non nouerit sanita-
tem esse finale bonum, in hoc non erratur:
sed in mediis quibus quis ad sanitatem per-
uenire possit, & num hoc comesse ad sani-
tatem pertineat, erratur teste Aristote. lib.
1.Magno. moral. cap.19. Sic victoriam bo-
num

num esse nemo quoque dubitat, velut & pacem: sed quibus modis ad id perueniatur, hoc opus, hic labor est.

4 Præstantiora sunt bona finis, bonis tendentibus ad finem. Quia bona finis propter se exoptantur: quæ verò ad finem, ad aliud ordinata sunt, & quodammodo imperfecta videntur antequàm perueniant quò diriguntur, & propter quod vnumquodque tale est, & illud magis. Sic finis, perfectio cum sit, bonum est per se, vt scribit Aristoteles, 2. ad Eudemum, Ethic. & li. 3. Metaphysic. 2. Ideo idem scribit, li. 3. Topic. cap. 1. bonum propter se, magis esse eligibile, quàm bonum quod propter aliud. Et id quod bonum per se est, quàm quòd per accidens bonum est, vt virtus præstat fortuna. Itè fugibilius malum per se & propter se vt vitium, quàm quod per fortunam & accidens malum.

5 In vnaquaque arte, bonum perfectum, finis opus secundum artem: vt medicinæ, sanitas: militiæ, victoria: & sic in vnaquaq; arte, vt percurrit Aristoteles l. Ethic. ad Nicomach. cap. 7.

6 Quanto finis præstantior est, tantò bonum eius melius: vt quia finis iuris ciuilis, est bonum humanum, idque generalius ceteris finibus, alios in se complectens, sic etiam præstabilius, vt docet Aristot. l. Ethi.

ad

ad Nicomach. c. 2.

7 Meliora homini sunt bona animi, quam corporis, & corporis plus quam extraneorum, Cicero 5. Tuscula. quia anima melior corpore.

8 Bonum perfectum melius imperfecto, quia plus boni in perfecto.

9 Bona, quanto Deo naturæ participatione proximiora, tanto meliora.

10. Necessaria bona, non necessariis præponenda.

11. Omne bonum quod excellit, dignum est maiori honore, Aristot. Ethic. libr. 4. ad Nicomach. cap. 3.

12. Optimum vnum, in vno quoque genere boni potest esse, non plura. Quia quod per superlatiuum dicitur, vnum est. D. Thomas prima primæ, quæst. 11. art. 3. & libr. 1. cont. Gentil. cap. 42. facit Vlpia. l. vbi autem non apparet, l. 75. de verb. oblig. lib. 45. tit. 1. & in l. quis sit fugitiuus, l. 17. §. fin. de ædil. edict. lib. 21. tit. 1. gloss. in can. metropol. 63. dist. in part. I. Decre. Bonifa. Et commentator super 1. Ethicor. comment. 67. Si inquit, plura sunt optima, nihil est optimum, quia optimum est, quod vni soli conuenit.

In dubiis, quæ ad bonum & malum referri possunt, potius in boni opinionem quam mali declinandum, & quod honestius esse potest

potest, sequendum & præsumendum, ut dum quaeritur, vnde mulier nupta acquisierit, potius ex bonis mariti acquisisse existimatur, quàm ex turpi lucro prostitutionis, ut expressè tradit Pompo. Iurisc. in l. Quintus Mutius, l. 52. de donat. int. vir. & vxor. lib.

24. 7. tit. 1.

6 Plura bona creata, quia finita sunt, paucioribus meliora Aristot. 3. Topic.

Bonum increatum Deus, optimum per se & infinitum, non potest plus recipere, quia infinitum: nec minus, quia immutabile, & sempiternum bonum.

7 Præstantior videtur homo, qui circa meliorem & nobiliorem negotiatur rem, nobiliusq; aliquid tractat. Sic carpentarius qui ligna tractat, dignior eo qui sterquilinia purgat: carpentario, aurifex: aurifex, medicus: eo, magistratus. Paul. Riccius, in Symbolum apostol. Sed præstantior qui intellectu quàm qui corpore negotiatur, quia qui corpore & in corpore versatur, circa particularia versatur: qui verò intellectu, circa vniuersalia & indefinita, nec circumscripta loco & tēpore, ut sunt corporea. Sicut prius est, quod proprius est primo, sic nobilius quod propinquius est nobilissimo, veluti honorabilior qui proximior regis clientelam obtinet. Et ita Aristot. lib. 3. Topic. cap.

2. quod

1. quod propinquius, inquit, bono, melius
 atque eligibilius: & quod est similius bono,
 & quod meliori eorum est similius. Notan- 8
 dum etiam est singulis rebus proprium in-
 esse bonum, & omnia suo bono constare: vi-
 tem, fertilitas commendat: sapor vinum:
 velocitas, ceruum. Quare fortia dorso iu-
 menta sunt quæris, quorum vnus est vsus,
 sarcinam ferre, in cane sagacitas, prima est:
 si inuestigare feras debeat, cursus si con-
 sequi, audacia, si morderi, in hominem ef-
 se putâ optimum ratio & proprium homi-
 num. In cæteris namque homo communi-
 cat rebus aliis, & superatur interdum. Nam
 si homo robore valet, itidem & leones, si
 formosus, & pauones etiam: si velox, &
 equus: & arbores, & animalia habent im-
 petum, & motum voluntarium, item &
 vermes. Si habet vocem, sed quanto clario-
 rem canes: acutiorem, aquilæ: grauiorē,
 tauri: dulciorem mobilioremq̃, lucinæ, vt
 Seneca confert. lib. 10. Epist. epistol. 77.

15 Bonæ res quantò maiores, tantò me-
 liores, vides, vt statuas, signa, picturas, ho-
 minum denique multorumq̃; animalium
 formas, arborum, si modo sint decoræ, ni-
 hil magis quam amplitudo cõmendat. idem
 orationibus euenit. Quin etiam volumini-
 bus ipsis authoritatem quandam & pulchri-
 tudinem

tudinem adiicit magnitudo, vt iisdem verbis tradit Plinius secundus. libr. 7. Epistolar. epist. Cornelio Tacito.


- 9 Sunt tamen obseruanda quædam indifferentia inter bona & mala, quæ siue eligas, siue non eligas, nihil interfit: quæ explicat Suidas in verbo ἀδιαφορία.

Indiffe

*Indi
tium
nam
sunt*

m ver-
istolarindife-
eligas,
xplicat

Indiffe-

Indifferen-
tium alia
namque
sunt

De Magnitudine, Transcendente 2.

CAP. XXVIII.

- 1 **Q**VIA quæ bona sunt, tantò meliora quanto maiora, vt Plinius secundus scribit lib. 1. Epistol. Cornelio Tacito. & mala maiora deteriora sunt. Ideo post bonitatem congruè tractatur de Magnitudine. Nec quisquam (vt opinor) dubitat, rebus omnibus magnitudinem inesse quandam, vt oportuerit gradum aliquem supra res constitui, ad quem omnes magnitudines referretur vt ad aliquid, extra naturam fere rerum, quod omnibus rebus maius esse dicatur. Nam id naturaliter etiam cuique constat, maiora minorum esse principia : vt proculdubiò fons principium est riuiulorum, in quos distribuitur principium: in arbore truncus, ramorum origo, illius autè crassiora & in terra defixa principia, radices scilicet. Sic ex corde, arteria cæteris crassior, quæ in pulmones scissa disperditur, cæteris maior, vt scribit Galenus li. 6. de Decret. Hippocra. & Plato. & res ipsa nos id docet. Dicimus igitur, magnitudinem quandam esse constituendam, quæ omnia contineat : talem autem non possumus constituere aliam quàm essentia ipsam fontem, nempe Deum, qui cuique naturalem
- 2

tural
alia
vel
fendi
Phar
In
cr
Deu
ceat
mod
tudo
tiali,
omn
verit
apud
Dion
& D
Deu
ter d
hens
de in
vnus
re po
ad al
ea ra
mag
tum
nim
tur,

turalem dedit crescendi finem: quique & alia creauit, ex quibus extensio fieri potest vel quæ ab eo facultatem extendendi & efficiendi habent, vnde & Lucanus li. I. de bello Pharsal. scribit,

In se magna vniunt, latis hunc numina rebus

Crescendi posuere modum,

Deus tamen magnitudo vel paruitas, vt liceat ita loqui doctrinæ causa, non est eodem modo, quo intelligibilium dicitur magnitudo, sed incomprehensibili & superessentiali, & indiuisibili modo, tanquam fons omnis essentiæ: quemadmodum & Deus veritas & bonitas, & sapientia, alio quam apud nos modo, dicitur, vt scribit Diuus Dionys. Areopag. li. de mysti. Theolo. c. 5. & D. Chrysostomus, Tomo. 4. magnum Deum non ad aliquid sed incomparabiliter dici scribit. Et immensum & incomprehensibilem etiam dixit. tomo 5. homil. 1. de incompreh. Dei natu. Nam Deus cū sit vnus, nec aliud sit quod Dei nomen assequere possit, eò quod sufficiens is vnus sit, non ad aliquid Deus dicitur: nec per consequens ea ratione magnus, cum aliter accidat in magnitudinibus creatis, in quibus non quantum sed potius ad aliquid dicitur. Nihil enim per se magnum vel paruum nominatur, sed ad aliud sanè refertur: seu mons

quidem paruum dicitur, siue milium non
ita magnum: propterea quod ille maior,
hoc minus, & idem in his quæ generis eiu-
dem sunt. Ad aliud effigitur ipsorum rela-
tio, & si paruum quicquam magnum uel per
se diceretur, nunquam mons quidem par-
uus, milium uero per se magnum diceretur:
idem de bicubito & tricubito dicendum
est, quæ quidem quantum significant: si
autem magnum uel paruum adijciatur, ad
aliquid, ut scribit Aristoteles in Categorijs.
Habet enim unum & idem respectu exten-
sionis quantitatis, quantum. Quod autem
pertinet ad appellationem magni uel parui
relationem ad aliud, ut docet Galenus. to-
mo. 4. li. 2. de differen. pulsuam, & latius li.
2. de dignosc. pulsi. Et magnum continuū,
quantumque quoddam est, ut idem Arib.
scribit. Problema. sectio. 16. q. 7. Quare ma-
gnum de Deo, & magnitudo eius, dicitur
sui perfecta, & in nullo deficiens plenitudo
eximia & incomprehensibilis sufficientia:
ut penè infinitis sacræ scripturæ locis dicitur,
Deus magnus. Iob. 36. d. Psal. 46. a. &
psal. 85. b. & psal. 88. b. & 94. a. & 146. a. Ec-
cles. 43. d. & 46. a. Num. 2. b. & alibi. Sic Iob,
c. 23. b. uers. 6. magnitudinis Dei molem di-
cit. Et c. 26. de Deo loquens in fine. quis
tonitruum magnitudinis eius poterit intui-

eri

eri,
min
ius
suffi
uit
eius

Ma

Gra

He

Hin

He

De

bili

iufe

Ha

uili

dico

ten

din

tin

fit,

Qu

eri, & David, Psal. 144. a. vers. 3. *Magnus dominus, & magna virtus eius & magnitudinis eius non est finis.* Et Salomon. Eccles. c. 14. *Quis sufficit enarrare opera Dei, quis enim inuestigauit magnalia eius? virtutem autem magnitudinis eius quis enuntiauit.*

Quid nominis.

Magnitudo dicitur Latinis, cumulus, aggestio.

Græcis, μέγρος, ὄγκος.

Hebra. גדל godel.

Hinc opponitur paruum μικρόν, σμικρόν, ὑβαίον, τυθόν, σκαμβόν.

Hebre. קטן קטן & c. pachout caton

Quid rei.

Magnitudo in rebus creatis (siquidem Deus qui vera magnitudo incomprehensibilis est & sine fine, definiri nequit) est cuiusque rei extensio, ex qua magna dicitur. Hanc finitionem nos docuit Carolus Bouilius li. 1. Introducto. germet. sic paruum dicitur, extensionis defectus. Dico esse extensionem, non conjunctionem, magnitudinem: eò quòd magnitudo omnis est continua, sine diuisione, quanuis apta diuidi sit, vt scribit Aristoteles lib. 4. Physico. c. 11.

Quod res ipsa loquitur. Vbi enim diuisio in
dd 3 magni

magnitudine, ibi definit esse vna magnitudo, & plures esse incipiunt. Extentionem etiam dicimus vel defectum ratione cuiusdam mediocris, & sicut mediocre, ex fere infinitis considerationibus determinatur sic & magnum & paruum. Ideo cum vni cuique rerum generi competat moderati competet pariter magnum vel paruum. Quamobrem id quod vsuuenit in omnibus artibus, & in omni vita, ad moderati examen refertur. Sic medicus dicet, multum sumpsisse quempiam, vbi corpus naturam nutriendi excesserit, rursus parum, vbi infra eius mediocritatem fit. Eaque ratio. Athleta duas minas carnis parum dicimus esse, & frequenter ægroto etiam cremore ptisanæ plurimum exorbere interdiciamus velut supra mediocritatem: ita magnum etiam pulsum & paruum dicimus eum, qui à mediocritate deflectit, &c. quæ leguntur latissimè lib. 2. de dignos. pulsi. tomo. 4. apud Galenum. Generali verbo etiam extensionis, quæ fit per materiam, continetur intentio, quæ est, cum rei formalis essentia vim suam extendit, veluti cum animus vel virtus quædam essentialis, sese colligit & auget effectum, vel attentius & fortius operatur, veluti ignis in ferro candenti intenditur, quia non dissipatur, nec sese se-

para,





parat, quemadmodum, accidit in stupa, sicuti etiam animus, qui circa vnum omnino vires colligit, fortius & efficacius operatur, quam si circa plura dissipetur, & occupetur.

De distinguenda magnitudine.

C A P. XXX.

Diuisionem magnitudinis in li. 4. Syntax. c. 2. iam compendiose præposuimus, vt alia sit creata, alia increata, in potentia, in actu, spiritualis, corporalis &c. prout ibidem tradidimus, vt non opus sit hic eadem repetere. Explicabimus tamen ea quæ aliquam videntur habere dubitationem, & in quibus magnitudo inueniatur & quatenus, & quomodo. Primum itaq; in spiritualibus, magnitudo ea erit quæ per intentionem & remissionem fit, vt in ratione ex Aristotele 6. Ethic. ad Nicoma. c. 1. apparet. In corporalibus autem puris per extensionem solum. In mixtis, quæ ab utroque fiunt, per intentionem & extensionem, qualis est natura magnitudinis actionum: vt in magnificentia quæ est virtus magnitudinis, sumptuum effectiua. Hæc enim magnificentia consistit in actibus, in rebus exteris quadam admiratione dignis.

Quia & illa est, vt scribit Cicero, 2. Rhetoric. rerum magnarum & excelsarum, cum animi quadam ampla & splendida propositione, cogitatio & administratio. Et ad hæc referuntur facta præclara, optimæ administrationes honorum, & huiusmodi ex vtriusque coniuncta, vt ait Speusippus. li. de Platoni. definitio. Atque ex magnificentia hæc vt plerunque sequitur magnanimitas animi, scilicet magnitudo quæ consistit in virtute: nata dum ob splendorem quis, & operis magnificentiam dignum se honoris eximio putat, & tali quod magnis viris debetur, idq; ob præmium, vt notat Aristoteles. lib. 4. Ethic. ad Nicom. c. 3. Hanc autem Marsilius Ficinus in Lachem Platonis existimauit magnanimitatem datâ esse à Deo pro calcaribus, ad animum adhibendum honestis, à quibus malus dæmon tristitia nos detrahit. Cicero etiam magnitudinem hanc animi, alijs omnibus præponit, & inde fieri hominem beatum tradit, eò quod per eam quæ hominibus accidere solent, contemnantur. 3. & 5. de Finib. & 5. Tusculana. 3. Offic. & 3. de Oratore. Et vt vno verbo absoluam, per qualitates etiam vel corporis, vel animæ, fiunt magnitudines. Quæ vt apertius cognoscantur quasdam particulares magnitudinum describemus species.

ad quas veluti ad media, qui volet magnitudinem docere, recurrere poterit. Sed in corporali magnitudine obseruandum, vt ⁴ quantitatem quis nouerit dimetiri. Quamobrem sciat oportet, omnem quantitatem concludi terminis, metiri interuallis. Terminus est, quod vnanquamque rem claudit & determinat. Porro quia in rebus quæ oculis subiacent, tres sunt species magnitudinis, nempe linea, superficies & corpus: sic & tres terminorum erunt differentia. Nam lineæ termini, erunt puncta: superficiei, lineæ: corporum, superficies. Erunt & pariter metiendi tres modi per tria interualla, per longitudinem, latitudinem, & profunditatem. Longitudo est, quæ ab imo fursum tendit, vel à summo deorsum, exemp. || | Latitudo quæ à dextris in sinistrum protenditur, vel contra à sinistris in dextrum, . Profunditas cuius ante & post termini sunt. . Ex punctis linea termini lineæ . — , puncta , ex lineis superficies  sine profunditate dimensio termini lineæ . Ex superficibus, corpus cum profunditate, termini, superficies. Inde tres dimensiones ductæ, Quamobrem & Hippocrates corpus longum, magnum dixit: & Galenus, crassum, vt apud Gallen. Tomo 7. comment. in 2. lib.

5 Aphorif. Hippo. ap̄or. fina. Ad similitudinem corporum, gradus magnitudinis animi exp̄ressit D. Paulus, ad Ephes. c. 3. c. v. 18. dum scribit, se deprecari Deum, in corde discipulorum habitare Christum, vt possent comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo & longitudo, & sublimitas, & profundum, scire etiam supereminentes scientiæ charitatem Christi, vt implerent omnem plenitudinem, Deo. Existimo quomodo scientiam & rerum cognitionem lineis Mathematicorū comparari. Nam sicuti lineæ punctis quodammodo, vel puncti fluxione crescunt in longitudinem: sic cognitiones & rerum notiones paulatim, & veluti minutissimis accessionibus augentur. Nemo enim repente fit doctus, sed cum temporis. Et sicuti pluribus lineis constat superficies pariter ex rerum plurium cognitione, quæ veluti singulæ lineæ sunt, constat scientia. Cum nec quid res, nisi per aliam ascitans demonstrari possit: nec quod homo sit animal rationis particeps cognoscitur, nisi lineæ, quid sit ratio, quid animal, quid participare, cognoscamus. Quemadmodum etiam in mentis nuntijs & testibus, discipulorum monem & litteras, oratio non cognoscitur tota nisi prius in oratione termini, & valor eorum, in litteris figuræ, & valor cognoscatur.

scantur. Sic virtutes singulæ quæ totidem
 viæ sunt, quæ itur in cælum, vt dicebat Gre-
 go. Naziaz. Oratio. de pauperib. con-
 stant progressu quodam, veluti iter meti-
 mur & percurrimus, passibus: & cum vir-
 tutes iungimus, veluti superficiem facien-
 tes, imus de virtute in virtutē, vt scribitur
 Psal. 83. b. Dicimus & circulares scientias à
 figura geometrica, quod in sese recurrant:
 ita & virtutes sibi inuicem hæere, dixit Ci-
 cero pro Archia poeta, Marsilius etiam Fi-
 cinus in commentario in conuiuium Pla-
 tonis. oratio. 2 c. 3. Deum centrum rerum
 omnium ponit, circulos autem quatuor
 circa id assidue reuolutos: mentem, animā
 naturam, materiam: quorum mens, stabi-
 lis circulus: anima, per se mobilis: natura
 mobilis in alio, non ab alio: materia ab al-
 io & in alio mobilis. Centrum vocauit ho-
 rum Deum, quia sicut centrum, circuli
 punctum est, vnum indiuisibile, stabile, vt
 scribit Psellus, in *σύνολοι γινωσκτικής* Eucli-
 dis, & alij: Sicut etiam ex centro ad circū-
 ferentias multæ lineæ mobiles & dissimiles
 duci possunt: ita per Deum in singulis li-
 neis virtus dimittitur illo stabili & im-
 moto remanente, & omnia mobiliter quo-
 dammodo replente. Neque magnus quis-
 quam vnquam fuit, sine aliquo afflatu diui-
 no,

no, vt scribit 3. de natura Deor. Cicero, & innuit Ouid. dum 6. fastorum scribit,

*Est Deus in nobis, agitante calefimus illo,
Impetus hic sacra semina mentis habet.*

Et rursum, lib. 3. de Art. aman.

*Est Deus in nobis, sunt & commercia cæli.
Sedibus æthereis spiritus ille venit.*

Inuisibilem autem circulum, mentis inquam animæ & naturæ, imago est visibilis mundi circulus. Corpora enim animarum mentiumque umbræ sunt & vestigia. umbra verè & vestigium, figuram eius cuius umbra est & vestigium referunt. Mēs semper immobilis, quia eius substantia & operatio eadem manet, & similiter, quia intelligit eodem modo & similiter, Mobilis tamen in eo, quod vt cætera, à Deo procedens, in eundem se vertit. Animæ mobilis circulus, quia discurrendo percurrit, & temporis eget curriculis in operatione: discursus ab alio in aliud mentis peruagatio & temporis curriculum, motus sunt, & si quiescant & stabilia sint id potuís in mente. Naturæ etiam mobilis circulus apparet in generandi facultate, quæ motu temporis eget: in alio mouet, quia in mole corporis, eius molem generat, nutrit & auget, per se, quia principium motus, vt anima, Materie vel molis, orbis mobilis: ab alio, quia ab a-

nima

nima necessario agitur: in alio etiã, quia
in loci spatio corporis motus agitur. Et
hæc hæctenus ex Ficino. Extenditur vel in-
tenditur etiam latitudo animi, cum ad actũ
vsque peruenit, vel ad finem propositum
sicuti cum quis facit quæ facienda nouit.
Item sufficientia & patientia. Sic patientiã
& longanimitatem Dei connectit Paulus.
ad Roma. 2. a. Et inter fructus patientiæ, lon-
ganimitatem etiam posuit. ad Galat. 5. d. &
alibi. Item & cognitio creaturarũ & scien-
tia de rebus creatis: sicut altitudo est scien-
tia de rebus arduis, anima circa ardua ver-
sante, circaque difficilia aditu. sic & profun-
ditas de rebus obscuris, quæ egent ampla,
subtili & laboriosa perquisitione. Et qui an-
tiquitus manu Rempub. iuuarant, & virtu-
tibus decorauerant, magni dicti sunt apud
Romanos. Magnitudo rerum spiritualium
in duobus maximè attèditur, scilicet quan-
tum ad potentiam, & quantum ad propria
naturæ bonitatem seu complementum. Di-
citur enim aliquid magis vel minus album,
secundum modum quo in eo sua albedo
completur. perpenditur etiam magnitudo
virtutis ex magnitudine actionis vel facto-
rum, vt ait D. Thomas lib. 1. contra gentil.
c. 43. & D. Aurelius Augusti. quoque tradit
in his quæ non mole magna sunt, idem esse
maius

maius quod melius.

8 *Synopsis eorum que magnitudinem referunt.*

His repugnant.

Abundantia.	Penuria.
Amplitudo.	Angustia.
Adiunctio.	Diminutio.
Auctio.	Detractio.
Capacitas, comprehensio, continens.	Incapacitas.
Communio.	Partitio.
Copia.	Inopia.
Dignitas omnis, & maiestas.	Status priuatus.
Diuitia.	Paupertas.
Excellentia, excellēs.	Vilitas.
Egregium.	Infimum.
Extensio.	Restrictio.
Essentia omnis.	Nihil.
Exuperantia.	Defectus.
Fœcunditas.	Infœcunditas.
Fertilitas.	Sterilitas.
Immensum.	Mensurabile & apprehensibile.
Infinitum.	Finitum.
Inflatio. Tumor.	Depressio.
Insigne.	Obscurum.
Intentio.	Remissio. Restitutio.
Liberalitas.	Auaritia.

Paucitas

Multitudo.	Paucitas.
Sublime.	Infimum.
Sufficientia.	Insufficientia.
Vehementia.	Remissio.

Hanc Synopsim quoque in lib. 4. Syntax. c. 2. adiecimus, ex qua facilis est ad argumenta per inuentionem medij via. Si quid magnum esse docere velimus. In gratiam autem eorum, qui tyrocinium agunt, utque memoriam doctiorum adiuuem, exemplorum aliqua leuiter percurram, ut indicem magis quam tractationem singularum videar instituisse.

Docet nomen dictam esse magnitudinis speciem abundantiam, ab extensione, vel multiplicatione, deducta metaphora ab amnibus, qui ut ait Ambrosius Calepi. imbribus, vndis explentur, magnique & inflati euadunt. Vnde quia finitio magnitudinis conuenit, conuenit & definitum.

Amplitudo magnitudinem habet, quia ei conuenit quoque finitio extensionis. Et Ciceroni, 2. de Inuentione, amplitudo potentiae, aut maiestatis, aut aliquorum copiarum, magna abundantia. Et hinc, amplius dicitur, quod exuberat, ut apud CCC. Galien. Valentem, & Valentinia. in l. legē, l. 16. de loca. lib. 4. C. tit. 65, dum aiunt, non esse

esse supra legem conditionis aptius quam conuenit petendum. Et ex alijs Iurisconsul torum locis in confesso est, verbum hoc, amplius, extensionem & cumulationem addere, vt scribit Paulus in l. Paulus Calima ch. l. 26. de leg. 2. lib. 32. w. tit. 1. & Sceuola. in l. fin. de reb. dub. lib. 34. w. tit. 5. cum simili. Huc pertinet amplificatio, vel per exempla diductio, vel loci dilatatio, & similia.

II Sic auctio, Adiunctio, Additio, magnitudinem habent, quia extendunt rem. Nam per id quod additur, id cui fit additio auge tur & per consequens extenditur. Quam obrem contrarium arguit detractio apud Vlpia. in l. Ius ciuile, l. 6. §. 1. de Iust. & in lib. 1. w. ti. 1. *Cum, inquit, addimus aliquid iuri naturali, nostrum proprium efficitur.* Et apud Hermogenem Iuriscon. l. vectigalia, l. 10. de public. & vectig. lib. 39. w. tit. 4. dum ait, Non licere nec praesidibus prouinciae, au gere vel minuere vectigalis praestationem.

II Capacitas, est id quod aliud continere po test, veluti in corporalibus, locus erit quo aliud comprehendi possit: in anima, facul tas comprehendendi intelligenda vel scita. Magnitudinem autem inibi esse constat, ex eo quia id quod continet, contento maius fit oporteat, idq; satis natura docet, & quo tidiano exemplo discimus, nec magnum

vas à minori, sed à maiori minus comprehenditur. Atque capacitas, à capiendo: quia capere potest: vnde & capax nominatur apud Iurisc. qui capere potest: incapax, qui non potest, qui potestate priuatus est accipiendi. Et cui interdictum est modis qui scribuntur à Callistrato, in l. 1. de iure fisci lib. 49. §. tit. 14. cum similib. ibi nota. vt incapaces dicantur minuti facultate illa: vnde quia diminutio in potestate est non libera, statim iudicatur magnitudinem illis deesse potestatis, per oppositionem ad aliquid.

Communia & vniuersalia, & totum, quia particularia quæ communionis sunt complectuntur, vt scribit Aristot. lib. 4. de generat. animal. c. 3. erunt & magnitudines: quod dicendum etiam de quolibet genere & specie in quantum sub se alia continent, quæ respectu eius in quo continentur, parua dicuntur, vt partes totius integri, dum non separantur à toto. Magnitudo enim continua est, vt ait Aristot. lib. 4. Physico, c. 11. si autem diuideretur in partes, tunc partes maiores, & magnitudo diuisa, minor suo toto, eò quòd partes naturam numeri magis fortiuntur, vt scribit idem Aristot. Problemat. sectio. 16. quæst. 7. Et Iurisconsulti etiam, cõmunionis duas constituerunt species. Primo commune, quod commune

e e cum

cum sit, potest dici singulorum: hoc est, vt singuli ex communione possint eo, ac si proprium esset, vti, & ita proferunt: *Quod commune est, meum est*, vt scribit Caius Iurifcons. in l. illud dubitationis, l. 46. de rit. nupt. lib. 23. §. tit. 1. Alio modo, quod conuenit vniuersis vt vniuersis, non vniuersis vt singulis: qualia sunt vniuersitatis, theatra, stadia, & his similia, vt scribit Martia. in l. interdum, l. 6. §. vniuersitatis de rer. diuifio. lib. 1. §. tit. 8.

14 Copia est satietas rerum, idem quod abundantia, inde cornucopia dictum: siue etiam ad militarem manum, seu ad aliam quamuis transferas significationem.

15 Dignitas apud Cicero. 2. de Inuentio. est alicuius honesta & cultu & honore & verecundia, digna authoritas: ex qua fit existimatio, quæ est illæ dignitatis status, legibus approbatus, apud Callistratum l. cognitionum, l. 5. de var. & extraord. cognit. lib. 50. §. tit. 15. Hæc est qualitas quæ extendit famam hominis: sicuti infamia, vel vile, vel vita priuata, est paruitas famæ, famamq; detrahit. Nam vt scribit Iamblichus.

Πᾶν τὸ τιμώμενον αὐξεται, ἰσαπέστ. α ἢ τὸ ἀτιμώμενον,

Omne honoratum augetur, contemptum, imminuitur.

Hic

Hic etiam sedem habet maiestas, quæ est 16
 quasi maior dignitas, vel maior status, &
 prius & proprè Dei tantum dicebatur maie-
 stas, quemadmodum scribitur. Psal. 28.a.
Deus maiestatis intonuit, & in Prouerb. 25.d.
scrutator diuinæ maiestatis opprimetur ab ea. Et
 sæpe alibi, maiestas Dei dicitur. Deinceps
 autoritate maiori à Deo donati (quia non
 est potestas nisi à Deo, ad Rom. 13.a. cum si-
 milib. Maiestatis nomē participarūt.) Quia
 & principes, & qui reipub. curam gerunt,
 simulachra & imagines dicuntur Dei, qui
 cuncta gubernat, & omnibus prouidet, vt
 pulchre & Christianè docet Plutarch. libr.
 de doctrina principis. Quamobrem Cicero
 in Partitionib. oratoris. *Maiestas*, inquit,
quoniam est magnitudo quadam populi Romani,
in eius potestate, aut iure retinendo, aucta est po-
tius quam diminuta. Delinc maiestas est imperij,
atq; in omni populi Romani dignitate, quam mi-
nuit is qui per vim multitudinis, rem ad seditio-
nem vocauit. rursus Cicero 2. de Oratore,
Maiestas est amplitudo & dignitas ciuitatis: is
eam minuit, qui exercitum hostibus populi Ro-
mani tradit. Hinc Iurisc. diuinæ & humanæ 17
 maiestatis reos constituunt, cum enim ma-
 iestas Dei, aut principum, aut populi sit, ita
 & lædere eorum aliquem maiestatem di-
 cunt. Extant rituli de hæreticis, & ad le-

gem Iuliam maiestatis in Cod. Iustiniano,
 & Pandectis. Et quia altior & eximior Dei
 autoritas quàm hominum, grauius esse di-
 cimus diuinam quàm humanam offendere
 maiestatem Auth. gazaros de heret. li. 1. C.
 tit. 8. Innocen. 3. in c. vergētis, cap. 10. de hæ-
 reti. lib. 5. decret. Grego. tit. 7. Ad hæc maie-
 stas dicitur magistratuū autoritas, & item
 eorum generaliter dignitas qui imperio pu-
 blico nituntur, vel funguntur principis di-
 gnitate. Sic Prætoris dixit dignitatem Paul.
 Iurisc. in l. pen. §. fin. de iust. & iur. tit. 1. π. lib.
 1. & D. Lucas c. 9. d. ait visum fuisse Heliam
 & Mosem in maiestate. Item Val. Max. libr.
 2. cap. 5. maiestatem dixit esse clarorum vi-
 rorum sine tribunalium fastigio, sine ap-
 paritorum ministerio potentem in obtinen-
 da amplitudine sua. Plura ibidem exempla
 narrat, maiestatis etiam in vultu apparentis,
 & in fortunæ mutatione, tanta est eius ma-
 gnitudo & præstantia. Ouidius lib. 5. Fastor.
 vers. 25. exprimens natiuitatem maiestatis,
 magnitudinem signat dum ait, ex honore
 & reuerentia natam,

18

*Donec honor, placidoq; decens reuerētia vultu,
 Corpora legitimis imposuere thoris
 Hinc sata maiestas, qua mundum temperat
 omnem,
 Quaq; die partu edita magna fuit.*

Dicimus

Dicimus & maiestatem orationis, pro
decente grauitate: & rerum maiestatem,
honorabilem constitutionem.

Diuitias nemo dubitat cumulationem
esse pecuniarum vel aliarum rerum. Et ideo ¹⁹
extentionem esse, Itemq; in thesauris, opi-
bus, & aliis similibus. Ideo Philemum apud
Stobæum,

Ἀργυρίων ὅστι τῶν ἰσων ἔχης, λέγει

Πρὸς τῶν ὀβόλων, πάντα σοι γινώσκω

Φίλοι, βουδοί, μαρτυρίαι, σωωσινία, id est,

Argentum est, id quod si habueris, pete

Ab ipso quicquid velis, omnia fient tibi,

Amici, auxiliatores, testes, domorū multitudo.

Extensio autem per se, rem magnam fie- ²⁰
ri aliqua ex parte trium dimensionū, offen-
dit: sicuti extenuatio, contrarium.

Eximium excellens, dictum ex eo quod ²¹
excellens è grege pecus eligebatur, vt Deis
falsis sacrificaretur: ἱεράριον dicunt Græci,
& electum propter excellentiam quandam:
ex cellentia verò est, magnitudo animo mē-
surata. Cicero inquit in Officiis, animi ex-
cellentiam, magnitudinemq; ἱερωχίω. Quod
igitur præcellit, præstat, eminentque aliis
tale est.

Essentia, magnitudinem continere do- ²²
cet Mercur. Trimegist. in Asclepio *Mundus*,
inquit, *plenus est, atq; perfectus corporibus, &*

mundi membra plenissima : corpora perfecta qualitate, & forma diuersis, & speciem habentia & magnitudinem, quorum unum est alio minus aut maius, & validitate, & tenuitate diuersa.

23 Exuperantia superadditum in omni re designat, aut numero, aut pondere, aut mēfura, aut fide, aut dolo, aut solennitate, vel similibus incrementum addens.

24 Fœcunditas, est extensio substantiæ. Nā omne quod generat, sibi simile in substantia generat, vt homo hominem, equus equum, &c.

25 Fertilitas, multiplicatio commissi seminis maior.

26 Immensum, magnitudinem propè habet infinitam,

Infinitum, magnitudinem habet non designatis vel non existentibus, vel non apparentibus terminis vel finibus.

27 Inflatum, tumidum, materiæ incrementum addunt, & per consequens magnitudinem significant.

28 Intentio & remissio est propriè in virtute, vi, & vehementia ingenij & intellectus: vel in virtute qualitatum incorporearū & substantiæ, vt dum vterus, vel quid aliud vt arcus, inflatur vel tenditur. Dicitur & intentio, vt neruorum & aliorum similibus in cythara, quæ intensa reddunt sonum ma-

gis audibilem, vt cum remittuntur minore-
rem. Vt inflata ita si remittantur, & in-
tenfa in fe concidunt. Sic accidit in animo,
qui dum aliquid confiderat vehementius,
omnem vim colligere videtur in eo, vt ani-
mus cogitans vehementius, ſæpe membra
relinquere videatur quaſi emortua, & velu-
ti fine anima. Dicimus & remittere animū,
dum ab intentione ad aliud reuocatur.

Liberalitas præſupponit largitionem rei 29
alicuius magnitudinis: nam quod damus,
manu largimur, vnde *δωρον* Græcis, quia
doron palinam ſignificat, qua largitio fit, vt
ſcribit Plinius lib. 35. cap. 14.

Menſura, magnitudinem quandam ha- 30
bet extensionis.

Multitudo habet aggregationē plurium.

Sublimitas, habet extenſionem vel ia- 31
tentionem in ſpiritualibus vel inuiſibilibus,
inter capedinē magnam ſpatij eleuationis.

Sufficiencia habet mediocrem magni-
tudinem.

Vehementiam in morbis & magnitudi- 32
nem eſſe conſtituit Galen. tom. 7. in Aphor.
12. lib. 1. Aphoriſi. Hippocra. vbi primum in-
ſultum morbi etiam ſcribit nullam habere
latitudinem. Et morbum habere princi-
pium, augmentum, modum conſiſtendi, &
declinationem. Atque tradit gradus eſſe

morborum, vt alij acuti dicantur, veluti
 morbus lateralis siue peripneumonia, pleu-
 ritis: alij peracuti, angina, iuxtaangina,
 cholera, distensio neruorum: alij diutini,
 vt aqua intercus, atra bilis, suppuratio, ta-
 bes. Peracutos dixit dies idem Galenus, in
 commentar. in 1. Aphorif. aphorif. 7. qui cir-
 ca primos quatuor dies, vel paulò vltterius,
 in summo vigore consistunt. Et Hippocra-
 tes lib. 2. Aphorif. aphor. 13. acutos simplici-
 ter iudicat 14. diebus, dum ait, τὰ ὀξεία τῶν
 νοσημάτων ἐπιτελεῖται ἐν τοῖς τεσσαράκοντα ἡμέ-
 ραις, acuti morbi iudicantur, in quatuordecim
 diebus. Acutos autem vt dicunt, ἐκ μεταπτώσεως,
 hoc est, ex mutatione & degeneratio-
 ne speciei in speciem. Idem Hippocrates, in
 Prognosticis 40. dierum spatium terminat.
 Longos autem dicunt & diutinos, qui hos
 40. dies excedunt. Acuti & breues morbi
 habent magnam intentionem, & ideò ma-
 gni citò euadunt, orti ex calidis humori-
 bus, nempe sanguine & flaua bile: sicut
 longi à frigidis pituita & atra bile. Sed &
 vehementia in alijs locum habet, vt cum
 animi impetus augetur, sic enim Aulus
 Gellius, lib. 5. noct. Attica. cap. 12. & lib. 16. c.
 4. à mentis vi & impetu, vehemens compo-
 situm dicit. Et, *ve*, particulam, cum inten-
 tionem significare, tum minutionem.

Regulae magnitudinis.

CAP. XXXI.

Intensum magnum, perfectius est suo ex-
 tenso. Intensa sunt formalia, spiritualia,
 & substantialia, vi rationis comprehensa.
 Et intensum omne habet rationem forma-
 lem, magis de veritate & virtute, quam ex-
 tensum, quod dicit materiam, in qua virtus
 est extensa, & debilior intensa. Nam virtus
 vnita, qualis est cum intenditur, maior se-
 ipsa dispersa, id est, cum late per materiam
 diffunditur. Exemplum in igne adfertur,
 qui magis pollet in ferro candenti, quam in
 stupa, in qua dissipatur, & veluti materiae
 celsione refrigeratur. Aliud exemplum in
 magnis & paruis corporibus, in quibus idem
 calor & sanguinis feruor, quae in magnis
 corporibus, non ita vires exercent ac in par-
 uis, quo facilius se colligunt & minori mo-
 tu, & mille viri in exercitu vniti vincunt
 quinque millia dispersos. Et ignis vnitus in-
 rentius calefacit vt patet in fornacibus oc-
 clusis, dispersus autem minus, & debiliter,
 & tardius. Atque inter tot animalia magna
 incrustata, marina, conchae minores, maio-
 res ferunt vniones, vt scribit Claudius Ae-
 lianus lib. 10. de natu. animal. c. 13. Hanc re-
 gulam Algazel vel alius quisquis sit author,

libro de causis, proposito 17. sic comprehendit, *Omnis virtus vnita plus est infinita, quam multiplicata*: infinita, id est, magis perfecta, quia multiplicatio arguit diuisionem: vnitio autem magis ad perfectionem primæ causæ quæ vna est, accedit. Eadem scribit Proculus lib. de elementat. Theorinis.

2

Secun. reg. Magna paruis non esse cōtraria, sed dissimilia, Arist. in Præd. quia hæc maximè referuntur ad aliquid: & cum duo cōtraria in eodem subiecto esse non possint: tamen hæc possunt. Nam paruum quid dici potest respectu alicuius magni, & id ipsum magnum respectu alterius parui, quod & docet Galen. lib. de differen. febrium. Puto tamen aliam contrariam regulam adiici posse, quia rationes Aristotelis loquantur, cum variantur propositiones: quo casu magnum paruo contrarium non est, quinimo nec vllam diuersitatem inuenio in eo, nam cum vnum dicitur paruum alicuius ratione, & idem magnum alterius, dicoq; non cum eodem magnum & paruum dici, sed cum vno magnum cum alio paruum, nec vtrumque simul. Quamobrem aliam constituo regulam tertiam.

Tertia regula, id quod paruum est, quatenus magno opponitur cōstituit magnum paruo contrarium. Ratio quia eius respectu
quo

quo paruum est, non potest esse magnum, nec magnum paruum, sed contrarium. Si autem quod paruum erat alterius respectu, alterius consideratione magnum dicatur, iam excluditur à dictione magni, paruitas. Quare cum contrariorum ea sit natura, ut se mutuo expungant, & quod magnum est eius respectu quo magnum, dici non possit paruum, erit magno paruum cōtrarium: potissimum cum nihil in rerū natura creata, magnum absolute dici possit, sed alterius ratione, ut prædicti authores Aristot. & Galenus, fatentur in loco proximè citato. Sic de maiore & magno, de paruo & minore scribit & Galen. li. 1. de puls. dignosc. Nec quod in eodem subiecto possint esse magnum & paruum, i deò magis existimādum est, non esse contraria. Nam possunt quidem esse, sed non simul, & eodem tempore: se enim mutuò expungunt. Et cum dicitur paruum, non potest dici magnum ea ratione qua parum, sic non eodem modo. Docetq; ratio boni & mali, non posse dici minus contraria ea quæ diuersis respectibus, quanuis eodem tempore, reperiantur. Bonum namque constat, malo contrarium esse. Porro hæc etiam in eodem subiecto reperiuntur, sed diuersis respectibus non ideo tamen minus contraria, magnam & paruum

paruam ob diuersos respectus. Siquidem angelus, homo, anima, vno respectu creationis inquam, bona sunt: fecit enim Deus omnia bona valde. Genes. i. & similib. respectu tamen peccati, hæc & angelus, dæmon inquam & anima mala dicuntur.

- 4 **Quarta regula, Nulla essentia magnitudinis spiritalis, quæ intentionem solum, nõ extensionem recipere nata est, verè diuidi in partes potest, sed remitti potest: corporalis autem diuiditur & extenditur. Nam quicquid diuiduum est, compositum idem est, & ita intentioni obnoxium vel solutioni. Caterum, anima cum simplex sit, nec ex præiacenti materia composita, sed incorporalis, nec composita, nec diuidua est. Passiones tamen & affectiones, quæ extrinsecus accidunt spiritui creato, dissipantur, diuidunturæ ratione, & intellectu, & actione. In hac regula operæpretium est, nosse Pauli Iurisc. diuisionem, in l. i. §. quædam, de rer. diuis. lib. i. tit. 8. & Iustiniani in §. 1. de rer. diuis. lib. 2. Insti. tit. 2. res alias esse corporales, alias incorporales: corporales esse quæ tangi videriue sui natura possunt, vt homo, lapis, & huiusmodi. Incorporales, quæ tangi & videri nequeunt, qualia quæ in iure consistunt, hæreditas, obligatio, & similia, id est, quæ determinatione mentis**
 compre

comprehenduntur tantum. Et hoc est quod Cicero dixit, in Topicis. rerum alias esse, alias esse intelligi. Hinc fit seruitutes censeferi apud Iurisconsultos indiuiduas, & alia quæ tantum iuris definitionibus, & mente percipiuntur, quale dicunt iter, actum, vel ius eundi: item obligationes, & alia quæ in quantum iura sunt, non diuiduntur: & si ea quibus inhærent, diuidantur interdum, vt scribit Paul. Iurisc. in l. 2. §. & harum, & §. seq. de verb. oblig. & Ulpia. in l. stipulationes non diuiduntur, l. 75. de verb. oblig. lib. 45. §. tit. 1. cum similib.

Sed & Carolus Bouillus libr. 1. introdu. 5. 5. torij Geometriæ. sequentes magnitudinis geometricæ colligit regulas, quas vocat magnitudinis proprietates.

1 Omnis magnitudo actu finita, est continua, & infinita diuisione, partibilis. Eadem verò infinita & discreta. Magnitudo actu dicitur, in eo quod est: potentia autem, veluti animæ nostræ rationi subiaccens.

2 Non contingit aliquando magnitudinem totam, ac omnino esse diuisam.

3 Magnitudinis partes, sunt potentia finita, actu autem semper infinitæ.

4 Impossibile est omnes magnitudinis partes assignari.

5 Magnitudo tota homogenea est, cuius quæli

quælibet pars est magnitudo.

6 Diuisa utcumq; magnitudine, impossibile est ex diuisione eius terminos relinquere.

7 Nulla magnitudinis pars, eius terminus est, nec ullus magnitudinis, eius pars.

8 Impossibile est ex suis terminis, magnitudinem constare.

9 Similares magnitudines dicuntur, quæ sunt eiusdem speciei, ut lineæ plures.

10 Ex punctis nulla magnitudo accrescit.

11 Omnes magnitudines sunt tres, linea, superficies, corpus.

12 Quota est vnaquaque eorum in sua specie, tot habet & terminos, & interualla: prima quidem vnum: secunda, duo: tertia verò, tria.

13 Nec plures tribus esse magnitudines, nec magnitudinem plures quam tres terminos aut interualla habere, est possibile.

14 Sola magnitudinū tertia perfecta est, tres terminos & interualla possidens, cæteræ duæ sunt imperfectæ.

6 Sexta regula, magna negotia, magnis periculis suscipi volunt, Herodotus libr. 7. siue in Polymnia.

Circa magnitudinem maximè versantur Geometræ, & Mathematicæ omnes disciplinae. Item corpora & figuræ illorum. Nam & figuræ magnitudines quædã sunt,

vt scribit Aristoteles 3. de anima cap. 1. Ver-
 fatur & architectura, & omnes artes mecha-
 nicæ & pictura. mensurarum tam liquido-
 rum, quam aridorum considerationes, &
 ponderum. Item omnes animæ virtutes,
 habitus, qualitates, accidentia omnia, &
 substantiæ, & quæ animo metimur & di-
 stinguimus. Sunt & actuum magnitudi-
 nes. Sunt bonorum magnitudines. Sunt
 malorum itidem. Sic delicta alia aliis ma-
 iora, atrociora, &c. Huc etiam omnes po-
 testates, dignitates, iurisdictiones, subie-
 ctiones referri posse constat. Et omnia quæ
 magni appellationem recipiunt, vt magnus
 discendi labor, magna res, magna dignitas,
 magna & summa gratia, vt apud Cicero-
 nem pro Murena. Huc omnia quæ reci-
 piunt magnum, maius, maximum, paruum,
 minus, minimum. &c.

De duratione, siue permanentia.

C A P. XXXII.

Quia omnia quæ sunt, vel esse intelli-
 guntur, ea vel constant, vel apprehendun-
 tur, vel noscuntur, vel fiunt, sub numero
 temporis, quod est mensurationis, quanquã
 enim tempus apud Aristotelicos (quos ego
 soleo irridere, in eo quod dicant, quod fuit
 non

non fuisse, & tempus quod transit non fuisse, veluti implicantes contrarietatem transisse & non fuisse (transire enim non potest quod non est) non sit motus, tamen numerum rebus tribuit & mensuram, vt scribit Aristotel. libr. 4. Physic. cap. 10. & 11. Porro quod spatia diuersa numerari permittit, in tempore vtriusque spatij sit necesse est. Et illius a quo numerari incipit, & in quod definit, quod inter vtrumque est necessario ab vno vsque ad alterum perseueret, oportet. ² Quamobrem & Hebræi vocant permanentiam, *מְשֵׁכָה זְמַן* *mesech zeman* colligationem temporis. Et Aristot. lib. 6. Physic. cap. 2. ad motum temporis, & magnitudinem & quantitatem rei variari docet. Et Plato lib. 9. in Parmenide vel de vno omnium principio, & de ideis, necessarium inquit videtur, quodlibet eorum quæ in tempore sunt atque hoc tali participant, eandem se cum iplo ætatem agere, ac senius seipso, aut iunius fieri. Sic Pindarus, Olymp. ode 2. epode. 1. vocat *χρόνον ὡς αὐτῶν πατέρα*, tempus omnium patrem. ³ Dicimus autem durationem, esse ens vel id, ratione cuius, quod durare dicitur, existentiam quandam demonstrat, vel significat præsens, præteritum, vel futurum, vel vtrumque. In corporibus, durum ad differetiam mollis, illud dicitur, quod

quod tactu non cedit. Et duritiēs illa est qualitas, vt scribit Aristoteles, Meteoron lib. 4. ca. 5. & Plato in Timæo. Hinc dicimus durare, & durationem, in cæteris in quibus non ceditur his quæ accidunt, sed ea contra eadem perseuerant constanter. Sic legimus in sacris litteris, sæpe indignationem durā Simeonis & Levi. Genes. 49. a. vers. 7. quæ non potuit mitigari & molliri cursu temporis, & obsequio Sichemitarum. Et populus duræ ceruicis. Exod. 32. c. 33. a. 34. a & alibi, cor durum, sermo durus, & huiusmodi plura, pro eo quod non flectitur, sed perseuerat in aliquo. Sic durus lābor, durus morbus, qui nobis resistit, & nos succumbere cogit nec cedit pro nutu vel voluntate. Sicque vsurpat Horat, lib. 1. carmi. ode 24.

Durum, sed leuius fit patientia,

Quicquid corrigere est nefas.

Et Lucan. lib. 9. *gaudet patientia duris.*
Et ita alij vsurparunt Latinitatis authores. Atque Galenus lib. 5. faculta. natur. c. 4. tomo 5. corporis tres durities & mollities describit, quas ad alia per metaphoram transferre possimus incorporalia, vel ad rationē apprehensa. Aliud inquit absolutè durum dicitur, vt terra: partim per excessum, vt vnguis calcæ, cornu: partim ad symetrum sui generis vel speciei, vt hoc animal, puta

ff Elephas

Elephas: vel hic homo, puta Hercules: partim ad quiduis obuium collatu, vt Diogenes ad Aristotelem. Pari modo dicitur molle, aut vt summè eiusmodi, aut per excessũ aut ad symetron sui generis vel speciei, aut ad quiduis obuium. Quod fit comparatione eò quod magis vel minus cedit. Et rursum c. 5. eius libri, dura ait prouenire, aut reficcatione, aut cõcretionẽ, aut nimia impletione, aut harum cõiugatione quapiam. Hæc autem in reliquis incorporeis etiam considerari per similitudinem posse, admonuisse semel sufficit. *Quamobrem & Constantinus imperator, in l. i. de fundis rei priua. lib. ii. C. tit. 61. ius dominij firmum & durable dixit. Vniuersis, inquit, cognoscant bis possessiones quas de fisco nostro comparauerunt seu comparant, nullo à nobis iure retrahi, sed propria firmitate possessas etiam ad posteros suos dominij perpetui durabilitate dimitti. Et Vlpian. scribit l. i. de pccm. lib. 48. x. tit. 19. si in detriorem quis conditionem fuerit raductus, eam papam eum subire oportebit, quam sustinuisset si in priore conditione durasset. Ibi durare, in conditione, pro eiusdem esse conditionis, & in ea perseuerare. Et vt facilè ad animũ transferas quæ de corpore dicit Galenus, hoc exemplum cape, quo ad reliqua via fiat facilis. Per excessum, durus animus omninò obstina*

obstinatus erit: per symetron sui generis, qui non facile ac alius apprehendit vel audit: ad obiectum, qui aliquid non apprehendit. Sic de molli animo, per excessum is est, qui omnino est effœminatus, dissolutus, voluptati deditus: respectu quiduis, collatione facta vnus ad aliud.

Diuiditur vel partitionem suscipit duratio hunc in modum,



Sempiterna duratio est Dei, qui semper est, sine principio, medio, aut fine. Et in

quo semper est nunc, non præteritum vel futurum. Nam *antequam montes fierent & formaretur terra, à seculo & in seculum tu es Deus,* inquit, Dauid, Psal. 89. & Iob, c. 36. d. vers. 26. *Ecce Deus magnus vincens scientiam nostrā, numerus annorum eius inestimabilis.* Et rursus Dauid, Psal. 144. *Regnum eius, regnum omnium seculorum.* Omne autem quod semper est, etiam æternū est, quanuis non omne quod æternum est, innatum non sit, vt notat D. Hilarius, lib. 12. de Trinita. Nam & æterna erit nostra vita post resurrectionem, & semper in futurum æterna: sed tamen non ea dicenda semper æterna absolutè, ideoque nec sempiterna qualis in Deo, qui semper & sine principio est æternus. Sic non omne quod æternum est, est Deo coæterum, quia est ipse ipsum æternum & æternitas ipsa, & tempus & dies eò quod ipse, velut causa efficiens sit dierum & temporis creator, vt latè docet D. Dionys. Areopagita. lib. de diuinis nominib. c. 10. Extra tempus Deum esse, constat apertè ex eo quòd Deus est creator & artifex temporum: per consequens, tanto maior tempore & præstantior quantò artifex præstat operi. Porrò nemo dixerit artificem operi subijci, sed cōtra pronutu opus ab opifice corrigi, & gubernari. Deinde tempus est ex cali conuersione, &
solis

solis cursu, vnde dictus annus & mensis, & dies & horæ: vt patet per se, & scribit Macrobius, lib. I. Saturnal. c. 8. & Iulius Pollux, lib. I. Onomasti. c. 7. Cicero, lib. I. de vniuersita. Plato, in Timæo, Varro, 5. De lingua lati. & alij non quod ipsa conuersio tempus sit, sed quia conuersionis mensura, tempus sit, vt fusius disputat Aristoteles li. 4. Phisico. c. 10. & c. seq. Iam verò Deus non est in motu, quia immobilis, sed mouet: quamobrem & supra tempus est, & extra tempus. Omnia namque Deo, & præsentia & præterita & futura, præsentia sunt: & nunquã ei præterita, nunquam futura. Veluti in centro circuli omnia æqualiter vtrinque sine distinctione concurrunt, quanuis circumferentiarum gratia, diuersitatem accipiant, & eadem tamen in puncto & centro sunt. Cuius constituamus exempli causa, vt rudioribus manifestè id doceamus, huiusmodi figuram,



a. punctum significat & Deum, b. præteritum. c. præsens, d. futurum.

hinc lineæ interiacentes, temporum interstitia. Quod pertinet ad nos, longè differt præsens à futuro, & præterito, quia sub linea extensa sumus, vbi longum habet diuisio. Cæterum quia omnia æquè ad punctum referuntur, & punctum indiuiduum est, il-

la erunt in puncto indiuidua : & quia Deus
 veluti punctum est, vnico etiam intuitu si-
 ne diuisione præteriti & futuri, intuetur, vt
 doctissimè ostendit Catharinus Politus, lib.
 de præsentia & prouidentia Dei. Quò sit,
 vt, quia omnia præsentia Deo censentur,
 prophetiæ diuinæ sub verbis præsentis tē-
 poris de futuris conceptæ fuerint. Certa e-
 nim omnia & præsentia sunt antè Deum.
 Et semper *nunc* & est; antè Deum est, non
 erit vel fuit: quia in *nunc*, tempus incipit
 habere ortum, & finem suscipit, vt scribit
 Aristot. 8. Physico. c. 1. in Deo erit princi-
 pium & finis temporis. Nam nunc, princi-
 pium temporis cum fine coniungit. Et ac-
 cidens temporis atque vltimum, omnino
 temporis est, vt idem Aristoteles scribit
 Physico. lib. 4. c. 13. Et tamen ipsum *nunc*,
 pars non est temporis: nam pars metitur,
 ipsum autem nunc non metitur. Ex parti-
 bus præterea constet totum oportet. At tē-
 pus ex ipsis *nunc*, non videtur constare. In-
 super, ipsum *nunc*, quod præteritum distin-
 guere, futurumque videtur, vtrum vnum
 idemque semper permaneat, an aliud sit,
 atque aliud, non discerni facillè potest. Nam
 si sit aliud atque aliud semper, cum plures
 cum plures partes temporis nullæ simul,
 nisi altera contineatur ab altera, perinde
 atque

atq
 atq
 ve
 tun
 run
 nec
 non
 lio
 tum
 sibi
 late
 lib.
 Ecc
 spec
 lib.
 fact
 uerf
 quo
 est f
 tis f
 om
 pus
 ti. T
 Act
 mut
 quoa
 rat,
 adm
 sua

atque minus à maiore tempore cōtinetur, atque id quod nunc quidem non est, antea verò fuit, necesse sit aliquando esse corruptum: ipsa verò nunc profectò simul non erunt, prius autem semper corruptum esse necesse est. In seipso igitur corruptum esse non potest, propterea quòd tunc est. In alio verò nunc, qui fieri potest vt sit corruptum? Sic enim hoc impossibile, ipsa nunc sibi hærere vt puncto punctum, &c. quæ latè scribit de ipso nunc idem Aristoteles lib. 4. Physic. c. 10. Item de Deo dicitur, Ecclesi. c. 36. c. ver. 19. quòd Deus sit conspexor omnium seculorum. Et D. Hilarius lib. 2. de Trinitate. *Omnia, inquit, per ipsum facta sunt, ergo nihil sine illo est, per quem uniuersa cæperunt.* Et in infinito est per quem quod est omne sit factum, Tempus enim est spatij, non in loco, sed in ætate manentis significata moderatio. Et cum ab eo sint omnia, res nulla non ab eo, & idcirco tempus ab eo est. Et rursus audiendus Q. Septi. Tertulianus, li. aduersus Hermogenem. *Æternitas, inquit, immutabilis: non enim demutatur quod sit æternum, amissurum scilicet quod fuerat, dum sit ex demutatione quod non erat, si non esset æternum. Et quod demutationem admisit amisit æternitatem statim, mortuâq; est sua forma. neq; conuersa materia colla in æternitate*

7 *tate est.* Quamobrem dicimus, durationem perfectiorem & longiorem, imò sine fine sempiternitatis, quàm sint cæteræ durationes, quæ variantur, potissimum quæ sub tempore sunt. In quo mutationi omnia obnoxia sunt, nec firma eiusdemue permanēt status diutius. Nam vt ait Creusa apud Euripidem, in Ioue, actu 3. vers. 243. *τὰ θνητὰ ποιάυτ', ὅδ' ἰπ' αὐτοῦ μένεις;* Talia sunt mortalia, vt nihil in eodem statu manent. Et Aelius Spartianus in Seuero imperat. omnium rerum quasi naturali lege dixit esse mutationem. Dōcet id eleganter lib. 3. de rer. natu. Lucretius,

Et quasi longinquo fluere omnia cernimus.

Et paulò post,

Nec remorantur ibi, sic rerum summa nouantur,

Semper & inter se mortales mutua viuunt

Augentur alia gentes, alia minuuntur,

Inq; breui spatia mutantur secula animantum.

Et quasi cursores vitæ lampada tradunt.

Et Plato, lib. 25. in Conuiuio, vel de amore. *Natura, inquit, mortalis semper, & immortalis esse pro viribus nititur: hoc autem generatione duntaxat assequitur, quoniam alterum iuuenem semper veteris loco substituit.* Enimuerò eo ipso in tempore, quo animalium, vnumquodque viuere dicitur, idemque esse, vt à pueritia ad

ritia ad senectutem, quanuis idem dicatur, nunquā tamen in semetipso, eadē continet: sed nouus semper efficitur & vetera exiit secundum pilos, carnem, ossa, & sanguinem & vniuersum corpus. Neque in corpore solum, verum etiam in anima id contingit, moresque & consuetudines, opiniones, cupidines, voluptates, dolores, atque timores continuē permutantur: neque quicquam ex istis idem & simile perseuerat, sed priora quidem abolentur, noua verò succedunt. Et Iustin. Cæsar, l. 2. §. sed quia, de vet. iur. enuc. lib. 1. C. tit. 20. *Humani, inquit, iuris conditio, semper per infinitum decurrit, & nihil est quod in eo perpetuo stare possit: nullas enim formas edere natura deproperat.* Omitto reliquos qui his subscribunt, cuius tamen rei rationes breuiter tres annotari desidero. Prima est ex Dei præscriptione desumpta: altera ex cursu siderum: tertia ex natura rerum. Primam tradit Mercurius Trimegistus, qui in Pymandro sermo. 14. sic scribit, *Aspice precor agricultorem, semina in terra gremium diffundentem, hic triticum, ordeum alibi, alibi verò reliqui semina generis. Aspice eundem, vites, malos, ficusque, repastinantem, atque amputantem: eodemque modo Deus in calum quidem serit immortalitatem: in terram verò, mutationem: in totum denique mundum, vitam.* Secundam tradit

D. Ioan. Damasc. lib. 1. Ortodo. fid. c. 3. *πάντα τὰ ἴσα ἢ κτιστὰ ἢ ἀκτιστὰ, εἰ μὴ ἔν κτιστὰ, πάντω, καὶ τριπτὰ: ὄν γὰρ τὸ εἶναι ἀπὸ τρεπῆς ἤρξατο, ταῦτα τῆ τροπῇ ἐπακείσεται πάντως, ἢ φθαρόμενα, ἢ κατὰ προαίρεσιν ἄλλοιόμενα. εἰδὲ ἀκτιστὰ κατὰ τὸ ἀκολούθως λόγον πάντως καὶ ἀτριπτὰ, id est, Omnia quæ sunt, vel creata sunt, vel increata: si sunt creata, omninò & sunt mutabilia: quorum enim esse à mutatione incipit, ea omninò mutationi sunt subiecta, aut in interitum euntium, aut per electionem, & pro voluntate alterabilia. Si autem sunt increata, & per consequentiam rationis & sunt immutabilia. Tertia ratio est ex Ptolomeo li. 1. Ptolom. quadriper. oper. c. 2. vt sint mutationes in mundo ex duabus materiebus circulo Lunæ suppositis, igne & aëre quæ circundant aquam & terram in æthere, suisque mutationibus vegetabilia mutant. Hinc quatuor anni tempestantes, conceptuum vices, arborum fructus. Item ex eorum volubilitate terra calefcit & frigescit idipsum & contigit in Lunæ incremento & decremento, vt in riuis & mari & corporibus apparet: Item ex erraticarum & fixarum stellarum circumuolutione: in quibus sol præualet cæteris, quem aliæ stellæ quandoque iuuât, nec impediunt. Motus itaque superiorum corporum continuus, mutationem inferioribus*

rib
scr
lic
lat.
vt
uis

Syn
dur

Æ
Æ

Æ
An
Cor
st
ti

Cor
Cor
Cor
Dur
Exi
Firn
Fide

riōribus affert. Quid enim erit stabile, vt scribit Iustinia. in §. vt autem lex, de non alien. aut permu. reb. eccles. in Authen. col. lat. 2. tit. 1. Et ita immobile inter homines, vt nullam patiatur mutationem, cūm omnis noster status, perpetuo motu consistat.

*De abati explanatione eorum quæ
durationem referunt.*

CAP. XXXIII.

Synopsis eorum quæ
durationem habent. His repugnantia.

Æternitas,	} Horum respectu quod terminatio oppositum
Æuiternitas.	
Ætas omnis.	Mors.
Antiquum.	Recens, nouum.
Constantia. Contra-	Inconstantia rescis-
ctus, pacti, Iuramē-	sio, nullitas. Contra-
ti vis.	rium.
Confidentia.	Difidentia.
Consistentia,	Incontinentia.
Continentia.	Mollities.
Durities.	Priuatio, corruptio
Existentia.	aliquando.
Firmitudo.	Infirmitas, debilitas.
Fidelitas.	Infidelitas.
	Immo

	} alia { pro temporis definitiōe vel negotij. sempiter } perpetuo. num } } aternū } mobilitas.		
Immobi litas			
1	Immortalitas.	Mortalitas.	
	Insolubile.	Dissolubile.	
	Nobilitas.	Nuperrima cogni- tio.	
2	Nunc.	Præteritū aliquando	
	Patientia.	Impatientia.	
	Perpetuum } Permanens }	Transitorium.	
	Perseuerantia.	Mutatio	
	Præsentia.	Aliquando.	
	Spes.	Desperatio.	
	Stabilitas.	Instabilitas, variatio.	
	Sanitas.	Infirmitas, morbus.	
	} Temporis } iudicia }	Seculum.	} se inuicem conti- nent & temporū curriculis, & mū- di cōuersione fi- unt, vt scribit Ci- cero l. de Natur. Deor.
		Annus.	
		Mensis.	
		Hebdomada	
		Dies.	
		Hora.	
	Minuta.		
	Atomus.		
	Vita	Mors.	
	Ad hunc abacum & synopsim quoque du- rationis, sicut in præcedente magnitudine, coniectanea		

coniectanea quædam in gratiam rudiorum
annectemus.

Æternum, immutabile est, quales sunt
Deorum naturæ inquit Galenus in Isago-
gi. lib. an qualita. incorpo. sint Et Cicero l.
de natu. Deorum. ostendit durationem æ-
ternitatis, his verbis. Fuit quædam ab infi-
nito tempore æternitas, quam nulla circū-
scriptio temporum metiebantur. Spatio ta-
men qualis ea fuerit, intelligi non potest:
Quod ne in cogitationem quidem cadit, vt
fuerit tempus aliquod nullum cum tēpus
esset. Et Philo Iudæus lib. de mundo *ἐν αἰώ-
νοις*; inquit, *ὅτι παρῆλυθεν ὁ δειρ, ὅτι μέλλει,*
ἀλλὰ μὴ νομῶφίσκει, id est, *In aeterno nihil nec*
præteritum est, nec, venturum est: existit verò
atque in rerum natura est. Et Lactantius Fir-
mia. lib. de opifi. Dei c. 17. *Quicquid viget*
moueturque per se semper, nec videri aut
tangi potest: æternum sit necesse est. Æter-
numque quidam scribunt per e, non per
diphthongum æ, dicentes eternum com-
positum ab e, & terminum, quasi extra ter-
minum vel terminos. Notandum tamen est,
verbum, æternum & sempiternum, etiam
assumi improprie, pro spatio quodam tem-
poris definito, longæuo tamē, vnde & Pli-
nus lib. 13. c. 5. de cedro loquens: materiae
eius esse dixit æternitatem. Et ideo inde
antiq

3 antiquos simulachra Deorum factitalle. Est etiam æternum dictum id, in quo subrogatione alterius res quodammodo ita æterna & perpetuo subsistens dicitur, vt scribit Paulus in l. eū debere. l. 31. de seruitut. vrb. præd. lib. 8. §. tit. 2. Ideo imperator dixit æternitatem principis, durationem imperij, l. 1. de fabricens. li. 11. C. ti. 9. Et alius imperator Gordianus, æternales vultus, imagines Imperatorum, quibus numi percutiuntur. in l. fi. de veter. numisma. potest. lib. 11. C. ti. 10. Censebant enim imperium, ea successorum substitutione perpetuum. Vt in sedibus episcopalibus semper dicitur idem obseruari, quod pariter à successoribus recipitur, apud Iustinia. in §. fin. quomo. oport. episcop. in Authē. collat. 1. tit. 6. Sic etiam in sacris literis, æternitas & æternum proprie de Deo dicitur: quia hic habitat æternitate. Iesaiæ. 57. c. vocat etiam Daniel, c. 12. a. vers. 3. vitam æternam, quæ in Deo est, perpetuas æternitates, quia vt scribit Dauid, Psal. 101. *Tu autem Domine in æternum permanes.* Et Aristoteles, Metaphys. lib. 12. c. 7. *Quare, inquit, æternum est primum calum. Cum verò id quod mouetur & mouet medium sit, est etiam aliquid, quod non motu mouet, quod æternum substantia & actus est.* D. Hilarius lib. 1. de Trinitate ab essentia, Dei æternitatem comprobatur, dum ait, *Nihil aliud*

aliud proprium magis Deo, quam esse intelligitur: quia id ipsum quod est: neq; desinentis est aliquando, neq; capti. Et id quod cum incorrupta beatitudinis potestate perpetuum est, non potuit aut poterit aliquando non esse. quia diminutum omne neq; abolitioni, neq; exoratio obnoxium est. Et cum in nullo à se desit aternitas, dignè hoc solum, quod esset, ad protestationem incorruptæ suæ aternitatis ostendit, dicens *Mosè*, Ego sum qui sum. De quo docuimus latè in principio finitionis bonitatis. Interdum etiam aternū dicitur, quod finem habet & continuū perpetuò non est, sicuti *Rabi Mosces Ægyptius* tradit. Sic terra peregrinationis, aterna promittitur semini *Dauid*. Sic perenne regnum semini *Dauid*, ablatum tandem sub aduentum **CHRISTI**, imo celeriter de domo *Dauid* ereptum, si simpliciter & ad literam interpretemur. Minatur & Deus in aeternum non remansurum spiritum suum cum homine *Genesis* cap. 6.a. vers. 3. &c. Notandum autem aeterna priora esse corruptibilibus, nihil verò aeternum, potentia est, ut scribit *Aristoteles* libro nono *Metaphysicor.* cap. nono. Notandum etiam aternitatem Dei non fuisse post Deum, sed cum Deo, & ita Deus est sua aternitas. Sic *Aristoteles* libro duodecimo *Metaphysicor.* textu 39. tradit

Deura

Deum esse vitam suam, & textu 49. & Deum esse, esse suum, & textu 39. quæ duratio, inquit, continua & æterna existit Deo, hoc Deus. Quod annotare volui ne quis decipiatur in eo quod scribitur in lib. de causis proposit. Secunda, cuius libri ferunt fuisse authorem Arabem philosophum Algazellem, siue Al pharabium vel Auen Pace, esse Dei, esse supra æternitatem, dum scribitur, omne esse superius, aut est superius æternitate, & ante ipsam: aut cum æternitate, aut post æternitatem, & supra tempus. Quod & dixit & probat Proculus, li. de elementation. Platonis: nisi intelligimus Deum esse ante æuum æternū, id est, ante id quod participatiuè æternum dicitur, vt etiam D. Diony. Areopa. cap. 10. de diuinis nominibus scribit, *Deum esse ante æternum & æuum*, quod de æterno participatiuè intelligit D. Thomas, in commentariis eius capitulis: quod conuenit substantiis immaterialibus, non de æterno essentialiter, quo solus est Deus æternus. Et hoc omne me docuit Chrysost. Iauellus. comment. suis in libr. de causis in 2. propositionē scribens.

Æuitas dicitur ab æuo: æuum autem à verbo Græco *αἰών*, reiecta littera u, & est annofitas, vel vita longior communis. Et D. Hierony. in cap. 26. Ezechiel. scribit, æuum, vel seculum esse 70. annorum. Festus, M.

Terent

Terētius Varro lib. 5. de Ling. lat. seculum, spatium centum annorum vocarunt, dictū à sene quod longissimum spatium senescendorum hominum id putarunt. Æuum ab ætate omnium annorum: hinc æuiternū, quod factum est æternum. Id ait Chrysi-
pus esse αἰών. Et ita Iustinia. Cæsar in l. 2. §. omni igitur, de vet. iur. enucl. lib. 1. C. tit. 20 suum omne æuum dixit, pro tempore vitæ suæ, & omnium aliorum. Hocq; facilius colligere quis poterit, ex epigrammate quod adscribitur Virgilio, in fine operis eius de ætatib. animalium.

*Ter binos deciesq; novem superexit in annos
Iusta senescentem, quos implet vita virorum.*

Hos novies superat viuendo garrula cornix,

Et quater egreditur Cornicis secula Cervus.

*Alipedem ceruum ter vincit coruus: at illum
Multiplicat novies Phœnix reparabilis ales*

Quam vos perpetuo decies peruertitis aeo,

*Nympha Hamadryades, quarum longissima vi-
ta est.*

Hi cohibent fines vitæ fata animantium,

Cetera secreti nouit Deus arbiter aui.

Cur autem aliqui centum, aliqui pauciores seculo tribuant annos facilis ratio est, ex eo quod aliquibus in locis diutiùs, alibi minùs uiuant homines: quodq; prioribus seculis longior esset senectæ: remansit tamen se-

culi communis cētum annorum æstimatio, Quamobrem & erant ludi seculares, qui post centesimum annum, vel centesimum decimum fiebant in omnibus theatris Romæ, & oblati ordine sexus, die noctuq; sacrificiis, quæ dicabant antiqui Romani idolis, positis in campo Martio, vt scribit Zozinus, Pompeius, Festus, & alij, vocanturq; hymni qui canebantur tunc, secularia carmina, quale est illud carmē seculare Horatij. Vocabant & sua idola antiqui, Deos æuiternos: quod æuo sempiterno permanere illos, falsò tamen, arbitrarentur. Sic Ennius, sic Apuleius vocant, vt potè existimantes illos in sublimi vertice ætheris locatos, ab humana prorsus contagione discretos, cum tamen sint illorum Dij in profundo Dæmonum, pœnis condignis castigati. Seruius æuiternos, quasi euintegros arbitratur dictos ab Ennio, vt annotauit P. Crinitus, lib. 12. de honesta discipl. cap. 13. & Lilius Gregor. Gyraldus in histor. Deorum syntagma 1. *Æuitatem & leges dixerunt, de annorum numero obseruationem.* Sic enim lex antiqua dicebat, *æuitatem annali lege seruant.* Ea enim lex erat quæ centū constituebat annorum numerum, vel pro capescendo magistratu, vel de militia sacramento soluendo. De quibus per totum 13. lib. 8.

de

de
fec
vñ
rip
tin
mu
Sat
ran
fed
de S
ait,
fati
stud
Sun
fran
bui
Sun
Ergo
occid
riet
mer
scen
sene
Arist
bus t
sene
totid
spati
limit

de honesta discip. tractat P. Crinitus. *Ætas* secundum antiquos Saturni, κρονὸς quæ si χρόνος, id est, temporis filia. Sic enim scribit Euripides, actu 4. Herclida. vers. 115. πολλὰ γὰρ τίπτει μοῖρα τελευτιδίοσφ' αἰών τι πρόνυ πῶς, multa enim producit fatum omnia finiens, & *ætas Saturni filia*. *Ætatem* esse omnem mensuram temporis & durationem nemo dubitat, sed ex inferioribus latius Cic. in Lælio vel de Senectute, *ætates* quinque describit, dum ait, *Omnino enim, ut mihi quidem videtur, omnium satietas, vita facit satietatem, sunt pueritia certa studia, num igitur ea desiderant adolescentes? Sunt & iuuentis adolescentia, num ea iam consistans requirit ætas qua dicitur media. Sunt etiam huius ætatis, ne ea quidem in senectute quaruntur. Sunt autem extrema quedam studia senectutis. Ergo, ut superiorum ætatum studia occidunt, sic occidunt etiam senectutis. Quod cum euenit, satietas vitæ tempus maturum mortis affert.* Numerat hic itaque Cicero pueritiam, adolescentiam mediam, consistentem ætatem, senectutem primam, & extremam ætatem. Aristot. 2. Rhetor. ad Theod. cap. 12. eas tribus tantum concludit, iuuentute, virilitate, senectute. Seruius Tullius Romanorum rex, totidem etiam ætates tantum fecit. Sed eas spatio, quod ad bellorum normam faceret, limitauit; atque inde ab anno 17. quos ido-

neos esse iam reipublicæ arbitraretur, milites scripsit: & minores, pueros esse existimauit: & à 17. vsque ad quadragesimum sextum, iuniores: supra eum annum, seniores appellauit, authore Tuberone libr. historix prim. quem refert Aul. Gellius libr. noct. Attic. II. c. 28. Chaldæi vniuersam hominum ætatem ad planetas septem. & per consequens septem cõstituunt ætates, quarum cuiusque durationem secundum Crinitum libr. 23. de honest. discip. c. 12. sic mentiuntur.

1 Luna, inquit, ab ipso natali, vsq; ad quintum annum ætatis, moderatur atque disponit p̄ quinquen-

nium	5	} nostri inquit Crini- tus tri- buunt	} Infantiam, Lunæ: Pueritiam, Mercur. Adolescentiã; Vene- Iuuentam, Soli: Virilitatẽ, Martis: Senectutẽ, Ioui: Senium, Sa- turno. Hippoc
2 Sequens Mer- cur. per decẽ.	10		
3 Venus per an- nos octo,	8		
4 Sol Vndeui- ginti	21		
5 Mars quinde- cim	15		
6 Iupiter duode- cim	12		
7 Saturnus reli- quũ vitæ tem- pus	71		

Hi
bi
in
tat
lid
tit
ma
rin
ter
igr
que
est,
tim
Vir
an
nor
prio
cess
ficc
gid
qua
puli
poc
tibu
test
cap
his
nib.
atat

Hippocrates lib.7. de victus ratione, & alibi septem illas approbat ætates : verum ille in tres easdem colligit, in pueritiam, virilitatem, & senectutem : pueros constare calidis & humidis dicens, quoniam his constitit & crevit. Nam calidissima & humidissima sunt, quæ proxima generationi sunt, plurimumq; crescunt, hisq; accedentia similiter. Calidus quidem est adolescens, quod ignis, aquam superavit : fectus autem est, quod puerile iam humidum consumptum est, partim in corporis incrementum, partim in ignis motum, partim in laboribus. Vir autem frigidus est & fectus, quod calor amplius non superat : corpus e propterea non crescit, propterea friget. Siccitas enim prioris ætatis inest, sequentisq; & aquæ accessus nullam habet humectationem, quod fectis & humidis superatur. Senes vero frigidi & humidi sunt, quod ignis discessit, aqua accessit, quæ sua humiditate fecta pepulit, humida confirmavit. Hastenus Hippocrates. Sed brevius, quæ de septem ætatibus senserit Hippocrates, referri non potest, quàm à Julio Polluce, lib.2. Onomast. cap.1. & Philone Iudæo libr. de mundi opif. his verbis, *Hippocrates medicus ait, lib. de carnib. & libr. de septimestrio paratu. septem esse ætates, infantis, pueri, adolescentis, iuuenis, viri,*

senioris, senis : harum mensuram, septimanas annorum, non tamen deinceps. Sic autem dicit : in hominis natura septem sunt tempora, quas aetates dicunt, infantia, pueritia, adolescentia, & reliqua.

Infans est donec intra septenniū dētes amittat. Græce, 1 παιδίον.

Puer vsque ad genituræ excretionem, ad geminatum septennium. 2 παῖς.

Adolescens vsq; ad barbæ hirsutiem, ad annum ter septimum. 3 μετράπιον.

Iuuenis vsq; dum crescit totum corpus ad quater septimum. 4 πωρίσιον.

Vir vsque vnde quinquagesimum ad septies septimum. 5 ἄνθρωπος.

Senior vsque ad sextum supra quinquagesimū ad octies septimum. 6 γέρων.

Ad senium pertinet quicquid deinceps sequitur. 7 πρῶβοντι.

Senium viam ad mortem dixit Galenus tomo 4. lib. 2. temperam. quia cum mors sit caloris extinctio, senium talem tabem habere omnes conueniunt, quamuis de puerorum & florentium temperatura, non ita facillè medici conueniant : scribit enim ibi, adhuc sub iudice litem esse, num pueri calidiores

diores sint florentibus ætate, vel contrà. Et ibi rationes vtriusq; sententiæ profert, meminitque de omnibus septem ætatibus sæpe sparsim idem Galenus: verumtamen in Isagogicis, finitionibus medicis, (siquidem illæ Galeni sint) in ætates quatuor cogit, & ibi,

- 1 Iuuenum, qui temperatura calidi & humidi, similes veri.
 - 2 Vigentium, qui calidi, & ficci, similes ætati.
 - 3 Mediorum qui frigidi & ficci, similes autumno.
 - 4 Senum, qui frigidi & humidi, similes hyemi.
- | | | |
|---|--|--------------|
| } | hic perfe-
ctū ani-
mal abū
dat | 1 Sanguis |
| | | 2 Bil. flaua |
| | | 3 Atra bil. |
| | | 4 Pituita. |

In 1. ætate animal augetur,

In 2. auctum & perfectum animal,

In 3. modus seruatur.

In 4. minuitur animal.

Cæterum Galenus, non omninò posse semper ex annorum curriculo, ætates distingui ait, quia citius vel tardius pro temperatura facultate impariter homines ad signa, veluti dentes, pubem, barbã, & huiusmodi perueniunt. Scribit autem id variis in locis, potissimum tom. 2. lib. 6. de sanit. tuen. ratioq; illi est, naturæ obseruatio. Aristoteles etiam lib. 7. Politic. fin. non probat eos qui hebdo-

madibus diuidunt ætates, sed sequendam
 naturæ diuisionem, quanquam ipse eodem
 terminet infantiam 7. annis, deinceps sta-
 tuat pubertatē aliam vsq; 21. ad annum. Ac-
 cidunt adhuc his diuersæ aliorum opinio-
 nes circa ætatum distinctiones, insuper Var-
 ro quinque tantum putat, diuisis his, extre-
 ma excepta in annos quindecim. Solon Phi-
 losophus decem posuit, quibus, Staseas Pe-
 ripateticus addidit duas. Fuerunt & aliæ sen-
 tentiæ, de quibus videndus D. August. libr.
 22. de ciuita. c. fi. & lib. de Genes. c. 23. & Cen-
 10 sor. c. 12. De die natali. At ne sub dubio, no-
 stram conuieam sententiam existimo ego
 ueriores esse & magis secundum naturam,
 eam quæ septem posuit discrimina vitæ in-
 tegræ. Rationes à me plures adferri possent
 ex nostra arte paratæ. Sufficiet tamen pau-
 culas attulisse. Prima erit, à rei natura, nam
 homo, naturales pauciores vel plures, quàm
 septem, non habet variationes. Prima est
 illa quæ dum homo in mundum produci-
 tur, quanuis dentes habeat sub gingiuis la-
 tentes, non tamen eos statim exerit, sed post
 modum circa septimum annum: erit igitur
 & sequentibus nobis naturam, primus gra-
 dus perfectionis hominis. Post annum se-
 ptimum, natura adhuc corpus illud molle,
 & veluti lineis quodammodo confusum re-
 manen

manentibus, expolit, quod crassum & veluti mixtum distinguit, vt videmus in puerulis, qui ferè rotunda figura in præstantiorem formam eriguntur, incipitq; tandem aliam virtutem ad sui conseruationem producere natura, nempe partes illas pudendas, quæ, quia hinc perficiuntur; nobis alium gradum perfectionis etiam reclamantibus indicat. Postea ad tertiam se vim præparat, & cum inferiora perfecit, ad superiora maiore vi transit, & pilos educit & barbam, vel lanuginè mentum operit: & hoc adhuc signum, non potest nisi à cæcis calumniari, alterius esse succedentis perfectionis. Erit igitur is tertius gradus, à quo adhuc ad quartum se accingit natura, & reliquas corporis partes in latum protendit, & singula ornat. Et quia vltra ad aliam corpoream perfectionem non extendit sese, ætatem videmus sequi quintam, quam dicimus consistentem & virilem, quasi quæ maioris vis, virtutis, & efficacix sit: ibi enim moram videtur agere natura vt ad summum gradū perducta, suos æstus in sese reducens, quantumuis perpetuò sit in motu: sed quia in medio ætatis illius, dum vltra progredi natura fas non datur, dum iter quo venerat repetit, magis circa punctum morari videtur, & firmitior ibi est, vbi bis reperitur, quàm vbi semel

mel graditur. Accessio enim & regressio cum simul cōcurrunt in extremitate, multiplicāt robur, quod simplex est in accessione sola & regressu. Et ideo maior vis ætatis virilis, vbi incipit regressio, & desinit accessio, quam in reliquis ætatibus, veluti in verticuli puncto vel Zenith nostro, Sol ardentius radios iaculatur, quàm cum ascendit, vel descēdit ex hemispherio. Quia cum in puncto verticali accedit, nos & accessione & recessu vtimur, in ascensu & descensu, non item, & in salo in portu vehementiores vndarum impetus, dum se ad litus confringentes duplicant accedentes, & statim reiectæ impetu: sic in corpore humano extremæ partes magis sensibiles, dum sanguis vltima contingens cum vltrà redire nequit, per easdem vias rediens, in se redit. Dehinc hanc virilem ætatem & diei vitæ nostræ mediū, sequitur occasus iisdem mediis descendens & gradibus, quibus ascendit. Et dum incipiunt vires minui, capilliq; albicare, quis est tam stolidus qui non dicat continuò mutationem naturæ fieri? & quia calor natiuus minuitur vnde sanguis procedit, vt ait Galenus tom. 7. in Aphorif. 12. Hippocra. lib. 6. aphorismo. Dicunturq; senes quasi semi neces, & quasi sanguine priuati pro parte, subitq; pituita, tunc corpus humor

humor albus permeat per cutem vsque ad capillos, quos decolorat. Cani namque capilli propterea albescunt, quod longo tempore humor, qui in homine inest, liquescit, candidissimusq; excernitur. Et caro cum quancumq; humiditatem trahat candidam atra niue, capillum pilumue sic inficit, vt scribit Hippocrates, lib. de pueri natura. Cutis hoc vitium quod canos pilos reddat, vitiliginem vocat Aristoteles, lib. 3. de histo. animal. cap. 11. & rursus lib. 3. de histor. animal. cap. 11. & rursus lib. 5. de generat. animal. e. 4. idem repetit alibi, aitq; caniciem ætatis esse inopiam & exilitate caloris contrahi, vt omnis ætas labitur in frigiditatem, cum iam corpus inclinatur & senescit. Senectus enim frigida est & sicca. Non ergo possumus aperte minutionem virium corporis & membrorum quæ vltimò creuerant, videre. Sed natura illud nobis in facie signat, & quod ante ætatem virilem vltimum productum erat, illud in regressu primum vitiatum aperte. Sic incipiunt canescere pili circa tempora: pubes autem quæ primum incepit, nouissimè canescit, vt scribit idem Aristoteles lib. 5. de histor. animal. c. 3. & lib. 3. de hist. animal. c. 11. Hæc postea sexta ætas, vltimam trahit: & quia terra fuit homo, quiaque dentes primum signum gradus emi
fit

fit, sic etiam postremum signum extremæ
 vitæ, insinuatur, dum incuruus senex gra-
 ditur, & manus genibus iungere paulatim
 incipit, quia & in hunc modum natus est,
 manibus ad genua & os cōuolutis. Demum
 dentes excutiuntur, caligant oculi, paula-
 tim sensus recedunt ministri vitæ, sarcinæ
 componuntur & conglomerantur, neque
 quis vltro potest gradus vitæ statuere. Et
 14 quia homo est veluti planta inuersa, vt ait
 Plutarchus libr. de exilio. & Plato, quanuis
 non immobilis, nec terræ infixæ à plantis
 rursus septem graduum ætatis ordinem,
 doceo. Ex terra primum planta surgit, dein
 furculum quendam attollit informem: ter-
 tio, in furculo luxuriat, & semen quodam-
 modo intra librum & materiam generat:
 quarto auget vestitq; corpus totum foliis,
 veluti pilis & floribus ætate virili. Quinta,
 cōcoquit, digerit flores & fructus producit,
 idq; à verè in æstatem transiens. Demum
 sexta ætate, in autumnus canescit, folia vi-
 rida dealbantur, decidunt. Septima calore,
 omni truncus destituitur, isq; se ad radices
 15 ex corpore subducit. Quod si forsitan plan-
 tarum nec hoc tibi persuadeat exemplum,
 contemplare mundum vniuersum & ma-
 gnum, & confer paruum cum illo. In pri-
 mis Sol qui ætatem perficit diei, in cælo pri-
 mum

mum crepusculum emittit, dum incipit tenebras lustrare: postea aurora apparet rubicunda, ex iubare maiore solis: tertio solis facies hemispherium aperte conscendit similis iuueni splendido. Quarto dehinc Sol verticem capitis nostri accedens, iam maiores sui caloris radios iaculatur & exerit. Sed dum ætatem quintam agit, & in vertice pendet, tunc vim duplicem habere videtur: donec sexta ætate videmus illum ad Occidentem demergi. Qui cum illius stellam occultauerit iubar, paulatim tenebris oculitur omnino. Agè dum, conferamus totam mundi creationem cum microcosmo, ex Genesi.

1. Prima die creauit Deus cælum & terram simul, materiam inquam & formam: prima ætate etiam omnia quæ in homine sunt simul, & quodammodo impolita nata sunt, vbi tamen lux distincta à tenebris, & homo distinctus à belluis luce rationis & animæ immortalis. Secunda die, diuisæ sunt aquæ ab aquis. Secunda ætate, diuisa est aqua sperinatica ab vrina, scilicet, quia tunc in secunda pubertatis ætate ad coniunctionem vir incipit esse aptus: vel diuisus est humor viscosus ille, quo fiunt pili, vt scribit Aristoteles lib. 3. animal. cap. 11. Et sic fuerunt pili congeniti, quales sunt, vt idem eodem, capilli superciliorum & palpebrarum, diuisa à pilis

à pilis genitis qui sunt in pube: secundo in alis, postea in mento. Nascuntur autem illo ordine. In tertia die, congregata in locum vnum aquæ quæ sunt in terra, & aperuit arida, terra germinauit herbam virentem, & fecit fructum. In tertia ætate adolescenti adest copia seminis, & herbæ terræ nostræ, nempe pili crescunt, & generatio præstans fit ea ætate. In quarta facta luminaria magna, & stellæ: in ætate quarta, perficitur integra forma, qua apparet, veluti certo lumine qualis quis futurus sit. Quinta die produxit aqua Dei iussu cete grãdia in mari, & omnem animam viuentem, & reptile, pisces. In quinta ætate virili, omnia grandia & perfecta opera perficiuntur hominis in hoc mundo, qui aquis multis cõparatur. Sexta die, terra produxit quadrupedia, iumenta, reptilia, & alia terrena animalia, & hominem. Sexta ætate homo quadrupedibus assimilari incipit, & in terram pronus deiicitur, inde ac si cū quatuor pedibus ambulare vellet, cognoscitque se hominem, id est, corruptioni terrestri obnoxium, excepta anima. Septima die quieuit Deus ab omni opere creando: sic septima ætate, homo, de quo dictum est, participatiuè, *Ego dixi dy estis in terra*, quieuit ab omni opere nouo, & sepulchro otiosus includitur. Et

hæc

hæc
psa
ro
posi
sit
sult
tiur
tra
dof
iur.
est,
&c.
pler
ritia
te.
& qu
etian
men
ritia
mun
tor,
ftima
berta
men
& vlt
I4. Q
datur
& cib
apud

hæc certè per se nota sunt & rationibus sei-
 ipsa manifestant. Iurisprudentiæ tamen ty- 17
 rones, à me suæ artis testimonia adhuc ex-
 postulat: quamobrem vt satisfaciam, quanta
 sit duratio omnisque ætatis apud iuricons-
 ultos exponam. Infantiam igitur ipsi me-
 tiuntur spatio etiam septem annorū, & in-
 tra horū fines illam concludunt. Sic Theo-
 dos. & Valentina. in l. si infanti. lex 18. de
 iur. delib. lib. 6. C. tit. 3. scribunt, *Si infanti*, id
 est, *minori septem annis, delata hereditas fuerit*,
 &c. Pueritiã etiam concludunt 14. annis. vt
 plerunque & minorem 14. annis intra pue-
 ritiam censent. in cano. pueri, l. q. 1. in 2. par-
 te. decret. Grat. iuncta glo. & cap. 3. de ætat.
 & quali. lib. 1. Decret. Gregor. tit. 14. iuncta
 etiam glos. & similib. ibi nota. Vlpianus ta-
 men quod pertinet ad postulationem, pue-
 ritiam protendit vsque ad decimum septi-
 mum annū. in l. 1. §. Initiū autem fecit præ-
 tor, de postu. lib. 3. §. tit. 1. & Modestinus exi-
 stimat pueritiæ appellationem vsque ad pu-
 bertatem protendi: interdum fauore ali-
 mentorum pueritiã ad 18. annum produci
 & vltra in masculis, & in fæminis vsque ad
 14. *Quamuis*, inquit, *communiter non ita exten-*
datur. vt scribitur in l. Mela ait, l. 14. de alim.
 & cib. leg. lib. 34. §. tit. 1. Pubertas autem 18
 apud Iurisconsultos dicitur quod aliis ado-
 lescent

lescentia, quæ communiter incipit à decimo quarto anno, vsque ad 25. in masculis; in fœminis, quæ citius pubescant, à 12. anno. ætas enim illa sufficiens vt plerunque existimata est, ad pubem, id est, lanuginem, circa pudenda emittendam: quanuis alij citius, alij tardius pubescant, vt notant ex Isodoro in cap. puberes, de despons. impub. lib. 4. Decre. tit. 2. Et antiquitus non ex annorum ferie pubertas diiudicabatur, sed ex corporis inspectione, quæ quia turpis visa est, cum in masculis, tum in fœminis, sublata tandem est, annorum præfixa certo numero, in quo communiter & mares & fœminæ pubescere certum est, vt scribit Iustinia. in §. 1. quib. mod. tut. fin. lib. 1. Instit. iur. ciu. tit. 22. & in l. fin. quando tuto. vel curat. esse desi. lib. 5. C. tit. 60. Quamobrem & plenam pubertatem 18. annorum dixit, in qua quis verisimiliter generationi aptus esset. in §. minorem, de adopt. lib. 1. Instit. iur. tit. 11. Ante autem hanc pubertatis ætatem, dicunt leges impuberes etiam illos quos diximus pueros: veluti etiam puberes dicunt, minores 25. annorum, & constat ex titulis de minor. 25. annor. Iuuenes dicunt etiam maiores 25. annis Iurisconsulti, vt in l. 1. & 2. si maior fact. alienat. rat. habuer. lib. 2. C. tit. 46. cum similib. infinitis. Dicuntur

& maiores absolute, qui in virili sunt ætate
 vt tit. ex quib. cau. maio. in integ. restitut.
 lib.2. C. tit. 54. virum tamen dicunt, vt La-
 rinitatis authores, & eum qui aptus est ne-
 gotiis reipub. & qui vxorem habet. Sed hæc
 latius perfequi non licet per otium. In 60. **21**
 anno facultatem generandi liberos termi-
 nant leges ex Vlpiano. in l. si pater, l. 15. §. fi.
 de adopt. lib. 1. w. tit. 7. Maiores septuaginta
 omnino negotiis ferè gerendis inutiles ha-
 bent, vt constat ex l. i. qui ætate se excusant
 lib. 5. C. ti. 68. & Iustin. §. ite, n maior. de ex-
 cusat. tuto. lib. 1. Instit. tit. 25. cum similib. ibi
 nota. Hancque ætatem infirmiam senum si-
 cuti puerorum dixit Paul. Iurisc. in l. ciuita-
 tibus l. 125. de leg. 1. lib. 30. w. tit. 1. Sunt & se- **22**
 culi ætates, de quibus de pœnitentia supra
 tractantes, aliqua diximus in bonitate. Sunt
 imperiorum vt imperio Romano tribuit
 Florus. in epito. in prologo. Sunt & reli-
 quarum rerum spatia, & durationes certæ
 vitæ & mortis, quia sub mobili tempore de-
 gunt: huic antiquum, huic nouum.

Constantiam sub duratione posui, neque **23**
 equidem valde laborandum in probatione
 est: quia verbum ipsum compositum, à si-
 mul stando id denotat. ita cōstans est is, qui
 firmi, tenacis, & perseuerantis est propositi
 vir: & constantius versatur in resistendo
 h h volupta

voluptatibus, vel alijs, à quibus se abducit: Hinc contrarium constitues inconstantem & mobilem, omnibus sese sine firmitate subijcientem, nec in voluntate perseverantem, vt scribit Aristot. li. 7. ethic. ad Nicom.

24. c. 7. Huc pertinent promissiones, pacta, iuramenta, & alia quæ perseverantiam constantis voluntatis indicant: vt de iuramento potissimum in ca. incommutabilis, & c. innocens. scribitur tota 22. q. 4. cum similib. infinitis ibi notatis. De reliquis contractibus & illa est regula generalis, ab initio liberum pacisci, postea durationem necessario pacti induci. l. in commodato, §. sicut commod. lib. 13. w. tit. 6. & l. sicut ab initio, de action. C.

26. Continentia etiam durationem indicat, ita dicta, quia perseverando statum eundem teneat, & consistit in superando, cedere nescia. Et proinde si superatur voluptatibus, vel alijs rebus dicitur incontinentia, teste Aristotele. li. 7. Ethic. ad Nicom. c. 7. Cum pertinace continens conuenit, quod uterque durat in sententia: cæterum differunt quod pertinax in sententia etiam falsa durat, nec hinc auelli potest: continens autem iuste persuasioni cedit, Eod. lib. 7. Aristotel. c. 9. Sicuti incontinens cum intemperante communicat, quia uterque cedit firmitati

firmitati: verum & distincti, quod incontinentem facile facti pœniteat, intemperans autem in voluptate perseveret. De castitate & continentia diximus, cum de bono honesti supra docuimus. Et Cicero continentiam, virtutem esse quæ voluptati resistat, scribit. lib. 5. Epistol. ad Atti. epist. omnium 105. Exempla continentium circa pecunias & voluptates, adfert Valer. Maxi. libro 4. c. 3. Confidentiam, dixerunt firmatam & duratam fidem in aliquo, unde plerique & ferè omnes antiquorum, confidentiam pro audacia sui & fiducia obdurata posuerunt. Et aliquando pro temeritate, quæ dum in se nimium fidit, in pericula ingentia se coniecit. Aristoteles eum confidentem dicit, qui non metuit vt decet, nec quando decet, nec quomodo decet: sed perseverat sine discretionem. libr. 2. Ethic. ad Eudemum. Quodque minus quam deceat timeat, & magis quam oporteat, audeat: unde & audax dictus, & audacia confidentia. Vt idem scribit 3. ethic. ad Eudemum in principio. Et sicut fiducia timori contraria est: sic id cui confidimus, ei quod timemus. Aristot. lib. 2. Rhetor. ad Theod. c. 5. Potest tamen confidentia in bonam partem, intelligi. Sic enim lib. 4. Tuscul. quest. Cicero usurpauit, *Vt, inquit, confidere decet, ita & ti-*

mere non decet. Atque existimo, confidentiam & fiduciam variè audiri ratione subiectorum, & nostræ vel veræ vel falsæ conceptionis, vt dum dicitur, *non esse confidendum in principibus, in filijs hominum in quibus non est salus,* Psal. 145. & alibi, Micheæ. 7. *Nolite confidere in duce,* &c. Item dum confidit quis sibi ipsi, neq; vires suas cum imminente periculo metitur, ille est nimium confidens & imprudens: cùm autem quis confidit in Dei adiutorio, vel alteri medio negotio sufficienti, bona erit confidentia, vt Dominus noster **I E S V S C H R I S T V S** Ioan. 16. g. dixit, *Confidite, ego vici mundum.* Math. 9. e. &, *Confide filia, remittuntur tibi peccata,* **Quamobrem** & Aristot. lib. 3. ethico. ad Nicoma. c. 7. confidere, inquit, benè sperantis hominis est. Circa igitur hæc versatur & audax, & meticulosus, & fortis.

- 28 Consistentia durationem refert. Id enim quod non fluit, nec dilabitur vel separatur, sed stat firmum, consistere dicitur. Sic aluum consistentem dixit Cato, lib. de re rusti. c. 125. loquens de vino myrtheo: *Hoc vinum ad aluum crudam, & ad lateris dolorem, & ad caliacum, & si aluus non consistat.* Et consistentem morbum, qui nec crescit nec decrescit, sed in eodem statu permanet, dixit Galenus tomo 7. commentar. in I, Aphor. lib.

lib. 2. aphorif. Hippocra. Et omnes medici, consistentem dicunt ætatem, quæ nec crescit nec decrefcit, scilicet mediam. Sic consistentiam dicunt vrinæ, & vini, & similia: quod & ad animi opera non ineleganter transferri didiscimus. De duritia & molitie, satis in principio durationis diximus.

Existencia, durationem etiam arguit. ²⁹ Item præsentia, permanentia, hæc enim rem vsque ad nos & nostrum tempus venisse indicant: nec eget hoc probatione, sicut nec quod nunc est. Corruptio, & aliquando, respectu præsentis, durationi opponuntur, durationem tamẽ fuisse arguunt, quia si desierunt, & fuisse consequens est. Dehinc in generatione corruptione penitus absurdum esse videtur, si corrumpi continuo generatum, nulloque in tempore permanere necesse est, vt ait Aristot. li. 5. Physico. c. 1.

Firmitudo dicitur stabilitas, constantia ³⁰ quæ non facile loco mouetur a loco vel à proposito inde firma vina, durabilia, solida, vt apud Virgil. lib. 2. Georgi. *Sunt etiã Amminea vites, firmissima vina.* Vt Plinius lib. 14. c. 2. vitium principatũ datur Ammineis propter firmitatem, senioque perficientem vini eius vbique, vitam. Et D. Paulus, 2. ad Timot. c. 2. c. vers. 19. *Firmum, inquit, fundamentum*

mentum Dei fiat, id est, perpetuò & stat solidum, & indissolubile. Et Horatius firmo opponit mobile,

Tanquam, inquit, sit firmum, puncto quod mobilis hora

Nunc pretio, nunc vi, nunc sorte suprema.

Permutet Dominos, & cadit in altera iura.

De fide & fidelitate, Deo iuuante tractabimus in virtutibus, cum de fide agemus.

51 Immobilitatem, durationem significare constat ex Aristotele, lib. 5. Physic. c. 2. dum ait, *Est immobile, & id quod moueri non potest, ut sonus inuisibilis est, & id quod multo in tempore vix mouetur: aut id quod tarde admodum incipit: & id insuper, quod aptum est quidem ut moueatur, moueriq; potest, non tamen tunc, cum est aptum moueri, & ubi, & quemadmodum est aptum mouetur: quod quidem solum immobilium quiescere dico. Est enim motui contraria quies.* Considerantur mobilia vel mouentia, & le mouentia, & immobilia apud Iurisconsultos. De quibus tractatur super legem. Celsi in l. mouentium, l. 93. de verb. sig. lib. 50. tit. 16. à gl. & scribentib. alijs in eam leg. la diuo Pio §. in venditione, de re iudic. in 2. Immobilia dicentes, quæ perseuerant in loco, ut fundus, domus, & huiusmodi. Mobilia quæ tolli possunt, ut lapides, fructus, & le mouentia, quæ seipsa è loco mouent, ut anima

animalia. Immortalitatem, durationem 32
 maiorem dicimus, eò quòd morti non ce-
 dat, & ita Plato lib. 29. in Phedone vel de a-
 nima immortale dicit esse incorruptibile,
 & indissolubile, & interitus nescium: ta-
 lemque esse Deum, & animam in homine,
 qui dum moritur, id quidem, quod in eo
 mortale est, interit, quòd verò immortale
 incorruptum sospesque morti se substrahit.
 Triplices gradus ponerem ego immortali-
 tatis: infimum, cum quid perpetuò durare
 potest, non in eadem specie, sed in genere,
 facta subrogatione specierum eiusdem ge-
 neris. Sic vna & eadem planta semine eodẽ
 subrogata, perpetuò immortalis remanere
 dicetur. Sic ex nuptijs & generationis pro-
 pagatione, immortale genus fieri videtur
 hominum. Et ita Plato, lib. 34. dialo. 4. de
 legib. *Vxorem, inquit, ducere quisq; debet, ab
 anno tricesimo ad tricesimum quintum. Si non du-
 xerit, pecunia mulctetur ac dedecore. Ducere au-
 tem debet, cogitans quòd natura quòdam, huma-
 num genus quòdammodo immortalitatem conse-
 quitur. Cuius rei quisq; natura summopere cupi-
 dus est. Nemo enim est qui non desideret perpetuè
 apud posteros nomen habere. Genus itaque hoc vro-
 do immortale in sempiternum perdurat: quòd fi-
 liorum filios relinquendo vnum & idem, semper
 per generationem immortalitatem adipiscatur.*

Nefas autem seipsum spontè immortalitate priuare. Et rursus idem Plato, lib. 25. in Conuiuio, vel de amore: Viri sanè mulierisq; congressu, inquit, fetus partusq; prouenit. Est autem hoc opus diuinum, & in animali ipso mortali, immortale hoc est, conceptio scilicet & generatio. Hunc secutus est Iustinia. Cæsar in §. 1. de nupt. in Auth. collat. 4. tit. 1. Matrimonium, inquit, sic est honestum, ut humano generi immortalitatem artificiosè introducere videatur, & ex filiorù generatione renouata genera maneant. Nam quod subrogatione reparatur idem esse videtur, ut philosophatur Alphenus Iurisc. in l. proponebatur, l. 76. de iudic. lib. 5. w. tit. 1. ratus iudicem esse eundem, quanuis mutatus in sede, & alius priori substitutus fuerit: eandemque legionem quanuis milites decesserint, & alij his fuerint subrogati: & nos ipsos eosdem, quanuis quotidie secundum philosophos, particulæ minutæ ex quibus constamus, à nobis excedant, & nouæ extrinsecus accedant. Ita Pomponius, l. si grege legato, l. 22. de leg. 1. lib. 30. w. tit. 1. gregem eundem esse putat, si mortuis ex eo, pecora essent in locum alia substituta. Heraclitus item philosophus, ut scribit Plutar. oratione consolatoria ad Apollonium, nihil eorum quæ sunt interire, sed cōtinuari generatione noua, & perseuerare voluit.

Idem

Idem, inquit, viuens & mortuus, vigilans & dormiens, nouum & vetus: quæ enim cecidere illa sunt: & illa rursus; quæ cecidere hæc. Nam vt ex eodem luto potest quispiam animalia fingens, confundere, atque hoc vicissim incessanter facere: sic & natura ex eadem materia, iandiu quidem nostros edidit auos, & continuo post eos genuit parentes, mox nos, deinde alios, ac alios circulari quodam modo producet: & hic nascendi fluuius perpetuo fluens nunquam quiescet. Quod etiam sapiens ille Salomon Ecclesiast. c. i. c. vers. 9. & 10. tradit

Quid est quod fuit? ipsum quod futurum est. Quid est quod factum est? ipsum quod faciendum est. Nihil sub sole nouum, nec valet quisquam dicere, esse hoc recens est: iam enim præcessit in seculis, quæ fuere ante nos. Non est priorum memoria, sed nec eorum, quæ postea futura sunt, erit recordatio apud eos qui futuri sunt in nouissimo. Et in hoc gradu immortalitatis, fit omnino mutatio specierum permanente genere, & consumpta substantia. Alius autem hunc sequitur ³⁴ secundus, in qua remanet eadem substantia semper & durat, sed mutationes accipit accidentium: vt angelus bonus voluntate, in melius proficit & mouetur, Demon, ex bono in malum motus est, & anima hominis in vtramlibuerit partem, declinare vel in-

h h 5 clinare

clinare potest, vt scribit Damafce lib. 7. de
 Ortod. fid. c. 2. & D. Augusti. lib. sexagesi-
 mo quinto quaestio. ad Orosium quaest. 47.
Solum Deum immutabilem & sine tempore &
loco agentem: eo quod in illo nulla cogitatio nona
& nullum accidens, & nulla mutatio: & spiritus
quidem angelicos, sine tempore contemplari Dei
veritatem, claritatem, & aternitatē, tamen quia
ex tempore iussa Dei in inferiora exequantur, in-
re credi moueri, in tempore, corpora etiam sua, in
loco mouere dum descendunt de caelo & ascendunt
in caelum. Item spiritus hominis moueri in tempo-
re reminiscendo praeterita, futura expectando, a-
liaq; nona addiscendo, in loco autem non moueri,
sed in seipsis: quia cum recordamur, exempli cau-
sa, ciuitatis vel castri, ibi non sunt. sed in seipsis
vident: & quia cogitatio initium habet: non
autem mouetur per locum. Spiritus autem crea-
tor sine tempore & loco: corpus autem & loco &
 35 *tempore. Haecenus D. Augusti. Mori tamen*
 dicitur anima, non quod substantia illius in-
 tereat, sed quando Dei gratia, quae est vita
 vera, priuatur. Nam veluti homo viuens,
 dum dormiens nullas actiones in ipso cor-
 pore viuents exequitur, pro mortuo habe-
 tur. Sic anima quae a gratia Dei non anima-
 tur, cuius ope vere operatur, ea priuata, ob
 scelus aliquod, inutilis, & ignis pabulum
 aeternum fit, Daemonum concessa potesta-

ita dicimur viuere Deo, si Deo accepti eius gratiam amplectimur: vt contra morimur Deo, cum per peccatum ab eo separamur. sic tres mortis species posuerunt paginae sacre interpretes. Constituant vnā, quæ est hæc mors propter peccatum, priua-³⁶ tio vitæ æternæ, de qua Ezechiel, 18. c. *Anima quæ peccauerit, ipsa morietur.* Aliam mysticam, cum quis liberatur à peccato: & ita moritur peccato, & uiuit Deo: qua iustificamur, & de qua D. Paulus ad Roma 6. *Consepulti estis cum Christo per baptismū in mortem.* &c. Tertiam, solutionem corporis & animæ dicit D. Ambro. lib. de bono mortis, c. 2. & lib. 7. in Lucam sup. c. 10. dum tractat illud Euangelij, *Vulpes foveas habent.* Consentiant alij. Et D. Cyrillus Archiepiscopus vel patriarcha Alexand. lib. de exitu animæ. Mortem propriè esse dicit, non quæ animam à corpore dirimit, sed quæ à Deo separat. Nam Deus, inquit, *vita est, à quo qui disungitur, perit, liberam erga Deum fiduciam amittens.* Mors verò *diabolus est, & ipsius mortis pater &c.* D. Ioan. hanc vocauit mortem Apocal. c. 2. D. & 21. c. secundam, *Qui vicerit non ledetur morte secunda.* Et diabolum esse mortem etiam insinuat, c. 9. b. dum vidit equum pallidum, dicitque sedentem super eum, vocari mortem. Atque Dominus no-
ster

ster IESVS CHRISTVS, in euangelio D. Ioan. c.15. a. in principio. docet, Deum vitæ veræ nostræ esse fontem & fomitem. Ego, inquit, *sum vitis vera, & pater meus agricola est, omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum.* Et postea, *Ego sum vitis, vos autem palmites: qui manet in me & ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere: si quis in me non manserit, mittetur foras, sicut palmes & arescet, & colligent eum*
 37 *& in ignem mittent, & ardebit.* Immortalitatis autem tertia species in Deo est, semper & eodem modo immutabilis, vt diximus in æterno, & semper æterna. Philo quoque Iudæus lib. de profugis vitam & longævitatatem ponit in Dei dilectione, & hanc esse egregiam immortalis vitæ finitionem tra-
 38 dit. Insolubile, indiuiduum, & huiusmodi, continuitatem & perseverantiam rei consignare demo est, vt arbitror, qui dubitet. Motus cum fiat successivè & in tem-
 39 pore, durationem quandam habet, vt scribit D. Thomas, lib. 2. con. Gentil. c. 20. dum docet nullum corpus per modum creationis, vt Deus facit, producere. Et in prima par. 1. quæst. 45. art. 5. & idem de vet. quæst. 5. art. 9. Nobilitatem etiam, veluti continuatam seriem & propagationem nominis & famæ maiorum vsque ad posteriorem
 40 ætatem

ætatem nemo ambigit: quanquam eam & in virtute ipsa constituas. Habet namque & virtus constantiam & perseverantiam, & durationem aduersus vitia quibus non cedit. Nunc quia existentiam significat præsentem & durationem, significare quoque præsentem docet. Patientia deinde qua consistit in duris, ut est apud Lucan. lib. 9.

Dulcia virtuti, gaudet patientia duris.

Et durationem animi ex patientia describit Seueri. Boetius, lib. I. Metro. 4.

*Quisquis composito serenus auro,
Factum sub pedibus egit superbum.
Fortunamq; tuens utramq; rectus
Inuictum potuit tenere victum:
Non illum rabies, minaq; ponti,
Versum funditus excitantem astum,
Nec ruptis quoties vagus caminis
Torquet fumificos vesuus ignes,
Haud celsas soliti ferire turres
Ardentis via fulminis monebit. &c.*

Et Claudianus eius durationem etiam insinuat, Panegy. secunda in laudes Stilico. vers. 76.

— patientia corpus

Instruit, ut nulli cupiat cessisse labori.

Et Cicero 2. de Inuentio. diuturnam & voluntariam perpersionem, honestatis causa esse dixit. Dicebat etiam Diony. Tyrannus,

nus, qui postea ludum literarium Corinthi
 exercuit, τοῖς δὲ ἀνθισταμένοις καὶ μὴ κατὰ πῖ-
 πλῆσι κρητέρα γίνεται τὰ κακά. *us qui perse-
 runt & non cadunt, leuora sunt mala.* Docet
 insuper pluribus Seneca, lib. 2. de tranquili.
 vel quomo. in vir. sapientem non cadat in-
 iuria. virtutem omnem constantem perpe-
 ti, & semper durationem patientiæ, in om-
 nibus contra omnia perseuerare & vincere.
 Sed de patientia alibi suo loco docui in vir-
 43 tutibus. Ad perpetuum, quæ diximus de
 æternitate & immortalitate huc referri
 44 possunt. Permanentia & præsentia, idem
 quod duratio: nam conseruatio rei nihil
 aliud est, quàm continuatio essentiæ ipsius,
 vt scribit D. Thomas. contra Genti. lib. 3. c.
 45 65. Perseuerantia, est constantia animæ a-
 liqua in re seuerè & sine deflexione conti-
 nuans propositum. Et Cicero, lib. 2. de In-
 uentio. *Perseuerantia est in ratione bene consi-
 derata, stabilis & perpetua permansio.* Proba-
 tur & ex Paulo Iurisc. in l. diuortium, l. 3. de
 repud. lib. 2. 4. tit. 2. qui animam constituen-
 di diuortium & dissentionem perpetuò, per-
 seuerantiam dicit. Facit quod scribitur,
 Psal. 118. *In ordinatione tua perseuerat,* id est,
 durat & renascitur, dies quoniam omnia ser-
 uiunt tibi. Et Ecclesiastes, 3. c. *Didici quod om-
 nia opera, quæ fecit Deus, perseuerent in perpetuum:*

non possumus eis quicquam addere vel minuerere
 que fecit Deus ut timeatur. Atque ut breuiter
 rem complectamur totam, perseverantia,
 est duratio vsque ad finem propositum. Sic
 Dominus noster scribit, Matthei 10. *Qui per-*
seuerauerit in bono usq; ad finem, hic saluus erit.
 Nam non sufficit bene vitam incepisse, ni-
 si perseveremus. Multi enim bene incipiunt
 sed male deficiunt. can. multi, de pœni.
 dist. 2. cano. si enim, §. euidenter, & can. Ap-
 postolus, in fine ead. dist. cano. si ex bono,
 de pœniten. dist. 4. cum similib. ibi nota.
 Deinde quia in patientia duratio est, non du-
 bium quin & in perseverantia sit, quia bea-
 ta est perseverantia, ex virtute patientiæ.
 ut scribitur in cano. suggestum, 7. q. 1. in 2.
 par. Decre. Gratiani. Qui voluerit iustura
 volumen de bono perseverantiæ videre,
 legat Maphæum Veggium libro de perse-
 uerantia. Notandum tamen, perseveran-
 tiam, & in bonam & malam transferri par-
 tem: in bona, est donum Dei. Dat enim is
 perficere pro bona voluntate, ut ait D. Pau-
 lus ad Philip. 2. b. Aliquando & perseveran-
 tia in malo, ut quando aliqui perseverare in
 malitia dicuntur. 1. Reg. c. 20. c. Et perseve-
 rare in obstinatione apud Cæsares Dioclet.
 & Maximi. in l. diffamari, l. 5. de ingen. ma-
 numi. lib. 7. C. tit. 14. De spe in confiden-
 tia

- 46 tia diximus imò proprio capite egimus in virtutib. Stabilitatem firmitatem significare constat, & in eodem statu durationem. vt apud Catonem, de re rust. c. 7. stabilia mala dictum est, id est, non decidua. Et mutationem stabilitati contrariam docet Iustinia. in l. sancimus, l. 27. de testa. lib. 6. C. ti. 23. *Quod, inquit, non mutatur, cur stare prohibetur?* Et fructus qui non moti sunt à loco, sed pendent, dicuntur stantes apud Papi-
 47 nia. in l. diuortio, l. 8. sol. matr. lib. 24. w. tit. 3. & alibi. De statione eadem dici possunt, quæ dicitur ab stando, apud Vlpia. l. i. §. stationem, de fluminib. lib. 43. w. tit. 11. Eadem de stationarijs militibus, & alijs, de quibus in iure, item de stabilitate stateræ & de similibus quæ in eadem nominis appellatio-
 ne participant. Sanitas est duratio quædam cõuenientis temperaturæ, eo enim finitio-
 nes sanitatis apud medicos conspirant. ve-
 luti dum in Isagogicis lib. finitio. medic. Galenus scribit, sanitatem esse humorum primorum, qui secundùm naturam in nobis sunt, probam temperiem: aut natura-
 lium virium actionem minimè impeditam: vel commodam quatuor elementorũ tem-
 peraturam. Et alibi. Tomo 2. lib. 1. de sanit. tuenda. dixit, sanitatem simularium quas vocant partium, esse calidi, frigidi, humi-
 di,

di, & ficci symetriam, id est, conuenientiã inter se quandam : instrumētaliū verò ex similiarium ipsarum cōpositione, numero, magnitudine, figuraque constare. *Quare,* inquit, *quisquis hac commodè (vide durationem) tueri possit, is optimus sanitatis custos fuerit. Siquidem actiōnum harum & temperatura mutatio & alteratio, morbos & ægri tudines infert, vt idem notat Gale. tomo 6. libr. 1. Methodi. Docet & plenius tomo 7. li. 1. de differen. morbo. c. 2. & alibi. Probat etiam Aristoteles, sanitatem durationem, cum vult eam esse virtutem corporis. lib. 1. Rhetoric. ad Theod. c. 1. Virtus autem est in duratione & efficacia perseuerante. Et lib. Problema. sectio. 1. q. 3. vt idem ait, in temporum maximè mutationibus, benè valentes qui in mediocritatis temperamento constituuntur, ægrotare incipere : quòd temperamentum adueniēte mutatione dissoluatur & ita non perseueret. Non alienum autem ab instituto erit, ea quæ de sanitate & morbo corporis dicta sunt, vel dici possunt, trãf ferre ad animam, ad Respublicas, ad plantas quoque, & huiusmodi quæ corpus constitutum habent vel ciuile vel naturale. Et vt vnico authore cõtenti simus, prodeat in medium textus Galeni, qui sic lib. 5. de Hippocra. & Plato. Decretis. tomo 2. scribit.*

Quemadmodum sanitas corporis, est simplicium eius partium, quæ elementa appellamus, calidi inquam & frigidi, siccæ & humidæ æquabilitatæ eodem pacto, anima, credo, sanitas æquabilitas erit simplicium eius partium: quæ quidem partes quales, quòtq; sint, quòve modo sese habeant, tibi explicare necesse est (ò Chrisippe) si modo præstare, id quod pollicitus es, nihilq; prætermittere volueris. Quin etiam morbus anime, pari ratione inæquabilitas quadam erit, & discordia earundem harum inter se partium, quarum æquabilitas anime sanitas esse dicebatur. At vero partes hæc ex Platonis sententia, nullæ aliæ sunt quàm irascibilis & rationalis, & quæ tertius annectitur concupiscibilis: ut & sanitatis & morbi anime similitudo, ad corpus in omnibus servari optime possit. Siquidem consentientes inter se hæc tres partes, nullaq; in re profluxus dissidentes, sanitatem anime: contra dissidentes ac discrepantes, morbum creant. Morbus vero superius quiddam, atq; ut paulo antè dixi, univ ersalius est: cuius notionem ita complectimur. Morbus est rei natura cognata ex aliqua corruptela dissentio. Ad hunc enim modum à Platone, in Sophysta definitur. Quam quidem definitionem generalem esse, omnesq; singulares morbos penitus tam anime quam corporis tam in cæteris animalibus & plantis, quam etiã in totis civitatibus comprehendere, facile cognoscipotes. Ita scilicet seditio ab. inæstimoq; aliquo bello

illo laborantes civitates dicimus egrotare. Propterea quia ea quæ in ipsis inter se natura cognata sunt, in dissidium ac pugnam venerunt. Hætenus ex Galeno. Subiunguam adhuc quæ dixit hæc de re Cicero, lib. 3. Tuscula. quaestio. cuius hæc verba. Nomen insanix, significat mentis agrotationem & morbum, id est, insanitatem & egritudinem animi, quam appellarunt insaniam. Omnes autem perturbationes animi, morbos philosophi appellarunt, negantque stultum quæquam his morbis vacare. Qui autem in morbo sunt sani non sunt, & omnium insipientium animi in morbo sunt, omnes insipientes igitur insanunt. Sanitatem enim animorum positam in tranquillitate quadam constantiaque, censebant: his rebus mentem vacuum appellarunt insaniam, propterea quod in perturbato animo, sicut in corpore sanitas esse non possit, &c.

Tempus omne duratione metiri, & perseverantiam habere, collige ex his quæ diximus cum de ætate ageremus. Singula namque spatia temporis, eo quod sint, & presentia sunt & existunt, durationem quandam habent. Et tempus etiam ipsum, durationem suam habet, cum & habeat finem suum, ut dixit Angelus Danieli, c. 8. e. versic. 19. sed modica duratio temporis. Nam ut ait D. Gregorius lib. 4. moral. in Iob. cap. 2: *Modus quippe est temporis, ut statum non habeat mansionis. Quia enim per ventura tendit ad*

48

esse, semper ex præteritis festinat non esse.
 49 Atque alia spatia aliis durabiliora sunt, ve-
 rum tamen omnia sub duratione quadam.
 Ut etiam momētum, quod minus spatium,
 Græci, ἀρομον & ἀμωπρο dicunt, durationem
 suam, habeat quamuis exiguam. Nam mo-
 mentum, ut existimo, tātum motum ipsum
 simplicissimum & rapidissimum demonstrat,
 quod aliquomodo distinctum, non potest
 accipere diuisionem: punctum vocant &
 horoscopum Genethliaci, quem obseruari
 iubent, cum tamen impossibile sit omnibus
 hominibus illum obseruare, nō secus quàm
 in rota citissimè agitata figuli, punctum
 obseruare nequimus, cuius tamen veloci-
 tatem cæli lapsus & ascensus vincit. Vnde
 & ipsi Chaldæi Genethliaci sese suo gladio
 iugulant, dum iubeat momenta obseruari,
 ipsi autem non momenta, sed horas obser-
 uent: vel ex horis forte & temerè momē-
 ta horæ eligant, in quibus suas vanas fingāt
 domorum machinas. Meritò idcirco irrifi
 à Gellio lib. 14. cap. 1. & ab utroque Pico Mi-
 mandulano, libris contra Astrologos. D. Au-
 gust. & ab aliis. Momentum tamē apud ali-
 quos longioris durationis est, & pro spatio
 aliquo, quod relatum ad maius tempus, pro-
 portione seruata non minus est, quàm mo-
 mentum ad horam, ut eius pars insecabilis

& minima. Vt & corpora prima, quidam finxerunt, atomos, indiuidua nempe, vt scribit Vitruuius lib.2. Architect. cap.2. & ita v-
surpauit Horatius lib.1. Serm. fartyr. i. ver-
su 5. dum scribit,

*At contra mercator nauem iactantibus Au-
stris,*

*Militia est potior, quid enim? concurritur: horo
Momento, cita mors venit, aut victoria lata.*

Momentum itaque dicunt possessionis, iu-
ris prudentes, spatium modicum, quo reti-
netur restituenda in perpetuum possessio. vt
intelligenda l. vni. Archadij, Honorij, & Va-
lentijs, sub tit. si de moment. possess. fuer.
appell. lib.7. C. tit.69. & apud Hono. & Theo-
dos. in l. fin. qui legit. pers. stan. in iudic. hab.
lib.3. C. tit.6. cum similib. Et in eodem mo-
mento, rogatus statim manumittere filium,
dicitur pater possessor & vsusfructuarius
manumittens apud Iustinia. in l. fin. §. fin. de
bon. quæ lib. & c. lib.6. C. tit.60. Porro illud
statim habet aliquod temperamentum tem-
poris, vt scribit Paulus, in l. quod dicimus,
l. 105. de soluto. lib.46. §. tit.3. cum similib. De
reliquis spatijs temporis, nempe de quintis,
tertijs, secundis, minutis, de horis, diebus,
hebdomadibus, mensibus, annis, & huius-
modi ex his contractis, & compositis par-
tibus non loquar, cum constet cuique cer-

tas & definitas has esse temporum durationes, vel durationis numerationes. De diuersa autem computatione anni apud Gentes diei & mensium tractamus in Astrologia, de Sole & Luna locuti. Vitam pariter **50** neminem latet esse durationem: cum temporis sit cuiusque continuitas sicut: mors, dicitur finis, & in homine vitæ priuatio, non est intercepta duratio, corruptio, & continui diminutio. Vnde & caro post vitam dicta à carendo, quod vita careat: sicuti cadauer, quod caro est magis decidua & putris, à cadendo dictum, quod decidat à duratione. Vita autem in summa duplex, sicuti mors. Vna limitata, quæ finitur solutione eius quod vitam continet in hominibus: in aliis temperaturæ congruentis corruptio. Et hominum vitam certam durationem habere constat, sed apud Deum qui constituit vitæ terminos, qui præteriri non possunt, vt scribit Iob cap. 14. a. vers. 5. Nobis tamen incertus eius terminus, quanuis nihil certius morte, vt alibi docuimus. Et **51** variavit viuendi antiquus annorum numerus, non vt quidam putant ob senium mundi quasi exercere nunc suas nequeat vires ita validas vt prius: sed ob malitiam hominum, quæ ad fastigium ferè impietatis peruenit, vt terra quæ propter hominem crea-

ta est, & propter hominem maledicta fuerit, nempe in opere hominis: Genes. 3. & nunc propter malitiam hominum insignem, maiorem maledictionem quoque patitur, quæ in hominem authorem mali retorquetur. Quam ob causam illa sterilefcit, senescereque videtur, idque propter malum hominis: non autem homo imminutus bonis propter malitiam terræ. Etenim Deus qui impietatem nouit hominis, subtrahit benedictionem, qua terra dotata erat pro ditione, Cresce & multiplica femina. Gen. 1. & 9. Nemo enim, si sit, aliquantum in sacris litteris versatus, ignorat, generationis & fertilitatis & longæ uitæ fundamentum esse, Dei benedictionem, ob quam & frumenta nos nutriunt. Videmus quippè tempore famis, dum Deus iram suam iustam in populos fundit, ut eum auocet à malis (est namque vnum ex flagellis Dei accerrimis fames, sicut pestis & bellum. Reg. lib. 2. c. fin. vers. 13. Non deficere panes, in ea quantitate, quæ tempore erat saturitatis, non quidem ita nutrire, & omnia frustra & maiori quantitate, sed sine saturitate deuorari: quia fundamentum panis, benedictio nutritionis, sublatum est, sicque scriptum, Psal. 104. b. vers. 16. *Et vocauit famem super terram, & contriuit fundamentum panis.* Sic patres quanto meliores, & quò à

peccatis magis continentes, eò diutius vixerunt, vt legitur, Genes. cap. 5. Adamum vixisse 930. annos, Seth 912. Enos 905. Malaleel 895. &c. Dehinc legimus Gen. 6. a. Deū dixisse, de hominis vita, *quia caro est, hoc est siue animæ cultura, erunt dies tantum centum viginti annorum.* Ad hæc verba Treuellij Pollionis, in vita Claudiani possunt recitari. *Doctissimi inquit, Mathematicorum, centum & viginti annos homini ad viuendum dant, neque amplius iactitant cuiquam esse concessum: etiam illud addentes, Mosem solum Dei, vt Iudeorum libri loquuntur, familiarem, centum viginti quinque annos vixisse, qui cum quereretur, quòd iuuenis interiret, responsum ei ab incerto ferunt numine, neminem plus esse victurum.* Hæc Pollio. Iurisconsulti longissimum viuendi terminum constituit, centum annorum. Quamobrem & vsufructum legatum municipibus, hoc spatio veluti longissimo vitæ termino, durare voluerunt, vt scribit Paulus, in l. si vsufruct. municipibus l. 8. de vsufu. leg. lib. 33. §. tit. 2. & in l. an vsufructus, l. 63. de vsufr. & quemad. & Iustinianus in l. si. §. si. de sacrosanct. eccles. lib. 1. C. tit. 5. Est alia vita perpetuo durans, quæ immortalis dicitur, de qua diximus supra in immortalitate, & alibi.

52 Per durationem etiam tractatur de omnibus

nibus quæ sunt, vel esse dicuntur: de principiis transcendentibus, de bonitate, magnitudine, potentia, virtute, &c. De subiectis materialibus & de reliquis. Nunc quasdam durationis regulas attingamus.

Prima regula, Omnis duratio magis perseverans, cæteris paribus, perfectior & prestantior: quantò enim aliquid permanentius, tantò est nobilius in eodem genere. Aristot. 3. Physic.

Secunda, In duratione cõsiderantur quatuor, ante, nunc, & postea, & semper. Hæc simul in nullo. Semper & nunc tantum in Deo: ante & nunc in existentibus & deficientibus: ante & nunc, & postea, in anima, & spiritu, & si qua sit materia incorruptibilis, quæ cùm creata sint, semper non fuerunt, & tamen finem habitura non sunt.

Tertia, Vna quæque res tantò est diuturnior, quantò eius causa efficiens, scilicet est efficacior. Illud igitur cuius diuturnitas est infinita, oportet quod habeat esse per causam efficaciam infinitam. Quamobrem Deus qui non habet aliunde causam sui, esse propter se ipsum, erit infinitus. D. Thomas, lib. 1. contra gentil. c. 43.

De Potentia. CAP. XXXIIII.

- 1 **C**um partes entis sint potentia & actus, & prædicamenta, ut scribit Christophorus Iauellus Epitome Metaphysicæ lib. 5. tract. 2. cap. 7. necessarium fuit poni hoc vniuersale principium Potentiæ. Nam eorum quæ sunt, vel non sunt, prius vnum est, ut præcesserit potentia essendi vel non essendi: quod autem sint vel non sint, est posterius. Est itaque possibilitatis potètia prior actu, quæ non aliundè quàm à potentia oritur, ut notat Aristoteles lib. 1. de celo, cap. fin. & 8. Physicæ. cap. 1. Et generaliter omnis qui aliquid facit, necessarium est ut eorum quæ facit habeat potestatem, ut scribit Cassiodorus Commentario in Psalmum 94. Item necessarium est in omnibus, quæ ad actum tendunt, potentiam adesse. Sic in seminibus, plantæ latere dicuntur, & ea quæ ex plantis, vel materia plantarum sunt: quia inest in his quædam vis & facultas, quæ dirigere potest semen ad id. Actus namque est cuiusque rei & potentia naturalis, & motus cum quodlibet essenziale suam habeat efficaciam, utpotè intelligentia intelligendi, sensitua sentiendi, motiua mouendi, volatilis volandi, natatilis natandi, & sic de similibus, ut scribit Gregorius Nice. & D. Athanasius

Athanasius

thanasius lib. de definitio. Sic Ulpianus in l.
 1. de aqua quoti. & aest. lib. 43. 7. titul. 19. vult
 aquam quotidianam dici, non quæ quotidie
 ducatur, sed quæ potest duci: à potestate,
 non ab actu nomen quotidianum interpre-
 tatus. Sic actus, qui aliunde dependent, alie-
 nam etiam potestatem requirunt cum pro-
 pria agentis: ita in hominis artibus, duo re-
 quiruntur necessario ad actum, voluntas &
 potestas. Altero enim horum deficiente
 nihil agitur, vt scripsit Boetius, in Topitis.
 & colligitur ex Dioclet. & Maximinia. re-
 scripto aliquo in l. multum interest, l. 6. si
 quis alt. vel sibi lib. 4. C. titul. 50. nec maior
 defectus est quam potestatis. Ex potentia
 actio sequitur, sicut ex impotentia passio,
 dum aliquid passio præualet, vt scribit Gale-
 nus tom. 2. lib. 4. de decr. Hippocra. & Plato.
 in fine. Sciendum tamen est non omnem
 potentiam, actum necessario ponere con-
 sequentem, sed quod possit consequi, et si
 non semper producat: potissimum, dum
 verbum, potuit, ponitur affirmatiue. Sic
 Papinianus scribit, non quicquid iudicis po-
 testati committitur, iuris necessitati subii-
 citur, l. non quicquid, l. 40. de iudic. lib. 5. 7.
 tit. 1. veluti potest dilationes plures iudex da-
 re, si velit: tamen si terminum perempto-
 rium assignauerit, non tenetur si nolit, vt

scribit

scribit Innocentius III. in can. consuluit, c. 24. de offic. & pot. iudi. delega. libr. I. Decret. Greg. tit. 29. cum similibus. Et Bessario Cardinalis Nicenus & Patriarcha Constantino politanus lib. 2. in calumniato. Plato. cap. 7. ait, Genus omne bifariam diuidi: aut enim, inquit, potentia, aut actu est: vt ouum potentia animal est, semen planta, sed auis non potentia sed actu animal est, & arbor planta. Non me latet tamen commentatorum cōtrouersia in 9. Metaphysices Aristotelis, qui cum Megaricis disputant, quid prius, num potentia actu, vel contrā: quibusdam existimantibus & ferè omnibus perfectione priorem esse potentiam actu, eo quòd omnia tendant ad finem, & actus perfectior sit tendente ad finem: item quòd consideratur actus in potentia: aliis contrā sentientibus, cum quibus nec videor consentire. Cæterum illud quod dico, potentiam actu priorem, non intelligitur ratione perfectionis absolutè, dico tamen prius potentiam perfectam, quia actus sine perfecta potentia non perficeretur, deficiente ea, quia paulatim actus perficitur: item & ratione numeri, & ordinis, priorem dico. Nam oportet prius posse, quàm agere: quauis sint actus, qui simul cum potentia perficiantur, & natura ab imperfecto ad perfectum

ctum tendat, quod quidem verum. Et verum nihilominus ex actu præcedente potentiam generari interdum. Sed dico ultra, omnia esse prius in potentia quam in actu, cum potentia sit ingenita, vt sensitiua, intellectiua, nec ab actuum frequentia vt potentia cytharizandi, quæ ab actu dependet. Item dico priorẽ esse potentiam actu, quantumvis potentia ex actibus fuerit generata, sed respectu agendorum: nam licet actus genuerit potentiam, sicuti cytharizatio frequens cytharizandi benè, actum: nihilominus potentia cytharizandi ad futuram cytharizationem relata, est prior actu futuro: & quod illa potentia nata sit, non tam ex actu cytharizationis, quam alia potentia mouendi maius & discendi orta, vt verè dicere possimus cytharizandi potentiam, non tam ex actibus cytharizantis, quam ex alia potentia nasci, & sic generaliter actu potentia semper prior erit, vel creata à Deo potentia existens, vel ex alia potentia generata: mediante qua, & cuius vi, actus dicitur generasse potentiam, quod videtur probare Aristot. lib. 8. Physic. cap. 4. Sic potentia ex actu, sed per potentiam alterius actus. Similiter nec omnia quæ quis potest agere, licet agere. Nam inquit D. Paulus ad Cor. 6. *Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt,*

& Deus homini vocem dedit, non tamen ideo, ut amatoria & turpia cantet. Et ferrè ad culturam terræ largitur, non ut homicidia inde fiant. Neque quia thus, aut mirram & ignem Deus dedit, sacrificandum inde est idolis, ut latè persequitur D. Cyprianus tract. 2. de habitu virginum. Quod
 5 pertinet ad substantiam potentia, ea est origo eius quod fit, vel fieri potest, & ut Galenus, tom. 1. lib. 3. de temperamentis. Quod quale, inquit, dicitur, quod tale nondum est, sed potest tale esse: id hoc esse potestatem dicimus: ut hominem, verbi gratia, qui modo natus fuit, rationalem: & avem, volatilem: & canem veneticum: & equum celorem: scilicet, quod eorum unum quodque omnino futurum est, si nihil id extrinsecus impediatur, hoc sen iam id sit appellante. unde (arbitror) hoc esse potestate non actum: perfectum namque est, ac iam presens ipsa energia, sicut quod actu est: quod vero potestate est, imperfectum & adhuc futurum: atque ut fiat quidem, id quod dicitur veluti habile, non tamen adhuc est, ac maxime quidem propria sola potestate esse dicimus, in quibus natura ipsa suo ipsius imperio ad absolutionem venit, si nihil extrinsecus impediatur. Præterea quaecumque fiendorum continentis materia sunt, dum materia propinqua sit: ut ex flamma fumus: & si halitum, aërem potestate dixeris. Sed qua natura potestate dicuntur proprius potestas

fiute talia sunt, nempe quæ ex materia propinqua. Dehinc proprie tertio, etiam potestate talia, quæ ex accidente opposito talia fiunt: ut si corpus iuuenis carnosum, lauatione, non ex propria potestate, sed ex accidente caloseri deat: Tot & modis frigida, calida, & humida dicentur potestate. Hætenus Galenus, Aristoteles lib. 5. Metaphys. cap. 12. dixit potentiam, esse ens aut principium, virtutem, aut transmutationis in altero, aut prout alterum est: ut ædificatiua potentia est, quæ non est in ædificato. Et ars medendi cum sit potentia, inerit quidem ei qui sanatur, sed non prout sanatur. Ponitq; potentiam tam in agendo, quam in patiendo, ut & alibi lib. 4. de generat. anima. cap. 1. potentiam metitur & impotentiam ex facultate addita agendi, vel deficienti non agendi. Et Plato, dialog. 5. de repub. vel de iusto. Dicimus utique, inquit, potentiam esse genus aliquod eorum quæ sunt, quibus & nos possumus quacumq; possumus, & aliud quodcumq; aliquid potest, veluti, visum & auditum potentias quasdam voco: & quia in potentia nec figura, nec color inest, unde distingui possit, aliud respiciendum est, id quod est, quod agit. Notandum autem est tria hæc nempe potens, potentiam, & possibile, sibi coherere: potens quidem est substantia. Potentia est à qua posse habentis: possibile autem, quod secundum

poten

potentiam fieri natum est. At possibilitium hæc sunt necessaria, illa verò contingentia, vt scribit Grego. Nicenus lib. 5. de creat. homi. vel de voluntario & inuoluntario cap. 5. A potentia itaque quodque potens habet, & potestas denominatur. Sic Plato, in Hyp-
 pia minore vel de mendacio. *Potens à poter-
 tia, inquit, est is, qui facit quod vult & quando
 vult, & Speusippus lib. de definitionib. Pla-
 toni. potestas inquit, est, id quod est per seipsum
 efficax.* Efficax, intellige eius ratione ad
 quod dirigitur potestas, non aliorum ratio-
 ne, veluti si potestas fit ex lapide ædifican-
 di certam mensuram parietis, illa potestas
 non dicitur ædificandi immensum templum:
 item potestas audiendi nō extenditur ad vi-
 dendi potestatem, & sic de similibus, in qui-
 bus ad propria relatio facienda.

*De distinctionibus & diuisione po-
 tentiæ.* CAP. XXXIIII.

IAuellus Canapicius Epitom. 5. Metaphy.
 tract. 2. cap. 7. colligit quatuor distinctio-
 nes generales verbi potentiæ. Vt primum
 dicatur potentia, principium mouendi seu
 transmutandi aliud, in quantum aliud: ita
 quod mouens siue transmutans in quo est
 tale principium, semper est aliud sine sup-
 posit

posito, siue realiter ab eo quod mouetur vel transmutatur: nihil enim mouet vel transmutat seipsum, sed ab alio mouetur, vt ait Aristot. 8. Phisic. cap. 1. Esto hæc potentia actiua. Secundo, Potentia dicitur principium quo aliquid mouetur aut transmutatur ab alio, hæc potentia passiua: vt grauitas in lapide, qua mouetur deorsum. Tertiò, Potentia dicitur principium, quo possumus bene & perfecte operari, vel quo potest aliquid bene & de facili pati, id est, recipere: hinc dicimus posse loqui expeditum lingua, balbutientem non posse. Sic dicimus quæ secundum legem sunt, posse agi: quæ contrà, non posse, sic in passiua lignum dicitur incisibile, lapis contrà: quia faciliè nequit scindi. Quartò, Potentia dicitur, omnis habitus siue dispositio vel virtus qua possumus resistere: impotentia contrà, totidem autem sunt inter homines, & rei potestates, quot potentia. Item, tot modis possibile, vel impossibile aliquid dici potest. Principium itaque est potentia, respectu actionis. At inter essentiam rei & actionem erit medium, productum quidem ab essentia, actionem vero producens. Nam ab actionibus, quarum proximæ matres sunt ipsæ vires, eas ipsas potentias persentimus. Attamen in rebus intellectualibus, poten-

tia cum essentiis copulat actiones : actio
 namque est potentiae proles , essentia verò
 potentias ex se parit , vt me docuit Proclus
 li. De anima & dæmone. lib. 4. Syntax. cap.
 4. iam potentiam diuisionem summariam
 tradidimus , quam obiter explicandam esse
 2 nunc operæpretium duxi. Diximus igitur
 primum , potentiam aliam esse infinitam,
 aliam finitam : infinitam, in Deo, & Deum
 ipsum, eò quod (vt sæpe monui) in Deo ni-
 hil fit , quod non fit Deus, quia ipse perfe-
 ctus est, nec aliis indiget, vt fit, & ideo po-
 tentia : sicut nec bonitas , nec magnitudo,
 & huiusmodi alia in Deo aliud non sunt,
 quàm Deus ipse omninò potens & poten-
 tia , omninò magnus & magnitudo infini-
 ta , & bonus & bonitas ipsa. Quamobrem
 de Dei infinita potentia dictum, *Omnipotens*
nomen eius. Exod. 15. a. versic. 4. & Genes. 17.
Ego Dominus omnipotens. & Salomon, Eccle-
 siast. cap. 43. d. vers. 30. & 31. *Deus omnipotens*
super omnia opera sua, terribilis dominus & ma-
gnus vehementer, & mirabilis potentia ipsius. &
 Nehemias 2. Machab. cap. 1. f. versic. 24. *Do-*
mine, inquit, Deus, omnium creator, terribilis &
fortis, iustus & misericors, qui solus es bonus rex,
solus præstans, solus iustus & omnipotens & a-
ternus, &c. & in alia oratione Iosaphat rex
 Iuda, 2. Paralipo. cap. 20. b. vers. 6. *Domine,*
 inquit,

inquit, *patrum nostrorum, tu es Deus in celo, & dominaris cunctis regnis gentium: in manu tua est fortitudo & potētia, nec quisquā tibi potest resistere.* Et David *Pla. 64. b. ver. 7. accinctu potētia* dicit Deum, id est, totum potentem. Vocat & Scriptura sacra Dominum nostrum **I E S U M C H R I S T U M**, qui verus Deus & homo est, *potentiam Dei*, ut scribit Euthimius Commentar. in *Psal. 20.* Et quia ipse totus est infinitus, & accinctio potentiae infinita. Si enim Deus esset finitus, ab alio terminaretur & concluderetur, & per consequens id quod contineret esset potius Deus, quam cōtentum. Quamobrem Deus à nullo comprehensus, infinitus est, & quae eius sunt infinita sunt. Et per consequens & potentia infinita. Quare non est impossibile apud Deum, omne verbum, ut ad beatissimam Virginem Mariam testatus est legatus caelestis Angelus Gabriel, *Lucæ 1. d. vers. 37.* Et quanquam apud homines, plura impossibilia, apud Deum omnia tamen possibile, ut Veritas ipsa dixit *Math. 19. d. ver. 26. & Mar. c. 10. D. vers. 27.* Et *Lucæ 18. c. vers. 27. & alibi dicitur, Exodi 13. Deus autem noster in celo omnia quaecumq; voluit fecit.* Ita Salomon *Eccles. c. 3. c. vers. 21.* magnam potentiam Dei solius esse ait, id est, infinitae magnitudinis. Est ideo vnum ex nomini-

bus Dei Hebr. שדי *scadai* quod Pſal. 90. ſit ſua potētia Deus, ſibi ſufficiens & omnipotēs. Atq; propriū eſſe Deo ſoli, vt ſit ſibi ſufficiēs, neq; alterius indigeat amicitia, vel ope ſcribit Ariſtot. li. 2. mag. Mora. c. 15. Et li. 7. Ethic. ad Eudemū. Et D. Ireneus. li. 2. con. hare. c. 2. *Proprium, inquit, Dei ſupereminentia, non indigere alyſ organis ad conditionem eorum qua ſunt, vt idoneum & ſufficiens eſt ad formandum hominem.* proprium eius verbum. Iamblichus etiam, lib. de myſter. Ægyptiorum. *Dij, inquit, (nos Deus) poſſunt omnia momento vnire: anima contra nec omnia, nec momento, nec vnire.* Sed & idipſum Ethnicorum alij Sapientes, lumine naturali prælucente cognouerunt. Nam Galenus. tomo 1. lib. 4. de Hippocra. & Plato. decre. *Non enim, inquit, quemadmodum quaſtio illa de mundo, factus ne, an minimè ſit inutilis eſt: ita quoq; de providentia, vt Dijs (Sic ethnicus, loquitur) indagare non confert: ſed utilius omnibus eſt, vt vim quandam eſſe in mundo, hominibus & ſapientia & potentia meliorem, cognoscamus.* Pyndarus quoq; Pythio. ode 10. antiſtro. 3. in fine.

Ἐμοὶ ἴδεναι μὲν οὐκ

ὄρω τινας αὐτῶν,

Ὀὐδὲν ποτὶ φαίνεται ἴμεναι ἄνω ἰσθμῶν.

Id eſt, Nihil mihi videtur

Deo perficiente impoſſibile.

Et Virgilius lib. 10. Æneid. vers. deum nominat omnipotentem,

Tum pater omnipotens, verum cui summa potestas.

Et Cicero, 3. de natu. Deor. nihil est, inquit, quod Deus efficere non possit, & quidem sine labore. Et apud Æschilum in Prometheo ligato. Hermes. Prometheum alloquens ait, *ψευδαγορεύει δὲ γὰρ ἐπίσταται θεῶμα τὸ θεῖον, ἀλλὰ πᾶν ἔπος τιλάει.* id est, mentiri non nouit os diuinum, sed omne verbum exequitur. Credit & lex (quanuis impia Mahumeti in alijs) Deum esse omnipotentem, & ideo cœlum & terram sine fatigatione condidisse, & homines, & illos sine labore suscitaturū. in Alcora. azoara 29. & 56. a. D. etiam Cyrillus patriarcha Alexandrinus, lib. 1. contra Iulian. apostatam. *Wihil est, inquit, quod perfectissima & omnipotens Deitas perficere non queat.* Et omnipotentem esse Deum suadet ratio, quia creator fit, & Dominus consequenter: qui autem dominus est, omnimodam habet in sibi subditos potestatem. Dehinc, quia Deus est perfectissimus, & nullo egens: expedit itaq; necessario, omnia illius nutu subijci. Nam si in quædam impotens esset, illius resistentia a suo robore & magnitudine detraheret, quodque resisteret, æqualem, imò maio-

rem potestatem haberet. Quod fieri non potest, sicuti impossibile est & duos vel plures esse, siue æquales, siue maiores & minores Deos. Et quia (vt docuimus in bonitate) primum principium & suprema causa Deus est, necesse est concludamus, eum esse omnipotentem, neque ab ullo prohiberi posse quin quod velit non agat : quia primo nihil contrarium est, vt scribit Aristoteles. lib. 12. Metaphys. c. fin. Ab hac infinita potentia distributæ particulares sunt potentia & potestates, quæ sine illius præsidio vanæ & inutiles sunt & frustra. *Semel locutus est Deus, quia potestas Dei est, vt scribit Dauid, Psal. 61. circa fin. cano. quid culpatur 23. c. 1. in 2. par. Decre. Gratia. Non est potestas nisi à Deo. D. Paul. ad Roma. c. 13. a. Sic dominus noster IESVS CHRISTVS in Euangelio D. Ioannes c. 19. b. vers. 11. dixit Pilato iudici, Non haberes potestatem aduersum me ullam, nisi tibi datum esset desuper. Scribit & D. Cyprianus, in commenta. sup. 1. lib. summæ D. Thomæ con. genti. c. 20. Late Aristoteles li. 9. Metaphys. c. 1. Dei est, inquam Dei est quod possumus : inde viuimus, inde pollemus, inde sumpto & concepto vigore, hic adhuc*
 5 *positi futurorum indicia pranoscimus.* Creatura potentia, vel est actiua vel passiua. Actiua quæ agit : passiua quæ patitur, imperfecta quæ

quæ alio indiget, vt in actum deducatur, nempe agente. Quamobrem & hoc modo Deus non est in potentia, quia is est actus purus & sine imperfectione. Et habet potētiam actiuam non repugnantiz, id est cui nihil resistit, quin non agat quæ vult, vt scribit Francif. Siluestris Ferrariensis. Actiua naturalis potentia, est virtus creata, cui est innata inclinatio ad aliquid agendum in alterum creatum, passiua naturalis, cui innata est inclinatio ad recipiendum ab extrinseco creato formam naturalem, sicut materia prima inclinatur ad recipiendam formam substantialem. Habet obiectum proprium patiens actiua, passiua verò agēs. Rursum potentia creata, est vel rerum corporearum, vel incorporearum. Incorporearum substantiarum sunt animæ, & angeli ministri Dei, potentes virtute qui faciunt verbum illius, Psal. 102. D. vers. 20. intelligentia validi: & sunt potestates cælestes nominatim, Angeli, ita dicti, ob munus præcipuum iubendi apud Dionys. Areopagitam. lib. de cælesti hierarchia. Est Dæmonum intensior potentia naturalis, quia spiritualis substantiæ quàm hominum: at illa in malum semper vergit, sicut bonorū in bonum. Vtraq; autē potestas à Deo, vel quod fieri per eos iubeat, quæ in nos moluntur

untur, vel quod permittat, ad nostram probationem. Præterea Iob, i. tractatur ex D. August. cont. Manich. in can. quid culpatur, 23. q. 1. in 2. par. Decr. Gratia. 41. D. vers. 24. maximam & acrem potentiam permittam Sathanæ super terram, docet. *Non est, inquit, potestas super terram, quæ compararetur ei qui factus est ut nullum timeret, omne sublime videt, ipse est rex super omnes filios superbia.* Donec Christo adueniente & triumphante de victoria eius, data ab ipso potestas nobis super dæmonia. Lucæ 9. a. & c. 10. b. & Marci, c. 6. a. cum similib. Corporearum rerum potestas hominum & aliorum est. Sunt & omnibus animalibus indita & quasi natae potentiae plures specie, sed quæ genere ad vitam reducuntur reatricem totius animalis corporis, ut scribit Galenus tom 7. in commenta. in lib. 2. Aphorif. aphorif. 16. Est & quadam virtus indita à Deo, ex qua actiones animales sequuntur: facultatem dicunt medici, ex qua procedit actio, quam subdividunt in animale, vitalem, & naturalem, ut latè tractat Fuschius, ut & de harum subdistinctione. in compen. Medic. c. 12. & 13. Constituunt & plantis pariter & animalibus quatuor potentias, altricis & nutritivæ facultatis, primam qua attrahitur cibus, secunda qua retinetur, tertia qua alteratur
quarta

quarta qua per secessū expellitur, vt scribit Galenus tomo 3. lib. de cau. morbo. c. 6. Distingueda tamen sunt potentia rationales ab irrationalibus: quā rationales possunt in opposita & non opposita agere, actiuo appropinquato passiuo, in ea dispositione qua passiuum potest pati, & actiuum agere: & possunt etiam in oppositas & contrarias actiones, sicut medicus arte medicinae, & sanitatem & aegritudinem inducere potest. Irrationales verò non possunt non agere passiuo appropinquato in sufficienti dispositione, nec etiam possunt in oppositas actiones nisi per accidens, sed sunt ad vnum de terminatae, vt calor calefacit, in frigidat autem per accidens, exhalatione facta per poros ab eo apertos caloris interioris. Est & in plantis & animalibus, imo & hominibus quaedam potentia latens diuina, per quam mirae producuntur substantiarum operationes, non ratione elementari, sed constitutione diuina. Omnis namque res duplici potentia vel vi, actiones exerit, secundum Platonem & Mesuen, in suis canonib. medicinalib. nempe vel elementari, vel caelesti. Quia & duo considero ego in omni re, nempe partes elementares, quibus quid constringitur & fit, secundo formam & integrum quod ex his temperatum. Est & sigil-

lum artificis Dei, nempe proprium aliquid præter & supra vim compositionis partium quo adorandus artifex maiestatem suæ diuinitatis accessisse ostendit. Quidam Physicorum & medicorum dicunt id esse facultatem à tota substantia: ego artificis munus & proprietatem singulis concessam arbitror: vt nihil sit qualecunque etiam minimum, non animal vel planta, vel stella, lapillus, metallum, vel quiduis aliud, in quo non lateat quædam proprietates & potestas supra elementarem compositionem sui, & fœlix qui potuit rerum dignoscere causas, Dei quæ opus solius: nos enim substantias illas nouimus per operationes & actiones, & experientia, vt scribit Galenus, libr. de simpli. medic. & de sancto Amando. in antidotario. Et hæc sola experientia nouimus sine certa ratione, Rhabarbarum & Scammonium, flauam bilem expurgare: Epithimum, Polypodium, Sena, humorem melancholicum: Agaricum, pituitam. Aliud soluit, aliud aggregat, aliud confortat, non quia calidum, non quia frigidum, sed ob formam, vim, potentiam specificam. Sic fetida fugant matricem, odorifera attrahunt. Succinum, gagates lapis, & adamas, festucas & paleas trahunt. Argentum viuum, auro afficitur: gallus terret cantu leonem.

Magnetum,

Magnetum alius ferrum, alius carnes trahit. Sunt & his aliæ propè infinitæ proprietates singulis, in singulis speciebus ab Authore rerum omnium secreto sigillo consignatæ. Virtutem cœlestem vocarunt philosophi. Scribit quoque D. Thom. in summa cont. Genti. lib. 1. c. 20. in corpore cœlesti esse quasi potentiam actiuam, non tamen absolute dixit esse potentiam actiuam sed quasi, & hanc virtutem essendi, quam virtus essendi potius ad potentiam formæ pertineat, quam ad potentiam materiæ. Nam vt idem D. Thomas primo Cœli lectio. 6. ait, Forma secundum sui conditionem, dat esse materiæ: & diuersæ formę dant diuersum esse: materia namque propter formam est, non forma propter materiam. Accedit & vis & effectus alius præstantior rebus naturalibus ex supernaturali potentia, nempe ex verbo, veluti dum verbo Dei sacramenta Ecclesiæ exercentur: dumque iungitur verbum Dei elemento, fit sacramentum. Et ex potentia Dei superuenit gratia Dei collata inuisibiliter rebus visibilibus, quæ gratiam conferunt, non ex propria potentia, sed Dei, cuius verbo sanctificantur. Dicimus deinde potestatem inter homines ex iure aliquo vel consuetudine inueniri: hæc etiam ex potentia Dei dependent,

pendet, qui vt omnia potuit, & voluit talem potestatem largiri hominibus. Quia itaque homo parte vna constat immortalis ad similitudinem & imaginem Dei creata, nempe anima: & alia mortali, dum creatus fuit, Potentia fuit immortalis & mortalis, nam in vtinam vellet partem, declinandi potestatem acceperat, vt dictum Genes. 2. illi. Si comederis de fructu vetiti arboris, morte morieris. Et Dominus noster IESVS CHRISTVS restaurator humani lapsus, nobis restituit per suam fidem potestatem illam: sic enim scribitur in Euangelio D. Ioannis c. 1. *Dedit eis potestatem filios Dei fieri, ijs, qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.* Gratia itaque Dei adiuuat illam potentiam naturalem respectu intellectus & voluntatis animæ ad bonum, eò quod quia etiam post peccatum, manet in anima, humana potentia ad bonum: & est illa potentia, potentia passiuæ, quæ per gratiam Dei potest reduci in actum, & reparari in bono. Et sic homo potest consequi remissionem peccatorum, vt docet D. Thomas, lib. 3. con. genti. c. 156. adducitque caput Iesaiæ primum. *Si fuerint peccata vestra, vt coccinum, quasi nix dealbuntur?* Est autem illa potestas interior & cuique

cuiq; particularis. Exterior alia tamen duplex homini, non tantum in his quæ particulariter ad seipsum pertinent, sed etiam & quæ alios respicit, & suprâ alios: cum in his quæ ad sacra pertinent: tum in his quæ ad secularia. Quamobrem duæ sunt à Deo concessæ potestates in genere, spiritalis & secularis. Hanc principes habent, summi pontifices alteram: illa secularis caput & fons, Deus benedictus ipse. cano. cum ad verum, & can. duo sunt, 96. dist. in 1. par. Decree. Grat. can. quoniam, 10. dist. Et sunt duo gladij, quos Christus Dominus Lucæ 22. d. dixit sufficere. Spiritali enim & iuridico anima à corpore Christiano & mystico separatur: per secularem autem à corpore proprio. Verùm super potestatem omnium esse Dei potestatem, docetur ex D. Augustino 2. Confessionum in cano. quæ contemores hominum sunt, 8. dist. in 1. par. Decree. Bonifa. Generaliter, potestatis verbum semper vim vel facultatem agendi vel patiendi in eo de quo potestas dicitur, significat. Idque secundum diuersa subiecta. vt in persona magistratus, imperium: ratione liberorum in patre patriam potestatem: in seruorum personas, dominium: in sistendo & exhibendo, facultatem exhibendi, vt notat Paulus Iurisc. in l. potestatis verbum, l. 215. de

215. de ver. & rer. sig. lib. 50. w. tit. 16. vbi glo. similia citat iura quæ ego pretermitto. Statuunt & leges nos non posse ea facere, quæ facta lædunt pietatem, existimationem, & verecundiam nostram. Et vt generaliter dixerim, quæ sunt contra bonos mores, vt scribit item Paulus Iurisc. in l. filius qui fuit in potestate, l. 15. de conditio. & demonstr. lib. 28. w. tit. 7. Quod hîc potentiam adimit, superioris prohibitio potissimum est, quæ vim cogentem habet, libertatisque naturalem facultatem continet, vt libertatis definitio docet, quæ naturalis facultas est eius quod facere licet, nisi si quid vi aut iure prohibeatur. l. libertas, de sta. homi. in w. cum simil. Neque hoc mirum videri cuiquam debet, si repetat principium & magistratum originem. Siquidem cum omnis potentia, vt diximus, sit à Domino, omnibus sublimioribus potestatibus obedire oportet, & pro his rogare qui iubent & præsumt, vt vitam quietam & tranquillam agamus. siue ij boni sint, siue mali: & tanquam Dei ministris, vt scribit Paulus. ad Tit. c. 3. a. & ad Roma. c. 13. b. c. 2. de censib. can. magnum, II. q. 1. & D. Paul. 1. ad Timoth. 2. a. Ipseque D. Paulus cum percuteretur iussu sacerdotis magni in iudicio, etiam contra legem, cum dixisset, Ignorans percutiet te Deus,

paries

paries dealbate: admonitus, quod esset sacerdos magnus, dicta retractauit dicens, *Nesciebam fratres, scriptum enim est, principem populi tui non maledices.* Actuum c. 23. b. Quod & scriptum est in c. 22. D. Exod. Et ita Apostoli & primi Ecclesiæ Catholicæ regni cœlestis tunc candidati, nunc Dei gloria fruentes, proculdubio Imperatoribus in his quæ ad politiam humanæ administrationis pertinent, obtemperarunt, & legibus eorū colla subiecerunt, quantumuis iniquissimi illi & idololatræ perditissimi & crudeles tyranni fuerint, ob potestatem, quam à Deo illis permissam nouerant: exemplo Domini nostri I E S U C H R I S T I, cui placuit, quæ sunt Cæsaris Cæsari reddēda, quæ Dei Deo. D. Math. c. 22. b. Marc. 12. b. Lucæ 20. e. Tributumque pependit pro se & Simeone & si ab alienis reges terræ tributum exigere dixerit D. Math. c. 17. Nec quis conquerratur, quia alij tyranni sunt, alij impij, alij contra ius regnantes: nam quomodocunq; principatum obtineant, vel directè vel permissiue à Deo, illis potestas est concessa, vel in ultionem delictorum subditorū, & principum, vel in probationem & utilitatem bonorum. Sic obseruatum sæpissimè suscitatos à Deo tyrannos, qui depopulati sunt & flagellarunt principatus & regna, ad castigandos

stigandos ipsos regulos, qui à subditis non valent nec debent castigari. Talis Alexander Mag. Xerxes, Atila, qui se flagellum Dei dicebat, & alia barbarorum inundationes, talis Assur, quem Deus dixit virgam furoris sui. Iesaiæ 10. b. Prouerb. 28. a. Et Iesaiæ c. 3. scriptum, *Propter peccata terra, multi principes eius: & propter hominis sapientiam, & horum scientiam quæ dicuntur, vita Ducis longior erit.* Et alibi in ultionem scelerum Deus minatur se daturum pueros principes, & quòd effæminati dominabuntur & corruet populus, vir ad virum, & vnusquisque ad populum sistens & c. Quo maius vix accidit malum populo, nempe puero rege, & effæminato ne dicam de fæminis. Docuit nos experientia rerum. Firmat Eccles. c. 10. c. Ecclesiastes clamans, *Va terra cui rex est puer & cuius principes mane comedunt.* Hoc iterum dico omnes nos quoque expertos, sed delicta maiorum lues Galle, donec templa refece- ris & c. Non enim tam culpa omnis in principem reiicienda, quantum in delicta, quæ talem promeruerunt rectorum Reipublicæ, & forsan aliquando regis delicta luunt subditi, veluti ob delictum David. 2. Reg. c. 24. Sic per prophetam Oseam Deus, Oseæ c. 13. c. *Dabo tibi regem in furore meo.* Non tamen
 12. ideo superbiant principes mali: non ideo e-
 nim

nim ipsi à Deo approbati, vt boni, sed tantum in vindictæ diuinæ ministerum & flagellationem, vt carnifices, veluti vasa electa furoris Dei, de quibus & Deus per Prophetam Oseam c. 8. a. scribit. *Ipsi regnauerunt, & non ex me principes extiterunt, & non cognoui.* Quod scribit & interpretatur D. Hierony. Cuius verba afferuntur, in can. audacter 8. q. 1. non secus quam Sathan carnifex vltionum Dei, ideò tamen ipse bonus non est quauis voluntatem Dei exequatur in vltione & vindicta scelerum. Faciunt itaque carnifices illi, & sunt ex Dei permissione, non tamen ex consilio Dei: sicuti 1. Reg. c. 8. Deus, dum populus peteret sibi dari regem à Samuele in morem gentium reliquarum, permisit, & in illorum iugum regem fieri edixit, non quod ipsius consilio fieret, sed ad illorum prohibendam peruicaciam: *Non enim, inquit ad Samuelem Deus, te abiecerunt, sed me: veruntamen prædic eis iugum & furorem regis: filios, inquit, vestros tollet, & ponet in curribus suis, & filias vestras faciet sibi unguentarias, focarias, & panificas. Agros vestros & vineas & oliueta optima tollet & dabit seruis suis &c. Et clamabitis in die illa à facie regis vestri, quem elegistis vobis, et non exaudiet vos Dominus in die illa, quia petistis vobis regem.* Quibus efficitur, voluntariè qui-

dem populum sibi constituisse regem, sed ea lege, vt dum à facie eius clamabunt, non liberentur. Vnde duo sequuntur, primum, vt dubitare de potestate principis instar sacrilegij sit, & ei obistere vel negare potestatem principis, vt scribunt Cæsares Valentin. Theod. & Archad. in l. sacrilegij instar. l. 5. de diuers. rescrip. lib. I. C. tit. 26. Quia illud est derogare legi diuinæ, quæ ius regis statuit: deinde, quia quasi ex contractu inter Deum & populum, ius regis stabilitum est. Neque haud vix rempub. inuenies monarcha moderatam, & successione confirmatam, quæ non suum ius in regem transtulerit. Sic ius regni Israelitici stabilitum. dicto c. 8. Reg. I. Eò refer parabolam, Iudicum c. 9. 6. Dum ierunt ligna vt vngerent super se regem, & recusantibus frugiferis plantis imperium, Rhamnus sterilis illud acceptauit, ea conditione, inquit, vt si verè me regem vobis constituistis, venite & sub umbra mea requiescite: si autem non vultis, egrediatur ignis de Rhamno & deuoret cedros Libani. Legimus & populum Romanū, lege regia omnem potestatem in regem transtulisse, & ita subijci eius voluntati, quæ pro lege nemine impediende habetur. §. sed & quod principi, de iure natu. gen. & ciu. tit. 2. Pompo, Iuris. in l. 2. §. de-

Inde

inde cum esset, de orig. Iur. lib. 1. tit. 2. Vlpia. in l. 1. de constit. princip. lib. 1. tit. 4. cū similib. Scimus & Iudæos lege sempiterna sibi Cæsarem in regem suo malo accepisse, qui eos ob mortem Christi, seruitute perpetua, contineat, dum dixerunt. Non habemus regem nisi Cæsarem. D. Ioan. c. 18. Scimus & Gallos lege Salica sibi regē confirmasse ex historiis Gallicis, & sic alias genus sibi elegisse reges. Quò fit vt aliud secundum hinc colligatur, non esse in potestate subditorum in regem quicquam amoliri, vel committere, vel in regni eius immi nutionem: & huiusmodi rite crimine lesæ maiestatis puniri, vt si aliud quippiam in malos principes fiat. Cuius rei gratia in Pandectis & Codice Iustiniano extant tituli ad legem Iuliam maiestatis, quæ gladio hanc temeritatem vlciscuntur. Atque qui turbant quietē publicam & seditiosi, vltimo supplicio afficiantur, vt scribunt Gratia. Valent. & Theodo. Cæsar. in l. 1. de seditio. lib. 9. C. tit. 30. & simil. quia populus iam renuntiauit suæ potestati, nec eam repetijt. Et hæc hæctenus dicta sint de his quæ in diuisione potentix difficiliora videbantur, omisis reliquis membris diuisionis, quæ per se satis patent, vt opinor ex his quæ in 4. cap. 4. lib. Syntax. dicta sunt. Subijciam

autem ex eodem lib. synopsis eorum quæ ad potentiam pertinere possunt, & aliquorum explicationem.

De abaco potentia, & eius explicatione. CAP. XXXV.

Synopsis eorum quæ potentiam referunt.

Repugnant his.

1 Agere.	Succumbere.
Authoritas.	Sine autoritate.
Dignitas.	Priuatum.
Diuitiæ.	Paupertas.
Dominatio.	Obedire.
Facultas.	Prohibitio efficax, vel impedimentum.
Fortitudo.	Debilitas, timor.
Idoneum.	Non idoneum.
Iurisdictio.	Sine Iurisdictione.
Libertas.	Seruitus.
Magistratus.	Sine magistratu.
Præcipere.	Obtemperare.
Principatus.	Famulatus, subiectio.
Patrem esse.	Filius.
Potestas.	Impotentia.
Robur.	Infirmitas.
Vis omnis, virtus.	Resistentia.

Violen

Violentia, & ea omnia per quæ vis infertur : vt arma, lapides, coactio &c.

Agere, est ex potentia, nam vt diximus in principio, præcedit actum potentia. 2
 Auctoritas, est auctio quædam & eminentia 3
 aliqua, vel ex scientia, vel ætate, vel honore, vel moribus, vel diuitijs comparata vel delata, ob quam is qui eam habet, maximè potest & valet vel sententia, vel opinione, aut consilio, aut iussu, vel persuasione. Et in summa id auctoritatem per se habere dicitur in aliquo, quod sufficit ad aliquid agendum, nullo alio adminiculo. Dicta auctoritas, vt opinor, à nomine græco *αυρις*, quod proprium ex se. Hinc dicimus auctoritas præstationem tutorum, in negotijs pupillorum: illam potestatem, qua negotia pupillorum velut à potentia in actum validū educuntur, veluti sine personis tutorum, alioquin inutiliter contractis, vt tractat Caius in l. obligari, l. 9. de autho. tuto. lib. 26. ꝯ. tit. 8. & Iustinianus. in §. 1. de autho. tuto. lib. 1. Institut. iur. ciuil. tit. 21. Dicitur & auctoritas legum, quia ex vi illarū aliquid facere possumus, vel prohibemur ne faciamus. Item auctoritas rerum iudicatarum. robur & efficacia iudiciorū ex qua aliquid

fieri potest apud Metium Iurisc. in l. seruo inuito, l. 65. §. qui prætor. ad Sc. Trebell. lib. 36. w. tit. 1. Dicitur & sæpissimè in iure, etiã authoritas magistratum, pro eorum potestate. Sic iuste possidet, qui authore prætoris possidet. l. Iuste possidet, de acquir. rer. dom. Dicimus authoritatem iudicis requiri in aliquibus utiliter gerendis negotijs, vocamus & authoritatem, insignis viri testimonium, quod ipsius dignitas scientiæq; opinio persuadendi vim efficacem habeat, vel recepta de illo inter bonos bona fama. Sic Paulus Iurisc. argumentatur ab authoritate Hippocratis de septimestri partu legitimo. in l. septimo mense. l. 12. de sta. homi. lib. 1. w. tit. 5. Et omnes iurisprudentes à legum authoritate. Rhetores quoque inter topicos locos illum ab authoritate constituant, ex electis viris vel in aliqua arte peritis, responsa & dicta pro fundamentis sumendo, & scribit Aristot. lib. 3. Topic. c. 1. & Cicero, 1. Tuscula, quæst. *Authoribus quidem ad istam sententiam, inquit, quamvis obtinere, uti optimis possumus, quod in omnibus causis & debet & solet valere plurimum.*

- 4 Dignitatem potentiam esse ex eo constat, quia multa committuntur ei qui dignitatẽ habet, & per consequens qui illum habet, multa potest. Dehinc qui habet dignitatem

siue

siue ea sit magistratus, siue ordinis Ecclesiastici, habet auctoritatem qua præualet cæteris. Quicumque habet auctoritatem, potentia communicat &c. Et cum dicitur ad Rom. 13. *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.* Potestatis appellatione & principes & magistratus continentur. Et in cap. 2. de censib. lib. 3. Decreta. Grego. tit. 39. & Imper. Arcadius in l. 2. de executo. & exacto. tribut. lib. 12. C. tit. 61. Et compulsores, admonitores, petitores, agentes in rebus, Palatini, & alij officio aliquo insigniti potestatis esse dicuntur. Et Modestinus Iurisc. in l. fideiussor impetrauit à potestate, l. 26. de pignor. lib. 20. π. tit. 1. potestatem posuit pro iuris moderatore & iudice, & Vlpian. in l. 3. §. pignori, de reb. eor. qui sub tut. lib. 27. π. tit. 9. *Pignori capi iussu magistratus vel præsidis, vel alterius potestatis,* inquit, & *distrahi fundus pupillaris potest,* ubi concludit magistratus sub potestatis nomine, quæ in illorum persona imperium significat, ut diximus, ex l. potestatis verbo, de verb. sign. lib. 50. π. tit. 16. Et iurisdictio ipsa est potestas de publico introducta, cum necessitate iuris dicendi: nam sine potestate iurisdictio exerceri non potuit, qua collata, & ea concessa censentur, siue quibus exerceri non potest, ut scribit Iabolenus Iurisc. in l. 2. ex

qua glossa præd. Jurisdictione. finitionem colligit, de iurisd. omn. iud. libr. 2. 7. tit. 1. Hinc potestatem exercere, pro usu illius potestatis magistratibus concessa dicimus apud Vlp. in l. 1. de offi. procons. & leg. libr. 1. 7. tit. 16. Neque dubium est quin in originibus dignitatum, in principatu, in pontificatu sit potestas, quia ex illa omnes seculares, ex altera ecclesiasticæ dignitates, veluti ex fonte riuuli, manant.

- 5 Dominatio habet potestatem in illos, in quos exercetur, ut in seruos & filios, d. l. potestatis verbo, de verbor. signif. In potestate namque nostra sunt liberi, quos ex iustis nuptiis procreauimus. §. 1. de pat. pot. libr. 1. Inst. iur. ciui. tit. 9. Id iure Roman. §. ius autem potestatis, eo tit. Dionys. Halicarna. libr. 2. Histo. Rom. & item iure Gallico, nam etiam habebant etiam imperium vitæ & necis in liberos, ut scribit Iulius Cæsar. libr. 6. comment. de Bello Gallic. Item in potestate domini serui. §. in potestate. itaque de his qui sunt sui vel alii. iur. libr. 1. Instit. tit. 8. Item in potestate mariti vxor. Gene. 3. c. vers. 16. can. manifestum, cano. est ordo, cano. cum caput 33. q. 5. Quo fit ut noua ratione filios non habeant in potestate matres, ut scribit Iustin. §. fœminæ, de adopt. libr. 1. Instit. tit. 11. Caius l. nulla, l. 13. de suis & legit. liber. libr. 38. 7. tit.

17. cum similib. ibi nota. eo quod habere nō dicitur alios in sua potestate, qui non est suæ potestatis. vt scribit Vlpian. in l. sic euenit, l. 21. ad leg. Iuliam, de adulte. libr. 48. ꝑ. tit. 5. Dicimus & libertatem esse potestatem, quia est facultas naturalis eius quod cuique facere libet, Iustinia. in §. & libertas de iur. perso. lib. 1. Instit. tit. 3. vt contra, seruitus est status, quo quis alterius dominio subiiciuntur. §. seruitus, eod. tit. vtriuque Florenti. 6
Iurisc. in l. libertas. l. 4. de sta. ho. lib. 1. ꝑ. tit. 5. Diuitiæ etiam potentia nominae concluduntur, quia per opes multa exequimur & possumus, vt non immeritò Philippus Macedo dixerit, nullam ciuitatem sibi videri inexpugnabilem, in quam a sellus auro onustus ingredi posset, vt scribit Plutarchus in Laconicis. & Cicero scribit 2. Officiorum. idem Cicero Actio. in Verrem. Philippum id ex oraculo Pythij didicisse, consulentem quo modo victoria posset potiri. ille enim respondit ἀργυρίαῖς λόγχαῖσι μάχῃ, καὶ πάντας νικῆσαι, id est, aureis pugna hastie, & omnia vinctes. Nihilque tam sanctum, quod non violari, neque tam minutum, quod non expugnari pecunia possit. Extat & oraculum quod fuit responsum Alcameni & Theoporo Spartæ regibus, ἀφιλοχρηματία σπάρταν ἴλοι, ἄλλο ἢ δδεν: Amor pecunia Spartam

capiet, aliud nihil. Significans tum Lacedæmonios esse vincendos, cum cœpissent aurum & argentum in prætio habere. Et ita adolescens quidã Rhodius respondit Apollonio, homines videri amabiliores propter ea quæ possident: multum enim inquit diuitiæ possunt, vt narrat Philostrat. libr. 5. de vita Apollo. capit. 8. & Demosthen. oratio Olynth. 1. δὴ δὲ χρημάτων ἢ αὐτῶν τῶν ὀδῶν ἔστι γινώσκειν τὸ δύνανται. id est, pecunijs certè opus est, cum sine his eorum qua oporteat non liceat quicquam fieri. docet & Horat. Satyr. 3. lib. 2. Serm. vers.

— *omnis enim res*

*Virtus, fama, decus, diuina humanaq; pulchris
Diuitijs fauent: quas qui construxerit, ille
Clarus erit, fortis, sapiens etiam rex,
Et quicquid volet.*

Et Lucretius libr. 5.

*Posterior res inuenta est, aurumq; repertum,
Quod facile & validis & pulchris dempsit
honorem.*

Diuitioris enim sectam plerumq; sequuntur.

Quamlibet, & fortes & pulchro corpore ceteri.

Et vulgaria sunt quæ scribit Ouidius, De remed. amor. 2. vers.

Curia pauperibus clausa est, dat census honores,

Inde gravis iudex, inde seuerus eques.

Et quod Persius Satyr. 2.

Aurum lex sequitur, mox sine lege pudor.

Et rursum Horatius 2. episto.

Scilicet uxorem cum dote, fidemq; & amicos,

Et genus, & formam, regina pecunia donat.

Sed & lepide Demosthenes Oratio. de pace scribit, *ὅταν ἐπὶ θάτερα ὡσπερ εἰς τρυταίην ἀργύριον προερίγκης, οἴχηται φέρων ἢ καθείδωνοι τὸ λογισμὸν ἐφ' αὐτὸ, ἢ ἐκ ἐτ' αὐτὸ ὀρθῶς ἐδὲ ὑγιῶς ὁ πότο ποιήσας περὶ ἐδιδὸς αὐτὸ λογισκύντο*, id est, *Cum in alteram partem, velut in trutinam argentum attuleris, id ipsum argentum preponderat, & ad sese ratiocinationem omnem detrahit. Nec amplius qui hoc fecerit, recte neq; sincere vlla de re ratiocinari poterit. Opes certè à iuuando dictæ sunt, eo quod plurimum inde opis habent hominum ciuiles conuentiones, maxime si cum ratione & virtute his quis vtatur. Sunt enim tunc potenter vtilis, vt Pindarus scribit, Ode 5. Pythior. in princip.*

Ὁ πλῆθος ὀβρυδίνης

ὅταν τις ἀρετᾶ κικρα-

μλόνος καθ' ἀρετᾶ βροτήσιος αὐτῆρ,

Πέβμε παραδόντ' αὐτὸν αὐαύγην. id est,

Diuitie latè potentes, quando pura

Virtute temperatas, mortalis

Aliquis vir, fortuna tradente,

ipsas auget.

Et idem Pindarus Ode 1. Olympio. in princip. ob necessitatem & vsum potentem cō-

parat

parat aurum elemento aquar, & præstantius dicit esse elemento & splendore ignis, dum ait,

Ἀριστεν ἢ ὕδωρ, ὁδὲ

Χρυσὸς αἰθέρωρον πῦρ

Ἀτι διακρίσασθαι

πρὶ μὲν γὰρ ἰσοχρᾶ πλῆττα.

Optima quidem aqua, sed aurum

Vt lucidius ignis, noctu excellit

Super eximias diuitias.

Omitto quomodo in omnibus commerciis pecunia egeamus, vt cōstat ex Paulo Iurif. in l. i. de contrahen. empt. lib. 18. ꝛ. titul. 1. & Aristotele 5. Ethicor. & vt scribit Iuuenalis, Satyr. 3.

Haud facillè emergunt, quorū virtutibus obstat

Res angusta domi.

Quamobrem opes, quia defectu earum, hoc infælicissimo seculo etiam optimi multa indigna patiuntur, summoperè potentiz nomen sibi vendicant, vt & in præcedentibus seculis. Nam & Strabo, libr. 9. Geogra. eas omni tempore plurimum inter res humanas honoratas fuisse scribit. Et potissimum apud Græcos, qui hac de re suos reges *δυναστας*, id est, potentes vocarent. Et vsque adeò pecuniarum creuit ambitio, vt necesse fuerit ad minuendam potentiam, & ad euitandam inuidiam & tyrannidem potentium

tentum, in quibusdam Græcorum ciuitati-
 bus, Ostracismus, id est, exilium volunta-
 rium decem annorum diuitibus indicere,
 vt scribit Aristoteles 3. Polyti. cap. 9. Memi-
 nit & Plutarch. in vita Periclis legendus &
 Alexan. ab Alexandro lib. 3. Genia. dier. cap.
 20. Ostracismus autem fiebat, dum populus
 suam sententiam de expellendo aliquo vrbe
 ob potentiam, ostracis, id est, calculis testa-
 ceis in scriptis dabat, vt scribit Plutarch. in
 vita Aristid. & in vit. Niciæ. & Diodorus Si-
 culus lib. 11. Biblioth. hocq; fiebat potissimū
 Athenis iudicium populare, quod imitatus
 est, vt scribit Diodorus in 10. Populus Sy-
 racusius in omnibus, excepto quod non
 Ostracismus, sed petatissimum iudicium
 dicerent: eò quod nomen exulis, non testis
 sed foliis inscriberetur. Sublata tamen lex
 Ostracismi à populo sub Aristide, vt scribit
 Plutarc. in vita Aristid. Petatissimus autem
 non diu, nec obnixè obseruatus, vt Diodo-
 rus scribit, dicto lib. 10. Quia & ob id plures
 tragediæ inter plebem & ditiores natæ fue-
 rint, veluti aliquando apud Romanos, ob
 leges Agrarias, ob æs alienum, ob credito-
 rum seueritatem, de quibus latè Dionys.
 Halicar. Liuius, Appianus, Florus, & alij scri-
 bunt. Prospectum tamen est legibus, vt ne
 freti potentia diuitiarum, opprimerēt pau-
 peres

peres, idq; ad Præsidis curam maxime negotium delatum est, vt scribit Vlpia. in l. illicitas, l. 6. §. nec potentiores, de offic. præsi. libr. 1. π. tit. 18. & à Dioclet. & Maximil. in l. 1. ne lice. potentio. litigant. patroc. præsta. vel in se actio. transferre lib. 2. C. tit. 14. & in toto eo. tit. & l. 2. seuerissimè puniri iubentur, qui prætextu potentia, terrorem aliis incutiunt, in quibus potentes, diuites, & dignitate fulgentes continentur, vt etiam legitur apud D. Iacobum Epistol. cap. 2. b. 6. *Nonne diuites per potentiam opprimunt vos, & ipsi trahunt vos ad iudicia?* & alibi Demosth. in orat. funebri. ὁ πλοῦτος, inquit, ἢ τὸ τάχος ἢ ἡ ἰσχὺς ἢ ἴσα ἀλλὰ τῶν τοῖς ὁμοίᾳ αὐτάρχεις, ἔχει τὰς δυνάμεις τοῖς κικτιμένοις, ἢ πραύσειν αὐτοῖς αὐτὰρ πᾶσι αὐτὸ μὲν εἶναι ἄλλων βέλυντα. id est, *Diuitia celeritas & robur, & quacumq; alia istis similia, amplo & copioso fructui sunt suis possessoribus, & in his ipsis excellunt quibus inter sunt, licet nullus alius velit.* Facultas est etiam potentia nomine contenta, quasi dicas facilitatem faciendi: quam obrem dicimus esse vel non esse potestatem agendi, eius quod facere vel non facere possumus. Sic nos docet Vlpia. in l. quoties, l. 21. §. prætor ait, versu. in potestate, de noxal. actio. lib. 9. π. tit. 4. *In potestate seruum habere dominum sic accipere debemus, vt facultatem & potestatem*
exigen

exigendi habeat. Caterum si in fuga sit vel peregre, non videbitur esse in potestate. Si enim qui exhibendi facultatem habent, ad exhibendum tenentur. ut idem ait Vlpia. in l. Celsus, l. 5. ad exhiben. lib. 10. §. tit. 4. cum similib. facit expressè l. potestatis, de verb. signif. lib. 50. §. tit. 16. & Cicero, 1. De inuentione. facultates inquit, sunt quibus quod facilius fit, aut sine quibus aliquid confici non potest. Et medici, facultates, naturales potentias dixerunt, vnde & nascuntur actiones, & extant libri Galeni tres, de naturalibus facultatibus. Fortitudo etiam potentiam indicat, qua quis potes

II

est ad ferendum aliquid, vel ad resistendum, in periculis & terroribus incussis, ut scribit Aristot. Ethic. lib. 3. ad Nicom. cap. 6. Et cum fortitudo virtus animæ sit, non mirum si potentia egeat. Omnes enim virtutes, potentia egent. Nam Aristoteles lib. 10. Ethicor. ad Nicom. cap. 8. Forti, inquit, opus est potentia, si aliquid agit eorum quæ à virtute proficiscuntur, & potestate etiam temperanti. Vocamus & fortitudinem, robur corporale, veluti Milonem dicimus forte fuisse, & Iasonem & Athlætas, & propugnaculum forte. Iudas 1. Machab. 2. g. quoque Machabæus fortis viribus. & alibi Matth. 12. c. cum fortis armatus custodit atrium suum, &c. si fortior se venerit alligat fortem &c.

Sic

Sic exercitus fortes, id est, potentes armis. Itaque timiditas & ignauia præ se fert impotentiam, sicut & audacia, artis ignorantiam, vt ait Hippocr. libello de lege. Dicitur & fortitudo, vis & virtus quæ corroborat siue animum, siue corpus, vt dicitur de cibo & pane subcineritio Eliæ: quod Elias in fortitudine cibi illius, ambulauerit quadraginta diebus & quadraginta noctibus 3. Reg. 19. b. Sic alibi Psal. 27. c. Dominus dicitur fortitudo plebis suæ, id est, potentia, qua populus potest Dei adiutorio. idē Psal. 30. a. & 42. a. & 117. b. & alibi. Sic robur exercitus, potentia exercitus, vt in historia Iudith 1. b. vers. 5. Iudith, Gloriabatur Arphaxad quasi potens, in potentia exercitus sui, & gloria quadrigarum suarum. Et in Psalmis, Psal. 75. ibi, *Confregit potentias, arcum ac scutum & bellum.* Et alibi 2. Machabeo. 15. *Non secundum armorum potentiam, &c.* Idoneum habet quandam potentiam eius causa ad quod est idoneum, habet si dicere ita licet aptitudinem & facultatem agendi: facultas autem pro potestate & potentia sumitur, vt diximus. Atque idoneum, facultatem aliquam agendi significare constat, quia idoneum dicimus testem, qui potest cum efficacia & effectu testificari, quiue nulla exceptione repellitur. notatur in cap. 1. & ibi glode

de testib. lib. 2. Decret. Grego. tit. 20. Sic intelligendus Iulianus Iuriconsultus, in l. idonei, l. 6. de testib. lib. 22. §. tit. 5. dum ait, testes, quibus imperari potest, non esse idoneos. Et ita audiendus Paulus in l. testis idoneus, l. 9. cod. & Pōponius l. nullus idoneus, l. 10. sub cod. tit. in §. patrem filio, nec filium patri, neque quenquam in re sua testem esse idoneum, asserentes: & sic de reliquis, qui idonei non sunt, si aliqua exceptione qua non possint testari, repellantur. Sic putatur tutorem vel curatorem idoneum, eum qui potest tutelam vel curam gerere, eiq; muneri sufficiens est vel facultatibus, vel industria, vel fide, vel ætate, vel his similibus. ut notatur à glos. in §. interdum, in verbo idoneus, de curatorib. l. 1. Institut. tit. 23. cum similib. Appellamus ita idoneum fideiussorē, qui potestatem habet soluendi, vel qui potest passivè facillè conveniri, isq; patrimonio & fide idoneus quoque existimatur à Pomponio, in l. si quis stipulatus sit, l. 112. §. fin. de verb. obl. lib. 43. §. tit. 1. ut alio nomine huiusmodi fideiussorem idoneum, locupletem dixit Vlpian. non tam ex facultatibus, quam ex facilitate conveniendi. in l. 2. qui satisd. cogas. lib. 2. §. tit. 8. Sunt alia his similia, qualia quæ de idoneo procuratore, qui potestatem agendi & defendendi habet. De

idoneo ad munera, qui adipiscendis muneribus accommodus est. Sic de aliis collige.

- 13 **Necessitas** habet vim cogentem, & omnia sursum versus, ad diuinam causam ducit volentia & inuita: eam, qui lætus sequitur verè est sapiens, inquit Epictetus, teste Arriano, in Enchirid. Epictet. cap. fin. atq; Prometheus apud Æschilum in Prometheo ligato.

τὸν παρὰ φύσιν ἢ χρόν

Αἰσὼν φέρειν ὡς βῆτα, γινώσκοντ' ὅτι

Τὸ τ' αἰάγνυς ἵτι ἀδύετον ἀίνε. id est,

Ceterum destinatum oportet

Parcam ferre facillime, cognoscentem

Quod necessitatis est inexpugnabile robur.

Jurisdictiono, vide Dignitas.

Libertas, vide Dominatio.

Officium, vide Dignitas.

Præceptum, vide Dignitas.

Pater, vide Dominatio.

Robur, vide Fortitudo.

- 14 **Vis** accipitur pro virtute & potentia tam caelesti quam inferiori: sic apud Cicer. orat. 39. pro Milo. vis caelestis & numinis, id est, quod non Sol nec homines, nec aliud quiduis mouent, sed ex quo omnia foelicissima ciuitati & reipublice adueniunt: & eam vim Dei esse ait in omni naturæ motu & corpore nostro. Item vis corporis, & pro roboris

boris potentia, & magnitudinis virtute, apud Aristot. libr. 1. ad Theod. cap. 6. Proprie tamen vis est siue in animatis, siue in animatis, violentum illud cum agendi causa, à qua quid cogitur, quorum autem interior nec in ipsis causa est, vis non est. vt scribit, Aristot. libr. 1. magno. moral. cap. 15. Quia igitur vis accipitur pro violentia, quæ est maior vis frangitq; maximas opes, vt ait Cicero, Orat. pro C. Rabirio, de illa dicemus, si modò notemus violentum esse, cuius principium est extra, nihil conferente vim passo, apud Aristot. 3. Ethic. cap. 2. Violentia itaque, vis est & potestas contra naturã agens, si credamus eidem Aristotel. lib. Problema, sect. 1. q. 6. & idem, lib. 5. de generat. animal. cap. fin. violentum præter naturam esse dicit. Et alibi, Aristot. lib. 2. Ethico. ad Eudemum, Omne inuoluntarium acerbum esse dicit & violentum, scilicet, id omne quod coactus quis facit aut patitur. Quia omnis res necessaria, molesta est: itaque si quid molestum, idem etiam violentum erit, & contra. Quicquid verò præter cupiditatem est, id omne dolorem infert, iucundorum enim cupiditas est. Itaque violata etiam inuoluntaria sunt, & proinde quæ secundum cupiditatem, eaq; voluntaria, hæc inuicem sibi sunt contraria. Et paulò post eo-

dem loco, videtur violentum necessario, vis & necessitas voluntario persuasionique in rebus agendis opponi. In vniuersum autem, violentum necessitatemq; inanimatis assignamus. Nam & ignem vi, coactumque deorsum ferri cernimus. Verum quando secundum naturam propriumque impetum fertur, nec violentia, nec voluntarium subest, sed nomine caret antithesis, sed cum præter hoc contingunt, vt diximus fieri. Eodem pacto & animalia & inanimata, vi multa cum facere tum pati animaduertuntur, quando scilicet præter naturalem impetum ab externo aliquo mouentur. Quod in anima quidem expertibus, simplex est: sed in animatis nõ sæpe simplex, vt in quibus non semper ratio cupiditasque consonant. Ac cæteris quidem animalibus quem admodum & inanimatis violentum simplex est, quippè quæ cupiditati, nam ea viuunt, rationem minime contrariam habeant: homini verò ambo insunt, certa quadam ætate, ea scilicet, quæ rebus per rationem agendis idonea est. Cicero Oratio. 12. pro Cecinna. non solum corporis, sed etiam animi vim vocat. Corporis, cum quis corporali impetu vel vulneribus adigitur: animi, cum metus vel terror incutitur. Et rursum Orat. 33. pro P. Sext. vim generaliter
opponit

opponit iuri humano. & vim omne id quod
 contra ius est vtilitatemq; publicam. Dixit
 & alibi, lib. 3. de Legibus dū legem priscam
 commemorat, *Sunt cum populo actiones, in*
quibus primo & maximè vis abesto: nihil enim
est exitiosius ciuitatibus, nihil tam contrarium
vi & legibus, nihil minus est ciuile & huma-
num, quam in composita & constituta republica,
quicquam agi per vim. Sed quid de vi & vio-
 16
 lentia sentiant scripta iura, videamus: & ex-
 tant leges quæ nobis apertè insinuant, vim
 esse tam aduersariam animo, quam corpori
 impetum, cui resisti non possit. Vlpia. in l.
 1. & Paul. in l. 2. de eo quod met. cau. lib. 4. w.
 tit. 2. *Ait prator, inquit Vlpianus, in d. l. 1.*
quod metus causa gestum erit, ratum non habeo,
olim dicebatur quod vi metusue causa. Vis enim
fiat mentio propter necessitatem impositam con-
traria voluntati. Metus est instantis periculi vel
futuri causa, mentis trepidatio: sed postea detra-
cta est vis mentio ideo, quia quodcunque vi atro-
ci fit, id metu quoq; fieri videtur. l. 2. eod. Vis
 autem est, maioris rei impetus qui repelli
 non potest. Quod de vi maiore dictum est
 coactiua: nam existimant Iurisconsulti
 quandam aliam vim esse, cui resisti potest,
 sed egrè & non sine periculo, quam vocant
 impulsiuam vel compulsiuam. Vt annota-
 rur & citantur iura in glo. d. l. 2. de eo quod

met. cau. Quod notabile est, plerique enim sunt casus, in quibus re pereunte, apud non dominum, vi maiore, eam non præstat possessor, sed domino perit, veluti in commo- dato, in quo re penes commodato accipi- ente, pereunte, perit domino, non autem tenetur qui commodato accepit, nisi aliud conueniat, vt scribunt Dioclet. & Maxim. in l. 1. de commoda. lib. 4. C. tit. 23. cum si- mil. ibi nota. Similiter in locatione, si vis tempestatis calamitosæ contigerit, cum quæsitum esset: num locator conductor a- liquid præstare deberet, Seruius respondit, omnem vim cui resisti non potest, domi- num colono præstare debere: vt puta, flu- minum, graculorum, sturnorum, & si quid simile acciderit, aut si incursum hostiū fiat: si qua tamen vitia ex ipsa re oriantur, hæc damno coloni esse, veluti si vinum acuerit, si raucis, aut herbis segetes corruptæ sunt &c. Apud Vlpia. in l. ex conducto, l. 16. loca. & cond. lib. 19. ¶ tit. 2. cum similib. ibi nota. Sunt casus his similes, quos prætermitto: duo enim exempla sufficere videntur ad probandum, potestatem extrinsecam vel vim considerari in iure. Distingunt autem & vim illi, num cum armis, vel sine armis fiat, num publicè, vel priuatim: de quibus sunt expressi tituli in C. & ¶¶. ad leg. Iul. de

de vi publi. & ad leg. Iul. de vi priua. & nos
in Syntagmate Iuris vniuersi suis locis co-
piosè disputauimus.

Regula Potentiæ & potestatis.

CAP. XXXVI.

OMne sempiternum, abstractum, & ne-
cessarium est actus, & non est in po-
tentia passiuæ actus, quia si esset potentia
passiuæ, posset esse & non esse: at non con-
uenit sempiterno non esse, quia semper est,
& per consequens quia potentia deducit ex
non ente in actum, cum semper sit, est a-
ctus non potentia. Sic cum potentia passiuæ
implicet possibile & non possibile esse, non
erit illa in sempiterno. Sic in Deo non est
potentia passiuæ, quia immutabilis, nec po-
test non esse. Sic etiam necessarium, cum
non possit non esse, non habet eadem ra-
tione passiuam potentiam. Sic angeli, ani-
mæ, non habent actionem passiuam, quod
pertinet ad substantiam essentialem, quia
non possunt non esse: porro quod pertinet
ad accidentia, habent actionem passiuam.
sicut Luna & Sol patiuntur defectum in
deliquio, non in substantia, sed in accidenti-
bus, quod ad lumen visibile: sic spiritus cre-
ati, mutationem voluntatis & actiuam ac-
cipiunt

cipiunt, & ideo mutabiles, & differentes à diuina Dei maiestate, quæ nulla accidentia, nullam commutationem, nullam alterationem, nullum temporis spatium recipit. Dehinc generaliter quorum non est aliud quoddam opus præter actionem, in ipsismet actio est, vt visio in vidente, speculatio in speculante, & vita in anima. vnde patet, quod substantia & species actus sunt, vt scribit Aristoteles. lib. 9. Metaphys. c. 9.

2. Potestatum alia consideratur veluti efficiens in effecto, sicut intellectus in intelligibili: alia est in fieri, per quam aliquid fieri possit realiter, distincta ab efficientis essentia, vt in generatione cum motu, loco, & tempore: nam successiuè potentia reducitur ad actum. Et quia omnia, respectu Dei imperfecta sunt, sic actiua nostra potentia imperfecta opera relinquit respectu vera perfectionis. Sola existente perfecta potentia, qua omnia reguntur, in Deo, quia Dei potentia Deus est, sicut magnitudo & æternitas Dei, Deus ipse: vt scribit D. Augusti. lib. 7. de trinita. c. 1. & Magister sententiarum. lib. 1. dist. 19. & in eum omnes scribentes. Quamobrem Maxi. Tyrius, serm. 1. *In intellectu, inquit, duplicem naturam video, Alter enim intellectus intelligendi vim habet à natura, licet actu nequaquam intelligat: alter*
verò

verò, & ipse vim intelligendi habet, nondum tamen perfectus esse cognoscitur, nisi amplius addideris super illum, atq; omnia intelligere, non autem alia temporibus alijs, adeò ut perfectissimus sit, qui quidem semper atq; omnia simul intelligat. Et hic Deus, quem in mentis præstantia constituo.

Tertia potentia quæ actum suum bonum ³ assequitur, perfectior & melior, quàm cum in fieri erat. Duplici ratione, primum quia meliores sunt fines, tendentibus ad finem, ut docuimus in regulis boni. Secundo, quia actus est perfectio potentia, & ipsum posse præcipuum, ad operationem refertur & ibi consistit, ut ait Aristot. lib. 9. Ethico. c. 9. Dehinc bonus actus melior potentia, quia cum bono actu in quantum bonus, non admiscetur malum: cum potentia verò ad bonum implicatur & potentiam ad malum quia utrunque ex eadem voluntate fluit. Sic bonum in potentia secundum quid est. Melius autem est bonum simpliciter, quàm secundum quid bonum: ergo bonum simpliciter actu, melius potentia. Et postremò ratione actus, potentia, non contrà. Est & in actu, & potentia vestigium & effectus cum causæ iudice: in potentia verò tantum vna potentia sine effectū.

Quarta Reg. In malis, actus malus peior ⁴

m m s

poten

potentia. Cuius rationes inductione contraria à superiori collige regula proxima.

Quinta, omnis potestas à Deo est, & docuimus iam bona a Deo esse effectiuè, mala permissiuè. Tractant & id Scholastici, Theologi doctores in commentarijs super lib. 2. Sententiarum patrum, Petri Lombardi distinct. 44. Et ipse Lombardus ex D. Augustino super Psalmum 85. ait, etiam potestatem dari à Deo. Quia ad Roma. 13. D. Paul. ait. *Non est potestas nisi à Deo, & Pilato Christus dixerit, Non haberes in me potestatem nisi data tibi desuper esset.* Et alibi. Prouerb. 8. *Per me reges reguant, & tyranni terram tenent.* Et Iob 33. c. ait de Deo, *Quod facit regnare hypocritam.* Et Oseas, 22. c. *Dedi Israël regem in ira mea.* Cæterum quanuis potestas mali faciendi à Deo sit, non tamen malum à Deo, sed à voluntate nostra, & ex nostra elatione in potentia abusu. Neque damnabitur potentia, qua liberi eramus bono uti, sed actio praua & malitia nostra: sicuti & ferrū, aurum, & vires, bona quidem per se & à Deo essentiam sunt habentia: porro quod ferro ad homicidia, & viribus ad iniuriam, & auro ad auaritiam vel scelus committendum abutamur, id nostrum est, & malitia propria vel ex Diaboli suggestionem. Quomodo regnent mali & de exemplis Tyrannorum

norum qui à Deo potestatem acceperunt tractat fusè Ioan. Salesberienfis. in lib. 8. polieratico denug. curialium c. 18. Et D. Grego. Magnus. lib. 2. moral. in Iob, c. 10. Sathanæ voluntatem semper dicit esse iniquam, sed nunquam potestatem iniustam, quia à semetipso voluntatem eam habet, sed à Domino potestatem. Quod enim ipse iniquè fieri appetit, hoc Deus fieri nisi iustè non permittit, vnde bene in 1. Regum cap. 18. dicitur, *Spiritus domini malus, irruerat in Saul.* Ecce vnus idemque spiritus, & Domini appellatur, & malus, Domini videlicet per licentiam potestatis iustæ: malus autem per desiderium voluntatis iniustæ.

Sexta, potentia tendit ad esse, impotentia ad non esse per se constat.

Septima, nulla est potentia passiva in natura, cui non respondeat potentia. D. Thomas lib. 2. Cont. gentil. c. 60. & lib. 3. eiusdem summæ c. 45. & c. 102. actiua.

Octaua, in potestate nostra esse non censetur, quæ sunt contra leges, quæ facta, pietatem, & bonos mores Paul. Iurisc. in l. filius qui patri, l. 15. de condit. & demõstrat. li. 28. §. ti. 7. & de pact. apud Greg. lædüt. veluti vt plagium fiat, obligatio vt impossibilis reijcitur à Papinia. in l. si plagij, l. 123. de verb. oblig. li. 45. §. ti. 1. si stipuletur, eo ti.

Iuris

Jurisconsult.

Nona, nihil potest esse simul in potentia formali, & in actu formali respectu eiusdem: vt puta, actu calidum & potestate calidum. Potest tamen aliquid esse in actu virtuali, & potentia formali simul. Scribit Scotus in 1. Sentent. dist. 5. quæst. 7.

Decima, omnis forma separata à materia, est intellecta in actu. Sic enim intellectus agens eas facit species intelligibiles actu, in quantum abstrahit eas. D. Thomas lib. 2. con. Gentil. c. 82. argum. 2. & c. 98. in principi.

Vndecima, vnunquodque intelligitur, in quantum est, actu, non in quantum est in potentia. Quia intelligere est actus, & ideo oportet id quod intelligitur esse in actu.

Duodecima, verum & falsum consistit circa actum, & non circa potentiam: quia potest quid verum vel falsum verificari tripliciter: in naturali materia, vt homo est animal, secundo in materia contingenti, vt homo est albus: tertio in materia remota, vt homo est asinus: & compositio horum aliquando potest esse vera, aliquando falsa. Duas has proximè positas regulas probat D. Thomas. super lib. 9. Metaphy. sup. textum 20. Chrysost. Iauellus lib. 9. epito.

Metap

Metaphyf. c. 4.

Decima tertia, potentia naturalis & aptitudo, & impotentia, qualitatis sunt species. Aristot. lib. Cathégor. in qualita.

Decima quarta, omnium potentiarum quædam natura nobis sunt inſitæ, vt ſenſuum, quædam conſuetudine, vt tibijs canendi: quædam doctrina, vt artium: Ariſtoteles lib. 9. Metaphy. c. 5.

Decima quinta, impoſſibilium faciendorum nulla eſt obligatio nec quiſquam ad ea tenetur, Paul. Iuriſc. in l. impoſſibilis, l. 7. de verb. oblig. lib. 45. ꝑ. tit. 1. Marcellus Iuriſc. l. impoſſibile, c. 145. de reg. Iur. §. ſi impoſſibilis, de inutil. ſtipulat. lib. 30. Inſtit. tit. 20. Martia. Iuriſc. in l. non ſolum, l. 30. de actio. lib. 44. ꝑ. tit. 7. §. ſin. de hæred. inſtit. lib. 2. Inſtit. tit. 14. ſiue illa impoſſibilitas ſit facti, vt ſi aquam maris bibas omnem: ſiue ſit iuris, nempe quia non ſit permiſſum id iure quod iniunctum eſt, vt diximus ſupra reg. 8. Eſt enim poſſibilitas & impoſſibilitas iuris & facti, vt cap. ſi. apud Greg.

*De potentijs & principijs rerum, agitur
faciliori via.* CAP. XXXVII.

Quia diximus ex Ariſtotele, lib. 5. Me
taphyf. c. 12. potentiam eſſe in vniuerſum,

sum, ens & principium. Sequitur vt de quibusdam principijs, quæ ex potentijs descendunt, dicamus. Quamobrem in summa sciendum est principia & causas omnium rerum creatarum, in quantum agunt vel patiuntur, manare vel à rebus quæ sunt extra nos, vel à nobis: qua de re, sic scribit Damascenus, lib. 2. de Orthodo. fide c. 26.

τὸ γινόμενον, τὰ μὲν εἰσὶν ἐφ' ἡμῖν, τὰ δὲ ἄλλ' ἐφ' ἡμῖν. ἐφ' ἡμῖν μὲν εἰσὶν, ὡς ἡμῶν ἰσχύος αἰτι-
ξέσεις ποιεῖν τε καὶ μὴ ποιεῖν, ταῖς τε πάσαις αἰ-
αῖ ἡμῶν ἰσχύος πρᾶξι τοῦ μὲν. δὲ γὰρ ἰσχύος ἰδι-
γίτο πρᾶξι ἰσχύος, ὅτι πρᾶξις ἐστὶν ἰσχύος ἐφ' ἡμῖν, καὶ
ἀπλῶς οἷς ἰσχύος ψόγος, ἢ ἰσχύος, καὶ ἐφ' οἷς ἰσχύος
πρᾶξις καὶ νόμος. κυρίως δὲ ἐφ' ἡμῖν ὅτι τὰ
ψυχικὰ πάντα, καὶ περὶ ὧν βασιλεύμεθα. &c. id
est. Eorum quæ sunt, quædam in nobis sunt, quæ-
dam in nobis non sunt. In nobis sunt ea, quorum
sumus liberam adepti potestatem, & facere & non
facere. Huiusmodi autem sunt, quæ per nos spo-
ntaneè aguntur, uniuersæ: non enim spontaneè di-
cerentur agi, actione in nostra potestate non exi-
sistente. Et omnino ea quæ sequitur laus aut vitio-
peratio, & in quibus præuicatio cadit & lex
& proprie in nobis sunt omnia anima, de quibus
consultamus &c. quæ sequuntur. Quæ sunt
extra nos. Idem sentit Damascenus. eod.
lib. 2. tractat c. 21. Epictetus etiam eiusdem
fuit sententiæ. Nam vt scribit Arrius, in Ec-
chiridæo

Pot
mno
ex h

à Deo, ut — } substantia rerum,
prouidentia eorum.

à necessitate, quæ semper
eodem modo contingunt.

à fato vel de- } quæ & necessitati subiacent. Siquidem
stinatione } quædam sunt quæ inuitis nobis gerun-
Dei — } tur, & nescio quis Deus nos ducit quo-
cunque ipsi placet : & impossibile est
illi repugnare, ut ait Lucianus in dia-
logis mortuorum, in *Æaci* & *Prote-*
filai dialogo.

Quæ sunt extra nos, &
habere causam dicuntur,
vel sunt,

Damasc. lib. 2. de Orthod.
fid. cap. 21. Et de his omni-
bus, Nemesius lib. *περὶ φύ-*
σεως ἀνθρώπων de natura
hominis cap. 39. & cap. 40.
& cap. 41.

à natura ut } generatio } vnde — } Plantæ,
augmētatio } } animalia } ex causa
corruptio } } Metalla & } determi-
 } } milia } nata.

à fortuna, — } Qualia sunt, quæ rara sunt & inexpectata agenti se-
cundum propositum, cuiusmodi, quam inquiratur,
aliud inquirenti euenit, & præterquam euenire na-
tum est vel solet ex eo qui agitur, ut si quis sepul-
chrum effodiens, thesaurum inuenit.

ab homine } Impulsua,
vis — } Expulsua,
Turbatoria,
Inquietatiua,
Metus mortis, infamiæ, morborum, turpitudinis,
Aristo. 3. Ethicor. cap. 6.

à casu, — } Quæ & inanimatis contingere possunt.
Neque ex determinatis, vni fortuitis,
Sed præter propositum.

Potentia omnes vel sunt
ex his, — }

Quæ sunt in nobis velus.
Damascen. li. 2. de Orth.
fid. ca. 26. Aristot. 3. Ethic.

Quæ ex voluntate pendent: nam voluntas habet in nobis causas
non extrinsecas, Cicero de Fato.

Hinc principia operum nostrorum, in quibus locum habet electio
& consultatio, in his potissimum quæ diuntur ad æquæ contin-
gentia, id est, quæ agere & non agere possumus, ut moueri, quie-
scere, desiderare, virtutes, vitia, & huiusmodi.

Artes etiam nunc eas velimus vel nolimus adificere. Huc possumus
addere quæ ex ratione, ira, cupiditate, consuetudine sunt, *Aris-*
totel. lib. 1. Ethic. ad Theodof. cap. 10.

Quædam mixta ex nobis
& extraneis, ut — }

Actiones nostræ quæ voluntate sunt,
Sed inædiuntur vi extrinsecæ.

Quædam etiam non sunt
ex nobis, sed habent cau-
sas vel occasiones ex his
quæ sunt in nobis veluti

Retributiones actionum }
nostrarum, bonæ vel } In seculo vel } Præsentia
malæ. } } Futuro.

Corruptio & mors ob
nostram prauitatem &
scelus.

The paper is not in its original state.

1817

1818

1819

1820

1821

1822

1823

1824

1825

1826

1827

1828

1829

1830

1831

1832

chir
tem
pinio
quaco
corp
quaco
ligar
riant
bella
re, cu
demu

chiridio Epicteti is dixit, *Eorum quæ sunt, partem in nobis esse, partem non esse: in nobis esse opinionem, conatum, appetitum, declinationem, & quæcumque nostra sunt opera. Non esse in nobis corpus, possessionem, gloriam, principatum, & quæcumque opera nostra non sunt.* Hæc ut intelligamus, quæ ex nobis & quæ extra nos oriuntur, subiungemus breuem quandam tabellam, de reliquis latius acturi Deo iuuantem, cum de principio tractabimus, ubi & trademus plenius de causis.

Hic debet inseri typus Potentia.

De cognitione. CAP. XXXVIII.

PLures rationes sunt quæ nos admonent necessariò, ad numerandam cognitionē inter prima nostræ artis principia. Quarum illa in primis, quòd Deus omnium rerum opifex, adorandus, & creator, vt admirabilem suæ omnipotentiaë vim ostenderet, infinita nobis rerum genera & species creauerit: quæ cum fieri non potest nobis intelligi, saltem admirari, & aliqui ex parte vt cognoscamus, eniti debemus. Nam neq; Deus, neque natura ab illo creata, aliquid fecerunt frustra, vt scribit Aristot. lib. I. de Cælo cap. 4. Hac cognitione ducti, vera & bona cognoscimus & sequimur. Ignorantia verò his priuamur, & palantes in infinitos & inexplicabiles erroris impellimur laqueos, quia mater erroris ignorantia. cano. ignorantia, 38. distinct. in 1. part. Decret. Quot thesauros putas latere, viles maxime nobis ad miraculum vsque in proprietatibus cæli, terræ, aquarum & animalium, lapidum & plantarum? quæ si nobis cognita essent, nos ferè immortales redderent & admirandos. Horum enim quædam etiam inscios manifestè iuuant, occultis naturæ miraculis, maiora continentia quæ non nouimus. Et si quædam nota sint.

ea pauci norunt, eaq; vel exigua admodum
 cognitio in tam incomprehensibili & admi-
 randa mirabilium multitudine, vt nihil nos
 nosce propemodum fateri oporteat, donec
 deposito hoc mortali corpore, arcanis æter-
 nitatis instruamur ab illo, in quo & per quē
 & cum quo perfectius omnia, quàm in pro-
 priis visibilibus corporibus & inuisibilibus
 substantiis sunt. Omnia bona à Deo creata
 in quolibet paoprio genere, & magnitudi-
 nem & super excellentiam artificis ante o-
 culos ponunt: ex quibus ad æternitatis &
 vitæ felicis possimus peruenire notionem.
 Nam eam omnipotētiam, & scientiam vo-
 luntatem, virtutem, veritatem, & gloriam
 Dei insinuant, &c. per reliqua principia.
 Deinde nihil est, quod speciem quandam à
 Deo cognitionis sibi inditam, inæqualem
 tamen non recipiat, vel actiuam, vel passiu-
 am. Passiuam dico in eo quod est cogno-
 scibile, nec cognoscere tamen proprie po-
 test. Siquidem nulla propriè dicitur cogni-
 tio extra naturam animalis: quia cognosci
 quidem & amari, in rebus inanimatis con-
 sistit: cognoscere autem & amare, tantum
 in animalibus, vt scribit Aristot. libr. 2. Ma-
 gno. moral. cap. 11. Alibi quoque nos plura,
 de necessitate scientiæ & cognitionis attu-
 limus, & de modo sciendi, & eius gradibus,

2 quæ si quis nosse desideret, consulat. Adde
 tamen interim & quendam cæcum in no-
 bis amorem esse, quem dixerunt Græci φιλανθρωπία, amorem sui nimium, quo sicuti
 amans obcæcatur circa amatum, valde de-
 ceipimur. Ex quo accidit vt quis propriam
 ignorantiam esse sapientiam opinetur, fitq;
 vt quanuis nihil prorsus sciamus, scire ta-
 men omnia nos arbitremur. Cum verò nec
 aliis committamus facultatē agendi ea que
 ipsi facere ignoramus, facientes ipsi, errate
 compellamur, vt scribit Plato. lib. 34. dialo-
 5. de legibus. Huic autem malo scientiæ &
 notione tum sui ipsius, tum aliorum, & re-
 rum occurritur. Et Mercurius Trimegi-
 stus in Pimandro, Sermone 4. Nisi, inquit,
fili, tuum corpus oderis, te ipsum amare non poteris. Quamprimum verò non te, sed Deum ipsum dilexeris, mentem protinus consequeris. Hanc denique naturæ scientiam è vestigio nancisceris. Impossibile enim est, ô fili, utrisq; simul intendere mortalibus videlicet atq; diuinis. Nam cum huius tantum in ordine rerum inueniantur, corporeum & incorporeum. Et illud quidem mortale, hoc diuinum dicatur, electione vnius amittimus alterum. Quotiesq; vnius cura remittitur, alterius aliam intenditur. Scire est prima perfectio animæ vt scribit Auerrois 2. de anima. & Quintilianus lib. 1. Institutio. orato. cap. 1. naturaliter

esse homini promptitudinem ad discendum
ait, vt aues ad volandum, feræ ad sæuitiam
giguntur. Receptum etiam scientiam no-
bilitare homines, potissimum eos qui gra-
uissimis negotiis deseruiunt, quales sunt
aduocati, ideo existimati nobilissimi à Cæ-
saribus qui nobilitandi habent potestatem,
vt à Valente & Valentiniano in l. prouiden-
dum, l. 7. de postulan. lib. 2. C. tit. 6. & Casio-
dorus lib. 10. Episto. epist. 3. eruditionem vi-
tam ornare, & eximiam reddere docet.
Et Aristoteles vel alius, tractatu de bona
fortuna, cap. 2. nihil melius scientia & intel-
lectu, præter Deum, esse ait. Sed & scribit
Præclus, in cōmentariis in Alcibiadē, igno-
rantiam esse deformitatē animæ. Cum enim
inquit, ratio in vniuersa anima ordinem habeat
speciei, merito prauitas rationis est turpitudō ani-
mæ, sicut rationis virtus est animæ pulchritudo:
fit enim ignorantia quidem propter rationalis po-
tentia dominatum: cognitio autem propter ratio-
nalis imperium, atque deformitas anima superata
ratione contingit, quando videlicet proprias actio-
nes inconstans & incongruas edit, & inefficaces
& ineptas ad finem.

De definitionibus nominis & rei
cognitionis.

CAP. XXXIX.

Cognitio Latinis dicitur à cognosco.
 Quidam formant $\gamma\upsilon\omega$ & $\gamma\upsilon\omega\sigma\kappa\omega$ à $\upsilon\omega$
 cogito, considero, intelligo. Quod certè
 conuenit cognitioni quæ ex rerum confi-
 deratione nascitur. Quamobrem non in-
 congruè iudex, qui examinat litigantium
 negotia, quia cõsiderat vtriusque rationes,
 cognoscere dicitur ab Vlpia. in l. 2. de re iud.
 lib. 42. π . tit. 1. & in l. notionem, l. 98. de verb.
 signifi. lib. 50. π . tit. 16. Et notionem accipe-
 re debemus & cognitionem, & iurisdictio-
 nem. Quia iudex debet plena disquisitione
 qualitatem rei in primis discutere, vt ait
 Constantinus Cæsar, in l. iudices, l. 9. de iud.
 lib. 3. C. tit. 1. cano. indicantem, 30. q. 5. in 2.
 part. Decret. Gratia. Dicimus etiam in iure
 recognoscere instrumenta, dum ea relegun-
 tur & considerantur, vt idem scribit Vlpia.
 in l. cognoscere, l. 56. de verb. & rer. sign. π .
 Forsan etiam cognitio per imminutionem
 nominis à cogitatione tracta est. Et erit for-
 san cogitatio, mentis agitatio, vt scribit La-
 ctantius lib. 6. Institut. vel lib. de vero cul. c.
 17. quia tamen mens nulla brutis, cognitio,
 hæc ad illa non pertineret. Addimus & nos
 posse $\gamma\upsilon\omega\sigma\kappa\omega$ & cognosco à verbo $\gamma\upsilon\omega\sigma\mu\alpha\iota$
 vel $\gamma\upsilon\omega\mu\alpha\iota$ formari, quod quidem significat

Græcis

Græcis, contingo, suscipio, progeneror, fio, sicut M. Terent. Varro libr. 5. de Ling. lat. à *γίγνομαι*, deriuat, verbum latinum, gignitur. Proprium namque est cognitionis, abstractionem quandam rerum cognitarum vel representationem & phantasma creare in se & transferre, qua aproximante rem præsentem habere videtur & contingere. Academici, vt scribit Cicero, lib. 4. Academ. quæst. dicunt, necessarium non esse definiri, quid esset cognitio, aut perceptio, aut si verbum è verbo volumus, comprehensio, quam *κατάληψιν* illi vocant: eosque qui persuadere vellent esse aliquid quod comprehendi & percipi posset, facere inscienter, eò quòd nihil sit clarius *ἰσχυρία*, quam vt Græci, perspicuitatem aut euentiam nos, si placet, nominemus. Cæterùm nos ita definiemus. Cognitio, est rei ignoratæ vel latentis declaratio vel manifestatio. Quæ finitio de cognitione actiua creaturarũ est, non creatoris. Nam huius quidẽ cognitio, rei ignoratæ notio non est: omnia enim sine tempore & ante tempus, & essentiam, nuda & aperta in oculis sunt eius. Estq; itaque cognitio, Dei amplexio rerũ omnium & claritas. Sed quia non est nobis, qui limitata vtimur scientia aliud nomen, quo possimus explicare illam Dei omnium comprehensio-
n n ; tionem

fionē & super comprehensionem, humanis
 vtentes verbis, vocamus cognitionem. Cæ-
 terum maximè à nostra perfectione & veri-
 tate differentem. Cognoscendi tres mo-
 dos nobis tradere videtur Cicero, 3. de Ora-
 tore, nimirum coniecturam, definitionem
 confetutionem. Plato autem lib. 31. vel dia-
 logo de repub. vel de Iusto. omne, vel in id
 quod est, vel quod non est diuidens, mediū
 inter vtrumque constituit cognitionem &
 ignorantiam: cognitionem pro eo quod
 est, ignorantiam, eius quod non est. Et rur-
 sum idem, lib. 5. in Alcibia. 1. vel de natura
 hominis, viam duplicem constituit cogno-
 scendi, vel per inquisitionem à nobis ipsis
 factam, vel cū aliundè discimus: & vtrū-
 que fugare ignorantiam, cum ante cogni-
 tionem cognita ignorauerimus. Hac ratio-
 ne sacræ literæ quæ honestatis plenæ sunt,
 cognoscendi verbo vtuntur pro mixtione
 sexus, & re venerea: quia in illa mixtione
 cognoscitur & detegitur pars quæ oculitur
 generationi deputata, vt Genes. 4. Adam
 cognouit vxorem suam, id est, cū ea concu-
 buit, & Loth ad Sodomitas Genes. c. 19. di-
 cebat, habeo duas filias, quæ nondum vi-
 rum cognouerunt. Et de Abisag 3. Reg. 1. a
 Suamitide pulchra & decora nimis, quæ
 dormiebat cum Dauide sene, de qua dicitur
 quod

quod rex non cognouit eam. Et D. Lucas in Euangelio, c. i. D. vers. 14. salutata virginem beatissimam Mariam ab Angelo, qui de futura conceptione verba ad illam faciebat, ait respondisse attonitam, *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* Hoc est, cum viro non commisceor.

De diuisione seu partitione cognitionis.

C A P. X L.

Diximus lib. 4. Sintaxeō artis mirab. c. 5. x
Cognitionem aliam esse increatam, aliam creatam. Increata in Deo est. Scientia autem Dei, vel in seipso ratione sui ipsius, vel ratione nostri consideratur. Quod ad Dei scientiam sui ipsius pertinet, certum est, quod Deus pater aeternè se intelligendo, genuit filium, cui eandem numero naturam communicauit, omniaque essentialia, & sic eundem intellectum, eandem scientiam, hoc est, cognitionem qua comprehendit seipsum, & omnia alia quae à se fieri possunt. Ausus est etiam Ethnicus asserere Cicero, lib. 2. de natu. Deor. nullam rem esse in Deo praestantiorē scientia. Cui opere pretium est iungi quod Proculus lib. commentario. in Alcibiad. 1. Plato. tradit, diuersas cognitiones ratione cognoscentium

centium, & id quod diuinum & æternum est per essentiã, eternè diuineq; cognoscere cuncta: quod humanū est, humane cognoscere & quod indiuiduum est, indiuiduè. Neque potestatem cognoscendi superum per nostram debilitari, iudicariue debere, cum & nos plura cognoscamus quæ nobis inferiora non possunt, veluti inferiora, cognoscere. Et hæc scientia non est habitus, sed substantia infinita, & ipsemet Deus, ut scribit Ioannes Viguérius in Institutionib. Theologicis, c. 20. §. 2. nullomodo defimbilis, quia cum Dei essentia infinita sit, & intelligere Dei essentia est: cum nihil sit in Deo, quod non sit Deus, & intelligere est actus intelligentis in ipsa existens, non in aliquod extrinsecum transiens. Et probat etiam hoc D. Thomas, lib. 1. Cont. genti. c. 45. & docet etiam. c. 46. quod Deus nihil intelligit quam per suam essentiam, & quod c. 48. seipsum per se Deus cognoscit. & c. 49. quod per cognitionem suæ causæ etiam alia quæ in se non sunt, cognoscat. Conuenit namque Deo quod sit aliorum causa. Porrò cum nihil aliud sit scire, quam per causam cognoscere, cognita sua essentia, quæ causa omnium, & omnia verè necessario cognoscat oportet. Alia scientia Dei, qua omnia etiam intelligit perfectè intelligens

lig
scr
D
diu
an
in
pra
ad
eo,
hoc
om
xif
ex
am
te a
tem
tia
uin
teri
mu
e
om
den
sten
tib
lis
via
alte
com

ligens & cognoscens omnia ex seipso. Ut
 scribitur in compend. Theolog. lib. 2. c. 45.
 De qua D. Dionys. Areopag. Senator lib. de
 diuinis nominib. c. 7. Sic scribit, *Itaq; diuinus*
animus omnia continet, omnibus, remota scientia,
iuxta omnium causam, in seipso omnium causam
præambiens, priusquam Angeli fierent, sciens &
adducens Angelos, & omnia illa ab inætas, & ab
eo, ut sic dicam, sciens & in essentiam ducens. Et
hoc arbitror tradere eloquium Daniel. 13. Sciens
omnia ante generationem eorum. Non enim ex e-
xistentibus existentia nouit animus diuinus, sed
ex se & in se secundum causam omnium scienti-
am, & cognitionem, & essentiam præfert, & an-
te ambiuit: non secundum speciem singula con-
templans, sed secundum unam causam circumstan-
tiam omnia sciens & continens. Semet igitur di-
uina sapientia cognoscens, cognoscit, omnia imma-
terialiter materialia, & non partite partita, &
multa unico medio, ipso uno omnia & adducens
& cognoscens. Nam si secundum causam Deus
omnibus existentibus esse tradit, secundum ean-
dem unicum causam sciuit omnia. Et ex ipso exi-
stentia & in ipso, ante substituta, & non existen-
tibus accipiet eorum scientiam, sed & ipsis singu-
lis eorum scientia erit largitor. Non igitur Deus
uidens, alteram habet propriam sui scientiam,
alteram autem communem, existentia omnia
comprehendens, ipsa enim seipsam omnium causa

cognoscens, non scientia existentium, sed ipsa sui omnia cognoscit. Hæc ille. Et author libri de causis, siue sit Algazel Propositione 23. vel alius, id probat, & Proculus, li. de elementationib. Theoricis. & D. Chrystostomus, tomo. 1. homilia in Psal. 138. *Deus, inquit, omnia nouit antequam gignantur, sed nos cognoscimus ex rerum exitu.* Annotandumque est Deum omnia cognoscere, non solum uersaliter, ut quidam dixerunt, nempe Auicenna, 8. Metaphys. c. 6. Algazel, & comenta. 12. Metap. comenta. 15. sed etiam singulas res, prout ad inuicem sunt distinctæ. Nam cum Deus sit causa prima inbens mediatis & immediatis, causata per eum nota illi planè esse debent, & seipsum planè cognoscens, cognoscit & effectus: quia ad cognitionem causæ cognitio effectuum sequitur: secundo quia Deus cognoscit per intellectum, quia eius esse, est eius intelligere. Et quia habet cognitionem rei quam intellectu agit, scit & quæ à se facta sunt omninò. tertio rerum distinctio nō est casus nec ex intentione causarum secundarum, ergo ex prima causa: si autem distinxit, & cognouit demùm cum Deus omnia cognoscat perfectè, aliter non esset Deus, nouit & per consequens distinctiones singulares. Et hæc & plura D. Thomas tradit. lib. 4.

con. gentiles c. 50. & prima parte primi, quaest. 14. arti. 6. Quin & annotandum secundum traditionem eiusdem D. Thomae, lib. 2. cont. gentil. c. 24. quod Deus omnia secundum suam sapientiam operatur: quia cum in Deo non sit nisi intellectualis apprehensio, & intelligat omnia se intelligendo, illud intelligere est sapientem esse. Sic Psal. 103. *Omnia in sapientia fecisti domine.* Et Prouerb. c. 3. *Dominus sapientia fundauit terram.* Ex quibus ut ait, reprobatur error eorum qui dicebant, ex simplici diuina voluntate dependere res absque aliqua ratione. His addere licet quod scribit Proclus, libr. comentario. in Alcibia. primum Plato naturaliter omnibus esse hominib. persuasum diuinitatem ipsam omnia nosse, etiam ipsa animarum occulta momenta. Consentit is sacrae paginae, in qua Deus scrutans renes & corda dicitur. Psal. 7. Et alibi, ad Roma. 8. quod Deus scrutatur corda. Alio modo scientia & cognitio Dei, cum ad nos refer-³ tur, sumitur pro eo quod nos scire facit. Et sic D. Grego. Magnus lib. mortal. 21. in Iob. c. 6. *Scire, inquit, Dei dicitur, scire nos facere, usitato nostrae locutionis modo, qui latum diu dicimus, ex quo contingit ut latemur. Hinc est enim quod ad Abraham Deus dicit: Nunc cognoui quod timeas Deum. Neq; enim creator temporum,*

quicquam cognouit ex tempore, sed cognoscere cui
 est ex cuiuslibet causa emergentis articulo, non
 cognitionem præbere. Hactenus Gregor. pro
 ximo citato loco, quæ repetit lib. 8. Episto
 c. 42. Eulogio patriarchæ Alexandrino re
 scribens. Et rursus Origines. tomo 1. ho
 milia 6. sup. Genes. c. 19. *Scire, inquit, De
 etiã est, cum Deus nos dignos efficit ut eum cog
 camus.* Itẽ in scripturis sacris cognitio De
 erga nos, pro approbatione nostri, cumque
 nos admittit in eius dilectionem & gratia
 sicuti cognouit Deus qui sui sunt, ut scri
 bit D. Paulus, 2. Timoth. 2. b. id est, in di
 lectione habuit, & sibi sociauit. Et ita in
 terpretatur idem Origenes. tomo 3. li. 7. in
 episto. ad Romanos in cap. 8. Et D. Greg.
 Magnus. lib. 2. moral. in Iob, c. 4. Sic The
 philaetus archiepiscopus Bulgar. interpre
 tur etiam, in c. 7. Matthei. *Amen dico vobis
 non cognoui vos, id est, inquit, non dilexi
 quia operarij estis iniquitatis, hoc enim loci
 Charitas cognitio dicitur.* Similiter &
 Chrysostomus, in tomo 2. opere, ut ve
 cant, imperfecto homilia 9. in c. 7. Mat.
*Naturaliter, inquit, Deus omnes cognoscit, sed
 non videtur eos cognoscere, quia non eos diligit
 quasi factor facturam, quasi dominus proprios
 seruos.* In summa sciendum est secundum
 nos scientiam Dei pro rerum varietate ple
 nis

ribus
 tum
 dici
 fiunt
 præu
 debe
 fertu
 eo de
 dam
 liber
 29. E
 nitas
 vel ac
 riore
 res o
 Fran
 ment
 c. 64.
 scribi
 ens p
 per e
 & re
 prop
 tio e
 suo c
 causa
 Theo
 tione
 mur

ribus nominibus appellari, nam in quan-
 tum cognoscit omnia quæ in mundo fiunt,
 dicitur visio: dum refertur ad ea, quæ bene
 fiunt, dicitur approbatio: dum ad futura,
 præmissio: dum ad ea quæ ab ipso Deo fieri
 debent, dicitur dispositio: dum autem re-
 fertur cognitio ad eos qui præmio affici ab
 eo debent, dicitur prædestinatio: cum ad
 damnandos, dicitur reprobatio. Hæc scribit
 liber qui inscribitur compend. Theolog. c. 5
 29. Et connata cognitio illa est, quam bo-
 nitas diuina nobis largitur, vel in potentia,
 vel actu. Omnis namque cognitio à supe-
 riore diuina regulatur, sicut & inferiores
 res omnes à causis superioribus, vt annotat
 Franc. de Siluestris Ferrariensis in com-
 mentarijs. in lib. 3. D. Thomas cont. gentil.
 c. 64. Sic Algazel lib. de causis proposit. 18.
 scribit, omnes res habere essentiam propter
 ens primum, & res viuas omnes esse motas
 per essentiam suam, propter vitam primam
 & res omnes intelligibiles habere scientiã
 propter intelligentiam primam. Cuius ra-
 tio esse potest, quod omnis causa det aliquid
 suo causato, in quo assimilatur, & participes
 causæ. Proculus etiam, lib. de elementat.
 Theoricis. omnia inquit cognitiua cogni-
 tione participant propter intellectum pri-
 mum. Notandum tamen est, non omnia
 o o 3 inna

innata cognitioni propriè in prima illa intelligentia quæ Deus, participare: sed propriè tantum intellectualia: cuius rei omni exceptione maius adfertur testimonium Clementis Alexandrini, qui li. 6. Stromatôn sic scribit, *Lux est Dominus & vera cognitio, in quem sumus transplantati, alioquin duplex est cognitio, una quidem cõmuniter qua est in omnibus hominibus, similiter intelligentia & apprehensio qua vulgo & publicè ex eo apparet, quod novit unum quodq; eorum qua sunt subiecta: qui non solum habent potestates qua sunt ratione prædita, sed etiam qua carent, quam ego nunquam nominaverim cognitionem, ut cui sit à naturâ ingeneratum ut cognoscat per sensus. Quæ autem excellenter & præcipuè nominatur cognitio, et mente & ratione formam accipit, & characterem per quem sola potestates rationis participes sunt cognitionis, qua his qua apprehenduntur intelligentia, per nudam animæ operationem purè et sincere applicantur.* Origenes tomo 4. libr. *ἠπι ἀρχῶν*, vel de principijs, in c. 1. etiam videtur propriè cognitionem referre ad intellectualia, dum ait, *Aliud est videre, aliud cognoscere: videre & videri, corporum res esse cognosci & cognoscere, intellectualis natura est.* Sed expressius Q. Septimius nobis inditam vim intelligēdi in anima docet. li. de anima *concludimus*, inquit, *omnia naturalia anima,*

et substantia eius ei inesse, & cum ipsa proce-
 dere ac proficere, ex quo ipsa censetur. Sicut &
 Seneca saepe noster, insita sunt nobis omnium ar-
 tium & etatum semina, magisterq; ex occulto
 Deus producit ingenia, ex seminibus scilicet insi-
 tis, & occultis per infantiam, qua sunt & intel-
 lectus, ex his enim producuntur ingenia. Porro &
 frugum seminibus una generis cuiusq; forma est,
 processus tamen varij. Alia integro statu em-
 dunt, alia etiam meliora respondent: alia de gene-
 rant pro conditione Solis & cali, pro ratione ope-
 ris & cura, pro temporum euentu, per licentiam
 casuum: ita & animam licet dicere semine uni-
 formem, fetu multiformem. Nam & hic etiam
 de locis interest, quia & Thebis hebetes nasci &
 brutos proditum est: Athenis dicendi sapiendiq;
 amantiissimos. Et Empedocles causam arguta in-
 dolis & obtusa in sanguinis qualitate constituit.
 perfectum ac profectum de doctrina disciplinag;
 deducit. Comici Phrygas timidos illudunt. Salu-
 stius vanos Mauros, feroces Dalmatas putat:
 Mendaces etiam Cretas Apostolus. Accedit & ex
 valetudine, opimitas sapientiam impedit, exili-
 tas expedit, paralysis mentem prodigit, phrysis
 seruat: Acunt doctrina, disciplina, artes, ex-
 perientia, negotia, studia, obtundunt inscitia, i-
 gnantia, desidia, libidines, inexperience, otia, vi-
 tia, est & in nobis. ἡ ἀντιθέσις, libera arbitrij
 potestas naturalis ad bonum vel malum declinan-

da. Hæc ad verbum Tertulianus. Consequimur cognitionem vel ex propria inquisitione & inuentione, vel cum ab aliis docemur, vt scribit Plato. in Alcibiade I. siue de natura hominis. Et id ferè omni arti cõmune est, vt alij alios instruant, vt scribit Pet. Coriæsius, in methodico Iuris c. II. & Clemens Alexandrinus lib. 6. Stromaton. *Ex disciplina, inquit, cognitio & scientia: ex nimio sui amore & vana opinione & persuasione, error.* Et rursus, lib. 7. Stromat. docet iuuandos conatos nobis stimulos scientie dum ait. *Sed nobis quidem quam fieri potest maxime, prius variè exercenda est anima, vt ad suscipiendam cognitionem sit operari facilis. Non sicut des quemadmodum molitur cera & purgatur, vt accedentem accipiat characterem. Iam vero mors est separatio anime à corpore: ita cognitio est veluti mors rationalis, adducens & separans animam à motibus & perturbationibus, & adducens ad vitam beneficentia & bonarum operationum, vt tunc dicat Deo, Liberè viuo, sicut vobis.* Hactenus Clemens. Acquisitio autem cognitionis vna est purè intellectualis, quæ Angelis competit, & his quibus Deus angelorum in modum communicat, & largitur & infundit. Angelorum scientia, comparatione nostræ scientiæ, valde dilatata est, sed tamen comparatione diuinæ scientiæ

tia
con
ru
mi
vt
ral
gn
ve
ru
le
fra
pri
olo
con
con
le
sua
ent
vel
lib
ny
Ete
eloq
cogi
De
te
Na
ad
ner

tia angusta. Sicut & ipsi illorum spiritus
 comparatione quidem nostrorum corpo-
 rum spiritus sunt, sed comparatione sum-
 mi & incircumscripti spiritus, sunt corpus,
 vt scribit D. Gregorius Magnus. lib.2. mo-
 ralis expositione in Iob c. 2. Angelus co-
 gnoscit per species rerum sibi concreatas
 vel concretas, quæ sunt similitudines re-
 rum. Homo autem communiter vel intel-
 lectus humanus cognoscit per species ab-
 stractas à rebus particularibus per sensus
 prius cognitatas. Vt scribitur in summa The-
 olog. lib.2. c. 45. Nam cum Angeli sint in-
 corporales ac simplices spiritus, non per
 corporeos sensus cognoscunt, sed per intel-
 lectualem suam vim, & simplicem mentis
 suæ intuitum, & hoc ex concreatis sibi sci-
 entijs vel superioribus illuminationibus,
 vel alijs modis, de quibus tractatur super
 lib.2. Magistri sententia. dist. 3. Et D. Dio-
 nys. Areopagita, cap. 7. de diuin. nominib.
*Etenim, inquit, & angelos scire aiunt Theologi
 eloquia qua sunt super terram, non sensibus hac
 cognoscunt sensibilia & terrena, sed per propriam
 Deiformis animi virtutem.* Hac tamē in par-
 te Theologi scholastici dubium mouent.
 Nam Capreolus lib.2. Sententia. dist. 3. q. 2.
 ad Octauium contra secundam conclusio-
 nem, tuetur species intelligibiles esse con-
 natureles

naturales angelo, tanquam eius proprietates, & per consequens videtur asserere eas ab essentia angeli profluere actiue aliquo modo, scilicet per naturalem concomitantiam, sicuti potentia animæ sunt ab anima. Alij dicunt species intelligibiles Angelorum non esse eorum proprietates essentia illorum materialiter consequentes, sed dici eis connaturales dupliciter: primum, quia habent naturalem inclinationem vt eas simul à Deo immediatè recipiant, propter ipsorum perfectionem in genere intelligibilem: secundo quia habent, eas omnes à sua creatione, sicuti homines dicuntur natura filij ire, quia hoc à natiuitate sua habet. Hæcque opinio posterior verior putatur. Nam & D. Thomas ita asserit, qui passim scribit has species peruenire in mentes angelicas à solo Deo, idq; testatur in t. quæst. 55. secundo ad primum & quæst. 56. secundo ad quartum & 2. sententia. dist. 3. quæst. 4. artic. 1. Et D. Dionys. Arcopagita, lib. de cœlesti Hierar. c. 3. Angelorum ordines à Deo illuminari & edoceri asserit, neq; pariter, sed per gradus: ait enim, vniciq; quidem hierarchia perfectionem, hoc est, inquit, secundum propriam analogiam, in Dei mutationem ascendere, & omnium diuinius, vt eloquia aiunt, cooperatorem Dei

Dei fieri, & ostendere divinam in seipso actionem, secundum quod possibile est, re-
 lucentem: vt potè quoniam ordo hierar-
 chie est, quosdam quidem purgari, quosdã
 verò purgare, & quosdam quidem illumi-
 nari, quosdam verò illuminare, & quosdam
 perfici, quosdam verò perficere. Vnicuiq;
 Deiformæ adunationi qualicumque modo.
 Diuina autem beatitudo quantum homini-
 bus est dicendum, pura quidem est ab om-
 ni dissimilitudine, plena veri luminis ater-
 ni, perfecta & non indigens, simul omnis
 perfectionis, purgans & illuminans & per-
 ficiens & cætera. Quibus verbis docemur
 angelos non tam naturales habere species
 rerum quas intelligunt proprias, quantum
 recipiant quotidie illuminati à Deo, & à su-
 perioribus intelligentijs inferiores. Neque
 etiam Angelus qui forsan omnes inferio-
 res sibi rerum species connatas habet, po-
 terit ideo & superiorum habere similitudi-
 nes radicales: minus enim maius non con-
 tinet, quanuis in maiori minus insit: vt scri-
 bunt etiam Iurisperiti. Extant & duo in-
 signes loci, quibus apparet angelos ab an-
 gelis discere quæ Deus iusserit, vnus apud
 Daniel. 8. E. vers. 16. Audiuit Daniel Ange-
 lum dicentem ad alterum, Gabriel, fac in-
 telligere istam visionem Denieli. Alius apud

9 pud Zachariam. c.2.a. vers.3. Et ecce, inquit,
 Angelus, qui loquebatur in me egrediebatur, &
 angelus alius egrediebatur in occursum eius, &
 dixit ad eum, curre, loquere ad puerum istum di-
 cens, absq; muro habitabitur Ierusalem, &c. Imò
 & D. Paulus ad Ephes. c. 3. b. vers.8. & se-
 quentib. angelos mysteria Dei reuelata Ec-
 clesie militanti, discere ab eodem Ecclesia
 dicit, & cognoscere, quod admirandum est.
 verba autem eius hæc, *Mihi omnium sancto-
 rum minimo data est gratia hac, in gentibus
 euangelizare inuestigabiles diuitias Christi, &
 illuminare omnes qua sit dispensatio Sacramenti
 absconditi à seculis in Deo, ut innotescat nunc
 principatibus & potestatibus in caelestibus per
 Ecclesiam, multiformis sapientia Dei.* Et Gre-
 gorius Nilleus, angelos & archangelos la-
 tuisse mysteria nostræ fidei scribit, donec
 per nos & per Ecclesiam Catholicam no-
 uerunt. Scribit & Theophylactes in c.3. ad E-
 phes. & ibi etiam D. Hieronymus, & Dio-
 nyf. Carthusianus, Artic. 3. Et rursus latè
 idem Dionyf. Chart. & Hierony. super cap.
 63. Iesaiæ. Resoluit opinionē, vt videbatur,
 contrariam D. Augustino super Genesim,
 & in c. 3. ad Ephesios. & Sancto Thomæ,
 in I. parte, qui eos cognouisse mysteria passio-
 nis & incarnationis dixerunt, ante crea-
 tionem hominis, *Quod,* inquit Chartusia-

verum est, non esse vniuersaliter, sed non per circumstantias & specialia. Quanquam enim angeli boni, beati sint, & ita in beatitudine videant Deitatem, & in ea, veluti in mundissimo speculo, omnia quæ sunt, vbi elucet perfectius quàm in proprijs naturis: nihilominus tamen, nec omnes angeli, nec omnes beati pari modo vident, quia nec pari modo, pariue gradu gloriæ Deum cognoscunt. Cognoscere autem Deum est vita æterna, Euange. D. Ioan. c. 17. a. omnes quidem enim cognoscunt, & omnibus se exponit diuina maiestas, sed non pariter. Sicuti res visibilis omnibus quidem exponitur videnda sub lucem, sed alij aliter vident, idq; non ex defectu luminis vel rei, sed ex propria cuiusq; facultate visua, quæ prout imbecillior vel robustior est, etiam perfectius vel deterius videt. Sic non omnes animæ, non omnes angeli beati, pari modo Dei visione fruuntur, omnes tamen vel pro meritorum vel pro gratiæ sufficientia, æquè beati. Accipe aliud exemplum similitudinis accumbentium in conuiuio opiparè instructo, & abundantanti omni genere ciborum. Equiparatur namque beatitudo Dei cœnæ magnæ, ad quam inuitat nos Dominus paterfamilias Deus. Lucæ 14. d. Omnibus certè conuiujs, æquè proponuntur

ponuntur fercula, omnibus patent escarv-
demus tamen ratione diuersitatis palati,
capacitatisque ventriculi, neque omnes de
omnibus, nec omnia attingere vel gustare
nec æquè omnes cibis repleri, omnes tamè
æquè saturari. Sic pro diuersitate capacita-
tis cuiusque in cælo & gloriæ gradus distin-
guntur, & quia alij alijs capaciores sunt, sic
alij alijs beatiore. Et quia omnibus eadem
beatitudo proponitur, omnes æquè felicità-
tate propria contenti sunt. Ut omnes in
cæna sunt æquè saturi, ita quoque omnes
pro intellectus capacitate, intelligentia bea-
ti, sed alij alijs intelligentia capaciores, &
maiora & altiora cognoscentes maiori
purgati & illuminati. Tertiam accipe eti-
similitudinem ex vasis & aqua quæ his hau-
ritur. Nam & scriptura diuina, nos vasi
domus patris familiæ comparauit, ad Rom.
9. d. Et alibi apud D. Paulum 2. Corinth. 4.
d. legitur, Nos thesaurum animæ & spiri-
tus sancti deferre in vasis fictilibus. Hau-
riunt singuli vasis proprijs ex mari magno
quantum continere singula possunt. Sed
quia capaciora alia alijs, plenitudo etiam
excedit vnius, alterius plenitudinem. Sic in
cœlesti cognitione intelligentiarum, & fé-
licitate & cognitione animarum, quæ ma-
ioris capaciorisque intelligentiæ sunt, &
pleniorum

pleniorem cognitionem obtinent. In summa Deus cognoscit actu omnia simul, quæ sunt, fuerint, & futura sunt, & esse, & non esse possunt. Angelus Deiformem & ad similitudinem intelligentiæ Dei, habet intellectum, atque ea quæ scit, scit quidem actu, sed non omnia scit, quæ scit Deus. Sed homo non scit nisi vnum actu, non plura simul, vt angelus: nec omnia, vt Deus. Sed de cognitione hominis pauca dicamus. Cognoscit itaque homo vel intellectu apprehendens solo, vel via sensuum, vt supra docuimus in ordine & modo sciendi libr. 1. Idque interdum implicite, hoc est, non comprehendens vniuersum, interdum explicitè id est, cum comprehensione. Atque intellectus humanus cognoscit res per species abstractas à rebus particularibus per sensum prius cognitum, & sic docuit Proclus, in commentar. in Alcibiad. primum Platonis dum ait, Animæ species etiam earum rerum sibi contrahunt, quibus ipsæ se coniungunt, nempe quando se assimilant intellectui, mox immutabilitatem secundum opiniones atque vitam sibi vendicant. Cognoscit autem sensus præsentem obiecto, & particularia imaginatione absente obiecto, sed tamen aliqua consideratione materiæ intellectus sine ea, sed intèntione vniuersali.

Nam

Nam vt ait Aristot. lib. de sensu & sensato. Per sensum plura scire possumus, sed vnura possumus intelligere, quia scire dicit habitum, per quem quis plura scit: intelligere autem actum, qui non potest ad intellectum esse duplicatus. Ad cognitionem vniuersalis abstracti peruenimus per particularia. Sicut constat ex pueris, in quibus primo operatur facultas sensitua, quam intellectiua. Sic & Philosophi per modum inductionis venerunt à particularibus ad vniuersalia & genera, vt Plato est animal, Socrates idem & Ioannes: ergo homo est animal. In vniuersali autem confuso, illa via non procedimus. Sed prius à confusione exordientes, paulatim ad diuisiones & in confusas species dignoscendas peruenimus veluti ex collatione eligentes. Quemadmodum si è longinquo homo videndus sese offerat, sese imprimis offert substantia confusa corporea, paulatim propinquius ad motu, ex motu colligimus animal, dehinc hominem, & propius indiuiduum, Petrum, Ioannem. Aristoteles Metaphy. lib. 5. c. 11. etiam duplicem viam agnoscendi considerat secundum sensum, & secundum rationem: secundum rationem, vniuersalia priora cognitione, scribit, & accidens toto prius: secundum verò sensum, particula-

ria. Cæterum in intellectum per sensus me-
 dium aliquid peruenit, vel simpliciter, vel
 per accidens. simpliciter, quando intelligen-
 mus sensibilia prius per sensus apprehensa,
 per accidens, quando intelligimus insensibi-
 lia per effectum. Et quia intelligimus per
 abstractionem similitudinum, dicimus in-
 intelligentia rei. non requiri rei præsentia,
 sed præsentiam similitudinis: quia res co-
 gnoscuntur per similitudinem, non per es-
 sentiam. Et D. Athanasius tracta. de defini-
 tion. tria singulariter hominibus incogni-
 ta dicit & infinita, Deum, Angelum, & a-
 nimam, quæ soli deo secundum essentiam
 cognita sint. Sciendum quoque est intelle-
 ctum humanum vel actionis vel cognitio-
 nis dici, vt scribit Rabi Aben Tybbon. lib.
 roah achen, 1. spiritus gratiæ c. 3. Actionis
 est, in quo finis est actio, dum fecerint bo-
 num à malo, eligendo bonum & honestum,
 virtutes & reliqua, & mala contraria reij-
 cit, & dicitur Hebreis דַּגְנַת חֵכֶמָה *dagnat*
chocina, 1. scientia sapientiæ. Cognitionis
 est, dum discernit verum à falso. Notan-
 dum Dei cognitionem quam nos habemus
 non fieri per abstractionem, quemadmo-
 dum diximus accidere in alijs rebus. 1. ra-
 tio, quia cum abstractio omnis sit simplici-
 or eo a quo fit abstractio, & vt dicam quod
 pp sentio

sentio, veluti compendium rei intellectu, in Deo fieri nequit eò quòd simplicissimus sit Deus, nec quicquam illo simplicius sit. Dehinc in omni abstractione requiritur particulare & vniuersale: particulare quidè, à quo fit abstractio: vniuersale autè, scilicet ipsum abstractū. Porrò in Deum nihil horum cadere potest, vt scribitur in cōpendio Theologia: lib. 2. c. 45. Et hac in parte operapretium est obseruare quæ Iamblichus nos de diuersitate cognitionū admonuit, variata ex materia vel re cognita diuersa. *Deus* inquit, lib. de mysterijs *Ægyptio attingitur notione imata. sic numina Deorum* (vt ipse loquitur, nos Dei) *pedissequa tunc demum attinguntur, quando anima deposuit modum cognitionis mobilem, qui ad potentiam spectat rationale, quæ intellectu intelligentiæq; formatur, quem vocant intellectu adeptū. Nam prima notitia in agente intellectu consistit. Cum cognitio per adæquationem fiat, sequitur ut minima sempiterna & immobilia attingamus notione sempiterna & immobili & simplici. Sic cognitio qua cognoscimus species separatas, est in alia specie, quam illa, qua cognoscimus alia. Et cognitio diuinorum fuit semper in anima per simplicem intuitum vel contactum. Notandum etiam scientiam infusam & fidem & prophetiam, extra ratiocinationem esse hominum, quia intellectu tantum continentur. Infusam dicimus sci-*

entiam, quæ simul à Deo communicatur, neque paulatim aduenit, vt reliquæ scientiæ, ad quas gradatim peruenimus. Exemplum vtriusque ex arte typographica sumi potest: infusa namque similis est, vt dum Typographus simul paginas omnes vnica præli compressione exprimit. Acquisita alia, qualis dum qui tabulas præli ordinat seu componit, sigillatim litteras & syllabas & dictiones iungit & disponit. Et vt hæc clarius innotescant, sciendū est duplicem viam esse ad intelligentiam, vnā naturalē quæ paratur medijs operationis nostræ, inuentione, doctrina, aliā autē dicimus suprā naturā, qua gratia Dei donamur, ex superni luminis infusione præstatiore. Vt etiā colligi potest ex Arist. li. 2. Ethic. ad Nicom. c. 1. dū ait, *ἡ ἀρετὴ διανοητικὴ τὸ πλεῖστον ἐν διδασκαλίᾳ ἔχουσα, ἢ τὸ πλεῖστον ἐν αὐξήσει.* i. Virtus intellectiua, vt plurimū habet originē & incrementū ex doctrina. Dixit *τὸ πλεῖστον* vt plurimū, nō semper, significās aliūde posse haberi, nēpe à superiori lumine sine illius doctrinæ humanæ medio, vt etiā subscribit Auerrois, li. de copulatio. & Abubachar. in li. cerua appellato. & Plato, in Theag. & in Menone. Nunquam, inquit, à malo genus hominum cessat, nisi aut legitimi philosophi dominantur, aut si qui gubernant diuina quadam forte

philosophentur. Sed & Proclus scribit ex eodem Platone, in commentar. in Alcibia. Plato generosiores animarum impetum atque motum à superis suscitari, proptereaque etiam prater opinionem agant, sæpe etiam si absque scientia, operentur. Scientias utroque modo acquiri posse nemo dubitat: nam & Deus Adamo talem didisse & infudisse nemo ambigit, item Salomoni, & Beato Antonio, & alijs patribus sanctis, & Apostolis, qui ante pisces rudes & ignorantia pleni, infusione spiritus sancti, varia idiomata & scientiam verissimam assecuti sunt, ut nec ijs philosophia vlla potuerit obsistere, quin expugnata & eversa fuerit falsa gentiliū dogmata. Cuius rationem reddere Mercurius in Pimandro serm. 4 Trimegistus mihi videtur, ex eo quod Deus sit principium omnium, sicut monas totius numeri, & quod principio cognito collerrimè omnia complectamur. Et quod omne quod augetur, virtute monadis augetur, euanescentem autem imbecillitate propria cum ulterius monadem capere nequeat. Hos secuti eruditi doctrina, sed sensim acquisita: nam ut scribit D. Cyrillus Archiepiscopus Alexandrinus lib. 16. in li. civili de regno. semper quodammodo scientiæ initia, perfectam doctrinam non assequuntur, verum proficiunt paulatim ad hoc, ut

rectè habeant, & paruum paruo adiungunt
 ac apponunt, & quasi gradibus, incremen-
 tis quibusdam ad meliora proferunt, admo-
 tu mentis magis adultæ. Porro Plato sci-
 entias in duo capita partitur, vnam speciem 16
 agentem, seu practicam, aliam cognoscentem
 vel speculatiuam nominans. Sunt etiã
 duo effectus intellectus: speculatiuus, qui
 scientiam speculatur: practicus, qui vt ex-
 trinsecè operetur, ratiocinatur, & multum
 cum his operantur vnà corporis & animæ
 communia, vt sensus, memoria, ira, deside-
 rium, appetitus, gaudium, tristitia, vigilia,
 somnus, iuuentus, senectus, inspiratio, ex-
 piratio, vt scribit Bonifacius Simoneta. lib.
 6. de Christia. fid. & Romano. Pontiff. per-
 secutio. episto. 34. Optime scientiæ species
 speculatiuam & practicam nominauit Ari-
 stot. lib. II. Metaphys. c. 6. qui speculatiua-
 rum scientiarum tria genera ponit, Physi-
 cam, Mathematicam, Theologiam; eam-
 que vltimam præstantiorem censet, quia in 17
 ea nobilissimum est entium. Et hoc etiam
 fundamentum Plato ponit, In Eutidemo,
 in Philæbo, in vltimo Legum, in libris de
 Repub. Alij aliter diuidunt. Sequutus sum
 tamen ego hac in parte, & in nostra scien-
 tiarum diuisione paucis additis Chryso-
 stomum, Iauellum, Canapicium, in compen-

logic, tracta 1. c. 5. qui ita singula definit, vt referam breuiori, qua potui via.

Speculatiua scientia est, cuius finis est scire vel cognoscere subiectum suum. Practica, cuius non tantum finis scire, sed & operari circa obiectum suum. Speculatiua realis, quæ versatur circa ens reale, quod habet esse extra intellectum, qualia sunt corpora naturalia, cælum & diuinæ substantiæ, quantitas continua & discreta. Nā, vt scribit Mercurius Trimegistus, in Pimandro, sermo. 4. homo effectus est diuini operis contemplator, quod profectò dum admiraretur, authorem eius agnouit. Speculatiua rationalis, quæ versatur circa ens fabricatum ab intellectu, quòd ue nō haberet esse nisi esset intellectus. Qualia sunt terminus & dictiones ex quibus cōponitur oratio, vt ex orationibus argumētatio, & similiter sermo cōgruus vel incōgruus omnis, & ornatus, inornatus, delectabilis, vel in suaui, verus vel falsus, & alia. Quæ omnia nō essent nisi sibi fabricaret intellectus vel ratio, vnde etiam dicuntur entia rationis, id est, fabricata à ratione quæ intelligitur.

18 Speculatiua realis Physica ea dicitur, scientia quæ versatur circa ens mobile quod est naturale, vt cælum, elementa, & elementata. Speculatiua realis Mathematica, quæ
versatur

versatur circa ens, quod est quantum continuum, & discretum. Quantum continuum est, linea, superficies, corpus, & omnes species figurarum, circa quas Geometria versatur. Quantum discretum, numerus, de quo & eius proprietatibus tradit Arithmetica. De utrisque tractat Astrologia. Speculatiua rationalis, Grammatica, Rhetorica &c. vt in tabula. Scientia practica actiua est illa, quæ versatur circa humanas operationes, vt benè & moraliter fiant. Ethica circa mores, Polytica, vt iustè & pacificè fiant actiones ciuiles & rectoris prouidentia. In œconomica, prudentia patris famil. circa regimen priuatæ domus. Practica factitia, quæ circa mechanicas & manuales versatur artes. Mechanicæ autem artes dictæ sunt, eò quòd Græci excogitationem & machinationem solertem, dicerent *μυχανή* à verbo *μύχε*, id est longè, & *αίαν*, id est, ascendere, penetrare, & pertingere vt scribit Plato libr. 23. in Cratillo, vel de recta nominum ratione. Sensualis cognitio sequitur, qua communicat hominum brutis, in utrisque enim illa reperitur cognitio, sed bruta ea perfectione non cognoscunt, qua homines qui ratione intelligunt, vt notauit Arnobius lib. 2. aduers. Gentes. Et quod oculus est in corpore, hoc est,

in mente cognitio, vt scribit Clemens Alexandrinus lib.3. Stromato. Et brutis sensus: homini autem, sapientia, & prudentia finis est, vt scribit Themistius libello de sensu & vigilia cap. 5. cognoscit tamen & animal verè, quia cum secundum Lucretium, lib.4. de rer. natu.

Inuenies primis ab sensibus esse creatam

Notitiam veri neq; sensus posse refelli. &c.

Et cognitionem habere brutum necesse est, quia & sensibus præditum, visu, tactu, odoratu, gustu, auditu. Omnia tamen animalia non æquè sensibus valent, vt etiam dixerit Aristoteles aliquibus priuari aliqua, veluti consilia, & his similia lib.1. de Plantis circa principium. Quò fit, vt quo magis animalia sensibus prævalent, eo magis cognoscant, & sagaciora fiant in eo in quo prævalent, vt notat idem Aristot. lib. de generat. animal. 1. cap. fin. Atque idcirco in 1. de histor. animal. alia dicit domicilia, alia prouida, alia cauta, astuta, & huiusmodi, demens tamen ab his & reseruans hominum nobilitati solam cogitandi, ratiocinandi, & reminiscendi vim. Et Claudius etiam Ælianus, libris de natu. animal. exempla cognitionis quæ animalibus inditæ sunt, refert, in singulis ferè capitulis, & admirandam cuiusq; ad vitam tuendam vel propagandam à Deo concess

concessam sagacitatem, imo & futurorum
 præcognitionē. Et non defuerunt ex anti- 12
 quis, qui animalibus brutis quandam facul-
 tatem ratiocinationis inesse rati fuerint, si-
 cut multis adstruit Porphyrius lib. 3. *περί τῆς
 ἀποχῆς ἐπιθύτων*. De abstinentia animatorum.
 Quamquam illam imperfectam fateatur: in
 hominibus autem rationem rectam perfici,
 ex perfecta meditatione atque doctrina. Ea-
 dem comprobare nititur Plutarchus, libel-
 lo integro cui tit. num brutis ratio insit. in
 quo varia sapientiæ exempla tribuuntur
 animalibus. Aristoteles etiam quædam me-
 moria valere & disciplinabilia dixit. I. Meta-
 physic. cap. 1. & 9. de Histor. animal. cap. 1. in
 quo plura de eorum intelligentia & morib.
 persequitur. Maximum quoq; momentum
 adfert ad eius rei persuasionem, quòd ani-
 malia sensibus prædita sint, vnde cognitio.
 Quia nec alia ratione animalia dicimus,
 quàm quod sensus illis sint, vt scribit Aristo-
 teles. lib. 2. de part. cap. 1. & cap. 5. Et lib. 2. de
 gene. animal. cap. 3. & lib. 3. de animal. cap. 12.
 & alibi. Porro nos hanc cognitionem bru-
 torum, & eam quæ ad rationem accedere
 videtur, & imitationem eius præ se fert, di-
 cimus instinctum vel proprietatem naturæ
 inditæ ad agendum, quod agitur natura.
 Quamobrem Seneca, libr. 22. Epistolar. &

- epistol. 121. *Sensus*, inquit, *ex eo maxime apparent, quod membra apte & expedite mouent, non aliter quam in hoc erudita.* Caterum illud concessum est naturę per prouidentiam, à natura diuina illis concessa propter conseruationem speciei, & ad insinuandam admirabilem & adorandam maiestatem, scientiam, & potestatem omnisciam superni & incomprehensibilis opificis Dei. Sunt autem animalia perfectiora bruta quę æstimationem siue distinctionem quandam faciunt, & quodammodo eligunt. **23**
- 24** Platonici, qui animas creatas ante descensum in corpus longè antè putabant, & à corporibus in alia transmigrare, in hominibus duplicem ignorantiam, sicuti duplicem scientiam, ponebant. Primam qua sunt, putantes quidem se plurima nosse ob ingenitas sibi ab initio rerum notiones: ignorantes autem propter obliuionem: sic scientiam vnā ponentes ante tempus, quod habuisse illam ab æuo animas putarent: aliam autem notitiam secundum productionem dicentes, distinctionemque **25**
- rationum, quàm præcedit tempus, vt scribit Plotinus Comment. in Alcibi. 1. Plato. Via porro cognoscēdi quę in nobis annotatur, ab ordine naturę differt in naturalibus, quod nos naturę opus cognoscimus, primo diffinitiuè, secundo compositiuè, tertio resolut

solutiue: natura contra, primum suum opus
 cognoscit resolutiue, secundo compositiue,
 tertio, definitiue, vt scribit Paulus Israëli-
 ta Iudæus. lib. de nouem doctrinarum or-
 dinib. cap. 9. Cape exempla duo, vnum si
 quis aduena in ciuitatem quandam perue-
 nerit, primum contemplatur vniuersam ci-
 uitatem tum partes quibus cõponitur, po-
 stremo ædificia distribuit. Aliud est apud
 Galen. in Isagogi. lib. de constitu. art. medic.
 dum ait, *Sicut domus per singulas partes cognita*
est ei qui ædificauit, alij non item: & similiter nos
qui iam factam domum contemplamur, humanum
inquam corpus, primum definitiue, secundo com-
positiue ex partibus præcipuis, deinde resolutiue
dissensione singulari facta singulorum per anatomo-
men. Instinctu etiam naturali quædam in-
 animata aliqua cognoscunt vel demonstrât,
 sequuntur pleraque & refugiant contraria
 vt Deo fauente dicemus, cum de appetitu
 loquemur. Sic cantharides peculiariter in-
 trinsecus ab homine assumptæ, solam vesti-
 cam afficiunt. Et lepus marinus pulmones
 solos ex omnibus animalis partibus vlcerat,
 vt scribit Galenus li. de theoria. ad Pisonem
 & lib. de composit. pharmaco. secund. loca.
 Scribit etiam is, quod Asplenium, Capparis,
 Tamarix familiaritatem quandam habent
 cum liene, vt ipsum valde iuuent. Nouit pri-
 mum

mum diem venientem brumalem, liliū, cape, pulegium: nam & eo die herbæ aridæ suspensionē florent, vt ait Aristoteles Problem. sect. 20. quæst. 21. Scribit & Plinius lib. 18. natur. histo. cap. 14. & lib. 18. cap. 27. Heliotropium & lupinum herbas, cum sole quotidie circumagi, ea parte, qua sol est, inclinare, horasq; agricolis etiam nubilo tempore demonstrare. Et cap. 26. lib. 18. signum maturitatis ordeī, & sationis milij & panici, lucentes vesperē per arua cicindelas, quas Græci vocant lampyidas, rustici stellantes volatus cap. 27. lib. 18. & morum germinantem iudicare iniuriam frigoris transisse nec esse timendam. Sic, vt breuiter concludam, viola alba ver cognoscit, & flore suo nuntiat, codianum vel codiaminum bis vere & autumno floret: cynocephalus, vt testatur Horus Apollo, lib. de liter. Hiroglyp. singulas horas ostendit, duodecies die, & totidē nocte mingens. Sentiunt canis syderis ortum mare, terra, vina, canes: feruent maria, fluctant in cellis vina, mouetur stagna, canes in rabiem aguntur. Et Dominus noster IESVS CHRISTVS Deus, *Ab arbo-
re, inquit, discit e parabolam, cum iam ramus,
eius tener fuerit, & folia nata, scitis quia propē
est æstas.* Matth. cap. 24. c. vers. 32. In summa vires animæ quæ cognitiuæ dicuntur, sunt,

vt colligit Marsilius Ficinus, in comment.
super Menonem Plato. Prima mens, cuius
actus est perpetua contemplatio veritas. Se-
cunda, ratio, cuius actus veritatis inuesti-
gatio. Tertia, Phantasia, cuius actus colle-
ctio eorum quæ sensus, eius nuntij, porri-
gunt, perq; illa discursus.

*De abaco cognotionis, & eius ex-
plicatione.* CAP. XLI.

*Synopsis aliquorum, quæ Repugnant his,
cognitionem referunt.*

Ars omnis, liberalis, vel mechanica, & arte facta.	Temerè & sine arte facta.
Certitudo.	Incertum.
Coniectura,	
Consilium.	Inconsultè factum.
Distinctio, separatio, diuisio.	Confusio.
Doctrina.	Incognitum, igno- rantia.
Experientia.	Inexperientia.
Fides.	Dubitatio.

Gradus omnes, quibus scientes ornantur
insignibus: præceptoriatu, bacchalaurea-
tus

tus, prolytatus vel licentiatura, magisterium, doctoratus.

Industria.	Sine industria.
Intelligentia.	Ignorantia.
Iurisperitia.	
Lex.	Leleges.
Opinio.	Error.
Ordo.	Inordinatum.
Peritia.	Imperitia.
Prædestinatio.	
Prænotio.	Incognitum.
Præscientia.	Improuidentia.
Prognosticatio.	Mendacium.
Prudentia.	Imprudencia.
Ratio.	Irrationale.
Regulæ præscriptio.	Irregulatum.
Reprobatio.	
Sagacitas.	Stultitia.
Sapientia.	Insipientia.
Scientia.	Obluio.

De quibus pauca in gratiam rudiorum dicemus, & probabimus obiter quomodo cognitionem referant, vt argumentandi ex illis apertior & facilius sit via.

² Ars, Aristoteles lib. 6. Ethico. ad Nicomac. cap. 3. scribit esse numero quinque in quibus anima, verum vel falsum dicit affirmando, vel negando, hæc scilicet, artem, scientiam, prudent

prudentiam, sapientiam, intellectum. Et postea cap. 4. definit artem, esse habitum faciendi, recta cum ratione. Contrarium autem arti habitum faciendi falsa cum ratione. Et ideo autem versari circa generationem vel inuentionem, contemplationemue quonam modo fiat eorum aliquid, quæ & esse & non esse possunt, & quorum principium non in eo quod efficitur est, sed in ipso faciente. In quo ars distinguitur à natura, casu, fortuna, & necessario contingentibus, vt etiam Plato lib. 24. in Gorgia vel de rector. artem non existimat sine ratione. Gale- nus autem, In finitionib. medic. in Ilagogi. *Ars, inquit, est, comprehensio- num globus, com- meditarum ad finem aliquem rerum quæ sunt in vita perutiles.* Et ita Cicero 4. Acad. quæst. docet artem vllam sine scientia esse non posse. Ostendit etiam scientiam esse artem, o- peratio, quæ per eam facile perficitur, ideo distinctio operis ex artis perito orta, vt con- siderat Seneca, lib. 22. Epistol. epist. 121. Eu- sebius Pamphili, libr. 4. de præpar. euangel. cap. 1. nullam artem vel scientiam dici ait, quæ non omnia vel saltem plurima ad de- bitum finem non adducat. Ex quibus con- stat artem esse cognitionis speciem, dum ratione moderatur quæ agit, & falsum re- iicit. Quare idem Aristoteles lib. 3. polit. c. 1.

in artibus & scientiis omnibus, id proprium esse scribit, quod cuique generi conueniat, seu exercitatio generis qualis quali conueniat, & quæ sit optima. Item Aristoteles lib. 6. Ethic. ad Nicomac. cap. 7. sapientiam tribuit artificibus eximiis, sapientem, eodem loco dicens, non tantum eum qui scit quæ ex principiis cognoscuntur, sed etiam, qui dicat vera circa principia, sapientiam virtutem artis nominans. Et ita cum sapientia, **3** cognitio, & scientia sit, erit & ars. Suadet id etiam origo vnde profluit ars, nam vt scribit Plato lib. 24. in Gorgia vel de Rhetor. *Peritia efficit, vt via nostra per artem incedat, imperitia vero vt temerè per fortunam circumuagetur.* Et Aristoteles lib. 1. Metaphy. cap. 1. aperte scribit experientiam, scientiam particularem esse, artem vero cognitionem vniuersalium. ita Cicero, lib. 2. de Orator. *Ars, inquit, earum rerum est, qua sciuntur.* Et 1. de Orato. refert Menedemum hospitem suum egregie doctum, artem negare esse nullam, nisi quæ cognitis penitusq; perspectis & in vnum exitum spectantibus & nunquam fallentibus rebus contineretur. Et rursus idem Cicero, Trebatio scribens lib. 7. Fam. epist. omnium 119. *nullam artem literis sine interprete & sine aliqua exercitatione percipi posse scribit.* docens cognitionem ignotorum per artem

artem haberi. Plut. etiam, lib. de fera numi. vindicta intelligentiam artificis ex postulat in iudicio artium. Dicimus & artem præceptorum collectionem. Sed & Pamphilus poeta monet quanta peritia oriatur ex arte.

Nam solet ars, inquit, dominum sæpè iuuare suum.

*Ars animos frangit, vel firmas dirimit vrbes,
Arte cadunt turres, arte leuatur onus.*

Et rursum, *Vsus & ars docuit quod sapit omnis homo.*

Demum & Iurisconsulti artis nomine scientias nuncupant, vt iuris ciuilibus artem dicit Vlpia. in l. 1. de iusti. & iur. lib. 1. §. tit. 1. & cognitionem grammatices Paul. Iurisc. vocat artificium. in l. duo societatem, l. 72. pro soc. lib. 17. §. tit. Et sic in reliquis scientiis præceptis conclusis vtuntur artis nomine. Quin & Vlpia. in l. inter artifices l. 31. de solution. lib. 46. §. ti. 3. inter artificum differentias, præcipuam institutionis & cognitionis ponit.

Annotandum tamen obiter est, artes pro⁴ dolis & fraudulentis machinationibus & cognitione iniqua accipi, vt apud Theodosium Archadium & Honorium Cæsares. in l. 1. de suffrag. lib. 4. C. tit. 3. Et alibi vt l. 1. de statuis & imagi. lib. 1. C. tit. 28. Dicimus vetitas cognitiones & scientias, artes: vt

artem magicam. Sic legimus, 2. Paralip. c. 33. b. maleficis artibus inferuire. Et Sapien. 17. b. magicam artem. Et Actuum 8. b. de mentionem factam magicis artibus.

- 5 Certitudo, Cicero 2. De finibus cognitionem certi, Academicos desperatam habuisse dicit, quamobrem nihil etiam disputasse, & Herillum tamen omnia ad scientiam reuocasse. Et Paulus Iurisc. in l. certum, l. 6. de reb. cred. lib. 12. §. tit. 1. certum esse id dicit, de quo cognitio habetur siue per nominis appellationem, siue per presentem rei demonstrationem. Sed plures sunt certitudines substantiæ, accidentium, qualitatis, quantitatis, generum, specierum, indiuiduorum, quæ oportet distingui & ad propositam hypothesim reducere, vt certum secundum quid, non in vniuersum & generaliter dicatur.
- 6 Coniectura cognitionis species est, quia pluribus à nobis collatis, per eam aliquid vel verum vel falsum, bonum, vel malum putamus, vt scribit Aristoteles, lib. Rhetor. ad Alexan. vbi de coniectura agit. isque & paulò post, coniecturas à commentatione differre ait, quod illæ sint, cum circa res & verba repugnantia quædam fuerit: commentatio autem quod è multis locis trahi dicendo possit, & Solon id indicat dicens

τὰ ἀφανῆ τοῖς φανέοις τιμαίσι. De rebus igno-
 zis, per notas & euidentem coniecturam fac. Et
 apud iurisprudentes, coniecturis probatio
 & cognitio quodammodo colligitur, vt de
 matrimonij impedimento dicitur, illud
 probabilibus coniecturis cognosci posse, a-
 pud Innocentium tertium de clandestina
 despons. lib. 4. Decretal. Bonifa. tit. 3. Sic in
 volūtatum ambiguarum testatorum inter-
 pretatione, cognitionem haberi per conie-
 cturam scribit Papinia. in l. cum propone-
 retur l. 66. de lega. 2. lib. 31. π. tit. 1. Conie-
 cturam dicimus, quando sensus vel notio
 elicitur, neque expressè apparet vel scribi-
 tur, vt scribit glossa quædam. in l. apud an-
 tiquos, l. 21. super verbo coniectura, de furt.
 & ser. corrup. lib. 6. C. tit. 2.

Consilium esse cognitionem docet Ci-
 cero, 1. de Inuentione dum ait, *Consilium est*
aliquid faciendi vel non faciendi, excogitata ra-
tio. excogitatum vocat, quasi cognitum di-
 cat. Et constat consulere alium, vel se, ni-
 hil aliud esse, quàm de agendis vel non a-
 gendis doctrinam esse, ea autem non potest
 esse sine cognitione, quia alius cautior effi-
 citur consilio vel prouidentior, vt non im-
 meritò Plato lib. 3. qui inscribitur Theages,
 vel de sapientia. dixerit, consilium esse rem
 diuinam & sacram. Et rursum expressius,

lib. 5. in Alcibia. primo vel de natu. hominis. *Scientis, inquit, est de unoquoque, consulere.* Et sicut consilium tripartiti temporis dicitur, sic & triplex inspectio. Nam secundum Platonis sententiam quam refert Diog. Laertius, in eius vita, lib. 3. vitarum. consilium aliud à præterito, aliud à futuro, aliud à præsentis tempore sumitur. Præteritum tempus exempla suppeditat, dum attenditur quid, cur, quæque gens passa sit, ut caueamus: aut quid prudenter egerit, ut imitemur: ut potè quid passi sunt Lacedæmones, dum confidunt. Præsens autem, rem ipsam quæ in manibus est, considerare monet. puta imbecilles muros, homines timidos, annonæ caritatem, & cætera huiusmodi. Futurum prospicere suadet, ut ne quid fiat temerè, habendam bonæ opinionis rationem, non esse violandas suspitione legationes, ne Græcia gloriam honestatis amittat. Et Euthymius Zigabonius, Commenta. in Psal. 1. consilium quod in corde residet, radicem vocat operationum corporis, & primo nos consulere, quasi addiscere, deinde consilium obfirmare.

8 Insuper scimus diuinationem speciem esse cognitionis, ad hæc Euripides in Helena actu 2. vers. 371. scribit *γνώμη δὲ βέλτιστα μὲν τῆς ἄλλης ἐν βελονία.* quod *opinio bona, & bonum consilium.*

filium sunt optimi vates. Adde quod scribunt Cæsares Dioclet. & Maxim. in l. dubium, l. 3. de repudijs lib. 5. C. tit. 17. iater ea quæ leuiter & non adhibita cognitione fiunt, & ea quæ consilio fiunt, quandam oppositio- nem constitui. Hæc enim firma & recte fi- eri testatur, illa autem improba. Et Grego- rius 9. in can. cum in veteri, c. 52. de elect. lib. 1. Decretal. tit. 6. scribit. Consilium, tractationem, disquisitionem, & per conse- quens cognitionem præcedentem præsup- ponere.

Distinctio, cognitionem etiam duorum ⁹ vel plurimum arguit, vel diuersarum qua- litatum. Et ideo Seneca lib. 14. Episto. epist. scribit, facilius nos per partes in cognitio- nem totius adduci. Et Iustina. in §. sed non vsque versic. sed ne in primis de lega. lib. 2. Institu. iur. ciuil. tit. 20. permixtionem re- rum generare sciendi difficultatem, & di- uisionem partitionemue faciliorem cogni- tionem adferre.

Doctrinam nemo ambigit etiam esse co- gnitionem faciendorum vel dicendorum, vel naturarum rerum.

Experientia, notio est, qua ars quam co- gnitionem diximus, perficitur, yt & docet Manilius lib. 1. ¹⁰

*Per varios, inquit, usus artem experientia
fecit,*

Exemplo monstrante viam.

Et Propertius lib.3. eleg. 11. huic parari co-
gnitionem docet,

*Venturam, inquit, melius prasagit nauita
mortem :*

Vulneribus didicit miles habere metum.

Deinde si ratio, vt verum est, cognitio sit,
erit & experientia, quæ vincit rationem.
Sic vna ratio non vbique militat, sed pro-
prium modum & vsum quæque natio ha-
bet : & quandoque extra rationem alterius
& in talibus experimentum vincit rationē,
vt aliquando cibus malus etiam est conuen-
tior bono, non idem vsitato, vt scribit Bo-
nifacius Simoneta. lib.5.epistol.63. Demum
ars, est cognitio : illa tamen conficitur ex
experientia, teste Galeno, tomo 5. lib. 8. de
composit.pharmac.secundū locos, in princ.
*Veluti, inquit, iudicandi à natura instrumenta
data sunt ad actionum vita cognitionem, experi-
entiam dico & rationem, quæ quidem utraq; ex
æquo quibusdam conferunt ad artem, quibusdam
verò, alterum altero amplius: & tamen tanquam
semper ad perfectionem alterum altero opus ha-
beat. Confirmat alibi eadem tomo 7. in cō-
ment. in 1. Aphorif. Hippoc. apho. 1. Extat &
apud Aristotelem lib. 1. Metaphys. c. 1. à me-
moria*

moria eius rei argumentum: *Fit, inquit, ex
 memoria experientia hominibus, multa & enim
 eiusdem rei memoria unius experientia vim effi-
 ciunt. Quare experientia aliquid penè simi-
 le scientiæ ac arti esse videtur. Per experi-
 entiam autem ars & scientia hominibus ef-
 ficitur. Experientia enim, vt ait Polus, artē
 efficit, imperitia verò casum. Connumerat
 & inter cognitiones exactiores Hocrates
 Oratione πρὸ νικηδία experientiam, quam
 nominat ἱμπερίαν, ὅ, τι ἄν, inquit, ἀκριβῶς,
 εἰδῖναι βέβαια, ὡν ἰπίσα δαυπροσῆκει τὸς βασιλι-
 ας, ἱμπερία μίτιθι καὶ φιλοσοφία. id est, quod
 si exquisitè cognoscere cupias quæ regum sunt pe-
 cularia, experientiam adi & philosophiam.
 Clemens etiam Alexandrinus lib. 2. Stro-
 maton scribit scientiæ adiunctam esse expe-
 rientiam. Et Iustinia. in §. illud quoque,
 quib. mod. natur. effic. legi. in Authen. col-
 lat. 6. tit. 1. ea se statuere refert, quæ pluri-
 bus rerum experimentis cognouisse se te-
 statur. Et Marcus in l. 2. vt in possess. legat.
 & c. lib. 6. C. tit. 33. Cæsar ait, se multis rerū
 experimentis didicisse, posse remitti cauti-
 ones de legatis & fideicommissis, eorum,
 quorum interest, voluntate. Et Salomon
 Ecclef. c. 34. b. vers. 9. docet in experientia
 cognitionem adesse. *Qui non est tentatus, quid
 scit, vir in multis expertus cogitabit multa, &**

qui multa didicit enarrabit intellectum: qui non est expertus, pauca recognoscit, qui autem in multis factus est, multiplicat malitiam. Quò fit vt expertis quibusque in sua arte, propter inde coniectatam cognitionem, credendum fit. can. vt constitueretur, 50. distinct. in 1. par. Decre. Gratia. Cuius rei exempla extant apud Vale. Max. toto c. 13. lib. 8. Memorabil.

- II. Fides fidem nos definimus, vt sit veritatis quaedam apprehensio, rei cuiuslibet non apparentis, de qua latè agimus in tractatu virtutum de fide. Et D. Bernardus, cognitionem esse fidem docet, lib. 5. considerat. ad Eugen. Papam *Fides*, inquit, *est voluntaria quedam & certa prelibatio nondum propalata veritatis: opinio, est quasi pro vero habere aliquid, quod falsum esse nescias. Intellectus, est rei cuiuscunq; inuisibilis certa & manifesta notitia.* Ergo fides ambiguum non habet, vel si habet, opinio non fides est. Et distat fides ab intellectu, quod & si non habeat incertum, non magis quam intellectus, habet tamen quippiam inuolutum, quod non habet intellectus. Et est fides argumentum non apparentium. Ad Hebræ. c. 11. a. vers. 1. Quamobrem paratur ex cognitione quadã fides, nempe ex auditu, auditus autem per verbum Dei. ad Roma. c. 10. c. vers. 17. Plato etiam

etiam Aristodoro scribens, Epistola. 10. inter scientias & philosophiam, fidem ponit *Audio, inquit, te in primis philosophum spectantium vel contemplantium exercuisse, nam firmitatem, fidem, sinceritatem veram esse philosophiæ existimo: alias vero & ad alia declinantes scientias & facultates si quis ornamenta dixerit, recte, ut arbitror, appellabit.* Fit autem ab hac fidei cognitione gradus ad explicatiorem notitiam, ad intellectum scilicet. Monet Iesaias c. 6. a. *Nisi credideritis, non intellegetis.* In utroque tamen equè versatur certitudo: 12. nam in fide potissimum Christianæ religionis, nullomodo dubitare debemus, si fideles haberi velimus: nisi enim quis firmiter crediderit, saluus esse non potest, ut scribit D. Athanasius. in fidei symbolo. & ca. quando episco. 24. dist. in 1. par. Decre. Grati. & in parte 2. can. aperte 24. q. 1. Innocent. Pius in c. 1. de summa trinit. li. 1. Decretal. Greg. tit. 1. Quamobrem Cæsares Theodosi. Valentin. & Gratia. in l. 2. de heretic. lib. 1. C. tit. 8. Hæreticorum nomine contineri placuit & infidelium, eos qui pro leui argumento, à iudicio catholicæ religionis vel tramite detecti fuerint deuiare. Et Stephan. Pontifex summus, in c. 1. de hæretic. lib. 5. Decret. Grego. tit. 7. dubium in fidem, infidelem esse dicit. Et Clemens Alexandri. lib. 5. Stro-

maton apertius cognitionem in diuinis nō esse sine fide, nec fidem sine cognitione, sed potissimum in fide constantia consideratur & veritas, Et ita Cicero, I. Officiorum *Fides*, inquit, *est fundamentum iustitiæ, id est, dictorum conuentorumq; constantia & veritas, credamūsq; quia fiat quod dictum est, fidem esse dicitur.*

13 *Industria*, est etiam cognitionis species. est enim promptitudo quædam animi ad agendum ea, quæ agere expedit: quod sine cognitione agendorū non contingit. Hanc quidam dicunt Græcis nominari *φιλοπονίαν* malo ego cum Hesiodo dicere, *εὐθυμοσύνη* quasi animi ad agendum bonam promptitudinem cum intellectu. Ex his enim nomen illud componitur & ideo Hesiodus lib. 2. Dier. & oper. ver. 89. postquam quæ agenda essent agricolæ exprelsit, subdit,

Εὐθυμοσύνη γὰρ ἀρίστη

Θνητοῖς ἀνθρώποις, κακοθυμοσύνη δὲ κακίστη

Id est, Industria enim optima

Mortalibus hominibus, negligentia autem pessima.

Et Cicero lib. 2. Tuscul. quæst. Græcos industrios homines, studiosos vocasse testatur. Aristoteles lib. 1. magno. moral. c. fin. *latius autem rem tractans Est*, inquit, *industria, in quibus & prudentia circa ea qua sub actionem*

Etionem cadunt. Industrius siquidē dicitur, quatenus consulere recte aliquid, indicare aut perspicere potuerit circa pusilla, in pusillissq; eius iudicium est. Igitur industria atq; industrius prudentia & prudentis pars est, nec citra hec. neq; industrium a prudente separaueris. Hæc Aristoteles quibus concludimus, cum & prudentia scientia sit, & partem eius industriam scientiam quoque habere.

Iurisprudentia cognitio est, sic enim definit Iustinia. in §. Iurisprudentia de iust. & iur. lib. 1. Instit. tit. 1. Iurisprudentia est diuinarum & humanarum rerum notitia, iusti atque iniusti scientia. Scribit & Cic. 1. de II. ignoracionem iuris, esse litigandi vias, non scientiam.

Intelligentiam etiam esse cognitionem per se patet. Et Cicero lib. 2. de Inuentio. definit, intelligentiam esse, per quam quis perspicit quæ sunt. nos alias latè de ea locuti sumus. Et coniunctam intelligentiã scientiã, scribit Clemens Alexand. lib. 2. Stromaton, quia est scientia eius, quod mente intelligitur.

Lex est cognitio etiam, quia est quædam consultationis prudentum resolutio. ita enim Papinia. vocat, & prudentum hominũ consultum, legem. in l. 1. de legib. lib. 1. §. ti. 3. Et Demosthenes oratione contra Aristogitonem

gitonem vocat sapientiam hominum dogma. Et Chryſippus, lib. *περί νομῶν* de legibus, diuinarum & humanarum rerum notitiam vt refert Martianus. l. 2. tit. de legib. in *π*. Et Cicero, 1. De legibus. *Lex est, inquit, insita ratio in natura, quæ iubet ea quæ faciendâ sunt, prohibetq; contraria.* Dicta à deligendo, nam & nos, inquit, vim delectus, æquitatis & iustitiæ in lege ponimus, & hinc iuris basis quod nos probauimus.

- 17 Opinio cognitionis species est ac scientiæ Platoni, lib. 31. vel dialo. 5. De repub. sed diuersa ratione. Differt tamen opinio à scientia, vt confusum ab inconfuso, cum opinio sit nõdum plenè certa cognitio, sed incerta: scientia autem certa sit, vt etiam idem Plato scribit. lib. 13. in Theætet. vel de scientia. Quamobrem opinio, dicitur de his quæ aliter se habere possunt, non scientia, vt notat Aristot. lib. 1. Resolutionum posteriorio. c. 26. Et Galenus in Isagogi. lib. de definitio. medicis, scribit opinabile, anceps, quod Græci *ἀμφοδίξον* vocant, esse id cuius perinde venire contrarium potest. Et alibi, tomo 7. idem Galen. sup. Aphorif. Hippocr. lib. 1. aphor. 1. varias esse opiniones, ubi est magna difficultas. Et tomo 4. lib. 3. de differen. pulsuum, in omnibus ferè opinionem esse, per consequens ferè in omnibus controuerſiam

trouersiam. Et in eo differre à scientia, quæ si haberi potest, inquit, firma est. Xenocrates, vt scribit Cicero, lib. 3. Academi, quæst. quod erat sensu comprehensum, id ipsum sensum vocabat. Et si ita erat comprehensum, vt ratione conuelli non posset, scientiam: sin aliter, inscientiam nominabat, ex qua existeret etiam opinio quæ esset imbecilla, & cum falso incognitoq; communis. Plato autem lib. 25. in conuiuio vel de amore inter sapientiam & ignorantiam esse ait opinari, hoc est inquit, absque certa ratione participè esse. Et rursus, lib. 13. in Theæteto vel de scientia. *Lectam equidem de te opinionem habens, si tuam præterea definitionem accipio, te cognosco, alioquin opinor.* Bestiæ phantasiæ quæ est motus à sensu, habent, sed opinione, vt & ratione carent, vt scribit Bonifacius Simoneta. lib. 6. de fidei Christ. & pontif. Romano. persecutio. epist. 34.

Ordo, Speusippus lib. de definitio. Platonis. ordinem & proportionem idonea ad scientiam esse testatur. Distinguunt Medici per ordines, quos alij vocant gradus, facultates, & vim medicamentorum. dicuntque ea calefacere, frigefacere, humectare vel siccare primo, vel secundo, vel tertio, vel quarto ordine, & ita cognitionem miscendorum pharmacorum facili via tradūt.

vt scribit Galen. tomo 5. lib. 6. de simplic. medica. facult. c. 27. Aristoteles li. 8. Physic. c. 1. scribit, quod omnis ordo, ratio fit. Porro docemus paulò post rationem cognitionis esse speciem, sequetur itaque & ordinè esse. Plato lib. 32. in Timæo cum vellet scientiam & diuinitatem artificis mundi demonstrare, cum dixit inordinata in ordinè redegisse: hoc enim iudicabat esse præstantius. Docet & cognitionis esse speciem finitio ordinis, quam adfert Aristot. 8. Physic. textu 14. *Ordo, inquit, est congrua aliquorum proportio, idq; secundum prius & posterius, vel ratione vel actû, idem Philo Iudæus. lib. de mundi opificio. Sic ordinis præstantia sensibilibus naturam denunciat, vt scribit idè Aristoteles. cœli ca. 24. Quin & idem scribit, lib. de memoria & reminiscencia ordinem facilem doctrinam, ad intelligentiam & memoriam constituere. Sic & Speusippus, in finitionib. Platonis, ordo est contentuum operationis ad inuicem communis proportio, vicissitudinis in omnibus causa, contemperatio ad percipiendum idonea. Cui opponit Iustinia. confusionem. §. si vero nullus horum, de hæred. & falc. lib. 1. Authen. tit. 1. Xenophon quoque lib. qui Oeconomicus dicitur. Magnam vim & præptitudinem inesse ex ordine cognitioni, & facili*

facilitatem curæ, & vtilitatem longa oratione docet. Et Mercurius Trimegistrus in Pimandro, sermo 5. à sapientia & prudentia ordinis mundi, conuincit esse vnum eius dominum & opificem: *Ordo, inquit, fieri à deformitate nequit, eget autem deformitas Domino, qui ordinem præbeat.* Sumunt itaque ab ordine literæ probationem. Et Iurisconsulti topicum argumentum, quia Iustinia. in l. 1. §. quibus, de nou. cod. fac. lib. 1. C. tit. 1. scribit, se prima primo loco, & alia suo ordine posuisse. Et hoc in dubiis maximè verum. Nam quando de censu constat, ordo litteræ non spectatur, vt scribit Vlpian. in l. in his verò, l. §. §. fin. & Paulus Iurisc. in l. nec enim ordo, l. 6. de solutio, lib. 46. π. tit. 3. Innocentius 1 1 in cap. causam que, cap. 18. & cau. cum dilecta cap. 22. de rescript lib. 1. Decret. tit. 3. Prænotio, prognosticatio & reliqua quæ notionem futurorum & præcedentem insinuant vel de præsentibus alioquin obscuris, ad cognitionem pertinere non ambigitur. Sic Galenus in Isagogicis, li. De definitio. plures cognitionis occultorum modos finit.

Notatio, inquit, est, non manifestorum per notas vel signa cognitio.

Signum est, id quo cognito, aliud, quod ignotum nobis erat deprehenditur.

Diuias

extant li
bri Hippo
cratis &
Galenii,
de progno
sticis &
Crisibus,
& Symp
tomatum
causis.

Divinatio, eorū qua euenire debent, scientia est.
Prognosticum signum est, ex quo dignoscitur
futurum.

Prædictio, est futuri præcognitio prænūtiatioq;
Pathognomonicum signum est id, ex quo affe
ctus dignoscitur.

Syndrome quam Græci vocant, Latini concur
sum, est congressus symptomatum.

Symptoma est accessorum affectus.

Sunt & prognostica, quæ ad aliam, quam ad
medicinam pertinent, & prænotiones ex alijs
quam corporum hominum passionibus
ex celestibus, aëre, & alijs, de quibus Deo iu
uante dicemus proprio tractatu in Astrologia.
Speusippus autem expressè, lib de defini
tione. Platoni. *Divinatio*, inquit, *scientia est,*
atq; rerum demonstratione præsaga. Vaticinium
scientia qua dignoscitur, quid adsit, quidue futu
rum sit mortali homini viuenti

20

Proidentiam, Galenus $\pi\rho\upsilon\upsilon\epsilon\iota\alpha$ tomo
4. comment. 1. in Prognost. Hippoc. c. 2. du
pliciter accipiat, vno modo pro cura & so
licitudine futurorum & cautione, & pro eo
quod est curam gerere alicuius rei, & præ
parare vtilia. Et ita conuenire hominibus
etiam. Deinde pro generali in vniuersali
administratione, quæ est Dei prouidentia,
quam ipse varijs in locis probat & defendit.
potissimum tomo 1. libr. 9. de Hippocr. &

Plato

Plato. decret. & alibi. *Providentia* inquit Cic.
 2. de Inventione, *in expetendis est, per quam aliquid futurum videtur antequam factum sit.* Plato lib. 34. Dialo. 10. de legib. vel de repub. validis argumentis tuetur providentiã Dei uniuersalẽ & particularem, exemplis petitis ab imperatoribus, partribus fa. ciuitatum moderatoribus, & huiusmodi, qui paucis paruisq; neglectis, rectẽ multa & ingẽtia gubernare non possunt. Nam lapides quoq; magnos, sine paruis strui negent etiã architecti. Quod certẽ facile Deo est, qui sine sollicitudine omnia nouit & perficit in nobis, nisi nos ex nobis resistamus Spiritui sancto, & gratiam quæ se nobis offert spontẽ repudiemus, reliquit libros optimos *ωσπερ χυρ πρνοιας* Theodoretus. tractat & Arnobius libr. 8. contra gentes. Eam approbat Phalaris Epist. 86. Cataueis scribens, & mul ti alij Ethnicorum, quorum aliquos citat Theodoretus. lib. 6. græcarum affect. Et Xenophon libr. 1. de fact. Socrat. demonstrat in providentia diuina maximam esse Scientiam: quod per eam simulachra omnia, & animalia scientia & cognoscentia facta fuerint, & per eam gubernentur. mirabilis de dei prouidẽtia & tradit D. Damascenus. lib. 2. de Orto. fid. c. 29. Et in summa ab Ecclef. scribitur, *Ne dederis os tuum ut peccare*

facias carnem tuam, neq; dicas coram angelo, non est providentia: ne forte iratus Deus contra sermones tuos dissipet cuncta opera manuum tuarum.

- 21 Prudentiam esse cognitionem, docet Galenus, tomo I. lib. 7. de Hippocr. & Piato. Decret. dum ait, sapientiam esse virtutem: virtutes autem in scientia consistere, sicut vitia in ignorantia: imo & hanc rationis esse virtutem, quæ ratio cognitio est, subtilis etiam virtutibus reliquis, illam remanere docet Egidius, lib. 2. de regi. princip. c. 8. dum partes prudentiæ constituit memoriam, providentiam, intellectum, rationem, docilitatem, experientiam, cautionem. Et Cicero, 2. de Inuentio. *Prudentia*, inquit est, *rerum bonarum & malarum & utrarumq; scientia*. Forsan & innuit Hesiodus in Theogonia. dum ait.

*Ζεὺς δὲ Διῶν βασιλεὺς πρῶτῳ ἄλοχον ἔπει
μῦτιν*

πλάσαν Διῶν εἰδύαν, καὶ θνητῶν ἀνδρείπην,
id est,

Jupiter autem rex, primam uxorem iunxit sibi prudentiam, plurimum ex Dÿs, (ut loquitur Paganus) edoctam & ab hominibus. Sic etiam Cicero I. de legib. in veri iuspectione positam prudentiam esse scribit, eamque à providendo dictam in cultu diuino, & bonis à malis

malis deligendis consistentē. Et rursus circa finem 2. Offic. *φρόνησις* vel prudentiam, rerum expetendarum vel fugiendarum esse dicit. Et quia etiam prudentia in bonorum & malorum delectu consistit, ut idem Cicero scribit, 5. De finib. & alibi id cum sine notitia fieri non possit, arguit etiam cognitionem. Et Aristoteles, quamvis prudentiam neget esse scientiam cognitionis, tamen speciem fatetur, quia per eam quis scit quæ bona sibi sunt, vel reipublicæ, & in ea est legum ferendarum facultas, ut scribit idem Aristoteles lib. 6. Ethico. c. 8. lib. de virtute mor. Et ibi prudentiam à sapientia distinguit, quod sapientia circa res Dei & æternum versetur, & nobilius subiectum: prudentia autem fit de rebus hominis item à scientia quod illa in his quæ subijciuntur scientiæ ex demonstratione vel ratione, quia hæc in electione agendi vel non agendi. Et Plutar. lib. de virtute morum. Prudentiam distinguit à sapientia, quod prudentia in agendi facultate, sapientia in deliberando consistat. Plato ait: lib. 6. in Alcibiade 2. vel de voto. Prudentes, existima, quicunque dicenda agendaue cognoscunt: imprudentes qui neutra vident, neque tam erga Deum, quam homines. Quod & scribit Speusippus, libro De definitio. Platoni.

23 Prudentia duplex ponitur mundi & Dei: ab hominibus enim hi prudentes dicuntur, qui dando, accipiendo, & negotijs gerendis, in fraudando, scenerandoue versati sunt: & ex obolo vno duos facere sciunt, Deus autem hos stultos & peccatores vocat. Prudentes autem alij à Deo dicti, qui eius voluntatem & mandata norunt exequi, vt scribit D. Athanasius, lib. de virginita. & D. Basilius Magnus, in princip. prouerb. De vtrisque Christus meminit, Lucae 16. d. & D. Paulus ad Roma. 8. a. prudentiam primam carnis dicit & mortem. Et Baruc c. 3. c. vers. 23. prudentiam de terra dixit, & negotiatorum terræ, sicut vers. 13. & 14. veram prudentiam Dei & de cælo.

24 Ratio nobis innata est, vt per eam agenda sequamur & fugienda vitemus, vt scribit Euthymius in commentar. in Psal. 104. estque cognitio illa intrinseca naturalis, qua suis pedagogo cognoscimus iusta & iniusta vnde Claudianus in 4. Honorij consulatu, vocat rationem, mandatricem operum, prospicientemque labori. Est etiam ars cognitio, porrò ratio artes homini docuit, vt scribit Galenus, tomo 1. lib. 1. de vsu part. corpo. humani c. 3 Et Cicero. de natu. deor. 2. rationem concludimus inquit, singularique res diffinimus, circumscripreeque complectimur.

plec
rati
co
bor
mi
in l.
w. t.
con
feru
mit
gni
fit,
nop
scri
lib.
1. D
S
in q
fag
Ari
S
Pla
li D
lib.
fier
den
run
inq
nor

plectimur. Et docet ferè omnia homines ratio naturalis. sic profitetur Paulus Iurifconsultus, ratione naturali se edoctum, vt bona damnatorum, nisi quibusdam criminibus exceptis defferrentur ad liberos. in l. cum ratio, l. 8. de bonis damnato. lib. 48. *¶* tit. 20. Sunt & alia plura in quibus Iurifconsulti, ad notionem & lumen rationis referunt cognitionis anchoram, quæ prætermitto. Regularum constitutionem esse cognitionem etiam constat ex eo, quòd illa fit, veluti cognitionis cuius est regula, synopsis, vel epitome, & breuis enarratio, vt scribit Paulus Iurifconsf. in l. 1. de reg. iur. lib. 50. *¶* tit. 17. & cano. regula, 4. dist. parte 1. Decre. Gratia.

Sagacitas est etiam cognitio extremorū, in quibus dubium constituatur, & idem est sagacitas ac bona intelligentia, vt scribit Aristoteles. lib. 6. ethico. ad Nicom. c. 10.

Sapientia: cognomen maximum, ideo Platoni lib. 26. in Phædro vel de pulchro soli Deo conuenire videbatur. Quamobrem lib. 13. in Theæteto vel de scientia illa nos fieri similes Deo ait, sicuti & iustitia, prudentia, & sanctitate: totam enim Deus horum complexus est potestatem. circa hoc, inquit, vera industria & fortitudo viri, nec non inertia, imbecillitasue versatur: horum

sanè cognitio, vera virtus & sapientia: igno-
ratio, contrà, inscitia & improbitas mani-
festa. Seneca etiam li. 13. Epistol. epist. 89. sa-
pientiam fuisse definitam ait, nosse diuina
& humana, & eorum causas. Et D. Dionys.
Areopag. c. 7. de diuin. nominib. sapientia
diuina ipsius vniuersæ sapientiæ & intelli-
gentiæ omnis, rationisq; & sensus cuiusli-
bet principiū & causa, institutio, perfectio,
conseruatio, & terminus. Nam vt scribit
Iesaias, 10. cap. *Sapientia, & disciplina, &*
pietas à Domino. Et Daniel. cap. secundo
c. *Dat sapientiam sapientibus,* & Diuus
Iacobus. cap. primo a. *si quis indiget sapi-*
entia, postulet à Domino &c. Idemq; c. 3. notas
seu notiones & virtutem eius sapientiæ
quæ à Deo est, tradit. Scribit & Pyndar.
Olympio. ode 9. epode 1. in fine.

— ἀγαθοὶ δὲ

καὶ σοφοὶ κατὰ θεῖον ἄνθρωποι,
Eύενοτρο. i. *boni & sapientes viri per Deum sūt.*
Quamobrem sapientia illa quæ à sua origi-
ne declinat, & contempto Deo ad terre-
stria deuoluitur, ignorans Deum & eius
amorem & timorem, mors potius est &
mundi sapiētia, vt scribit D. Paulus ad Ro-
ma. 8. a. hanc reprobatur Deus, & perditurum
se minatur. I. Cor. I. c. Et stultitia dicitur a-
pud Deū hæc sapientia. I. Cor. 3. d. Sapientia
itaque

itaq; sua finitione, se cognitionis speciē demonstrat. Nam vt Euthymius definit, Cōment. in psal. 89. sapientia est, discretio inter virtutē & vitia, & operatio per virtutē. Et Terētius, in Adelphis scena 3. ac. 3. ver. 32.

Istud, inquit, est sapere, non quod ante peccas modo est

Videre: sed etiam illa, que futura sunt.

Ponit sapientiam in præcognitione futurorum, & cautione præsentium. Et docere rectum sapientiam, paulatim vitia errorēsq; exiit omnes, scribit Iuuenal. satyra 13. hanc altius repetit Clem. Alexand. lib. 7. Strom. Est, inquit, quedam cognitio hominis, tanquam hominis perfectio, que completur per rerum diuinarum scientiā, & modo & vita & sermone congruens, & consentiens sibi & verbo diuino, per hanc enim fides perficitur, utpote quod per eam fidelis efficiatur perfectus. Dicimus autem cognitionem differre à sapientia, que est per doctrinam. Nam quatenus aliquid quidem est, cognitio hoc omnino est etiam sapientia: quatenus autem est aliquid sapientia, nō est omnino cognitio. Sed clarus Iacob. Faber Stapul. in Introducto. in li. Metaph. Arist. sapientiā, rerū difficultiū dicit esse cognitionē: & ea cognoscētē, sapientē. Et Claudius Gallenus. tomō 2. libr. de cognoscendis curandisue animi morbis. illud proprium sapientis prout sapiens est

ait esse, vel perfectè vel imperfectè seipsum cognoscere sapientissimi autem & prudentissimi, planè omninò se cognoscere. Et Euripi. in Hyppol. act. 2. ver. 107. distinctionem ponit inter sapientiæ scientiam, & actum, moresque hominum, his verbis exprimit Phædra,

Ἦδη πῶς ἄλλως νοκτῶς ἐν μακρῷ χρόνῳ
 Θνητῶν ἰφθρήτισσά ἢ διεφθάρται βίος.
 Καὶ μοι δοῦσιν ἔκτα γνώμης φύσιν
 Πράσσειν κάκιον. ἴσθι γὰρ τὸ γ' οὐ φροσῶν
 Πολλοῖσιν, ἀλλὰ τῆ δ' ἀδρῆτιον τάδε.
 Τὰ χρῆσ' ἐπιστάμιον αὐτὴν γιγνώσκου μὲν
 οὐκ ἰκπεῖσθαι μὲν ἴ. id est,

Iam sepe alias nocte & longo tempore cogitavi, quomodo sit corrupta mortalis vita. Et mihi videntur præter naturam animi peccare, ac prætere gerere quia res est sapiunt multi. Hac autem via, hac res censenda, honesta quidem scimus & cognoscimus, sed non facimus. In quo falsus est Zeno, qui nisi sapientem scientiam habere dicebat, cum tamen constet & incipientem scientiam habere, ut aduersus eum defendit Cicero 4. Academ. quæst. & Aristoteles lib. 1. Magno. moral. cap. fin. sapientia inquit, ex scientia menteq; constituitur, est namque sapientia, circa principia (quæ sub mente non sub scientia, utpotè nec demonstrabilia cadunt) ipsa quoque mentis particeps,

at quatenus circa ea quę post principia sunt
 eum demōstratione, scientiæ est particeps.
 Et alibi ait, Ethic. lib. 6. cap. 7. sapientem nō
 solum ea scire quę ex principiis cognoscun-
 tur, sed circa principia dicere vera oportere,
 quare inquit sapientia intellectus est, &
 scientia rerum earum quę summis afficiun-
 tur honoribus. Plato scribit lib. 31. dialo. 4.
 de repub. vel de iusto, sapientem eum esse
 qui scientiam qua discernit quid potissimū
 ex vsu sit, tam singulis quam vniuerso. lib.
 3. in Theagete. Et vocat sapientes, scientiā
 habentes, lib. 13. in Theateto. vt vocat sa-
 pientiam veram cogitationem, & ignoran-
 tiam falsam opinionem. & Xenophon in 4.
 de dict. Socrat. ostendit, sapientiam scien-
 tiam esse. Scientia, Simplicius in cōment.
 ad 1. libr. de anima Aristot. scientiam dicit,
 cognitionem quę veram cognitionem pa-
 rere possit. Item quia secundum Speusippū
 Platonicum lib. de definitio. Platon. malo-
 rum & bonorum facit iudicium, & rerum
 causas contemplatur, fieri non potest, vt ea
 cognitionem non habeat. Et ideo Speusip-
 pus idem eodem scientiam definit, compre-
 hensionem animæ, ratione vera, in cogita-
 tione immutabili. Sic Aristoteles cum de
 ea scientia disputat, & de opinione lib. 6.
 Ethic. cap. 3. scientiam certam esse, atque ibi

inter scientiam, fidem, & opinionem inter-
 esse ait, quod scientia certa & indubitata fit.
 Opinamur autē cum firmiter asseotimur,
 quanuis ea sint immanifesta quæ credimus.
 Plato etiā scribit li. 4. in Menone vel de vir-
 tute. quod quicumque scientiam habet, sem-
 per assequitur: qui verò rectam opinionem,
 interdum assequitur, interdum fallitur, dū
 quod verum est fugit à memoria, quod sci-
 entia non accidit, quæ perseuerat in ea. I-
 dem scientiam definit, lib. 13. in Theæteto
 vel de scientia, esse opinionem rectam cum
 scientia differentia. vnde, inquit, neque
 sensus, neque opinio vera, neque cum opi-
 nione vera assumpta ratio, scientia est. Cle-
 mens etiam Alexandrinus dicit, lib. 2. Stro-
 maton scientiam esse habitum qui facit si-
 stere, à quo scire euenit cum fit comprehē-
 sio quæ dimoueri, non potest à ratione. Sic
 & ignorantiam esse phantasiaam seu visio-
 nem cedentem, quæ dimoueri potest à ra-
 tione. Et Speusippus, lib. de definit. Plato-
 nic. *Sapientia, inquit, est eorum quæ semper sunt
 scientia. Item comprehensio anima immutabilis.
 Ratio vera in cogitatione immutabilis.* Et Ga-
 lenus in Isagogi. in lib. qui Introductori-
 um vel medicus dicitur, scientiam dicit es-
 se, conuenientem, & nunquam à ratione
 declinantem cognitionem, quam vult ne-
 que

que apud philosophos inueniri, præfertim dum rerum naturas perscrutantur, multò minus nec in re medica, imò nec ad homines quidem venisse, quæ repetuntur ab eodem. tomo 4. lib. 3. de puls. differ. in princ. Et rursum, Scientia, in *Isagogi*. lib. de definit. medic. est comprehensio certa & firma, nec à ratione decidua. Item, scientia est, habitus qui opinionem præbet ex visionibus, non ratione deerrantem. Et Hippocrates, lib. de lege, *Duo sunt*, inquit, *scientia, persuasione & opinio*, quorum altera scire facit, altera autem ignorare. Cicero circa finem libri primi *Officiorum* sapientiam, quam Græci *σοφία* dicunt, quam principem omnium virtutum dicit, & humanarum atque diuinarum rerum scientiam, in qua continetur Deorum & hominum communitas & societas inter ipsos. Scientiam à prudentia distinguit Aristoteles, libro primo *Magnorum moralium* cap. finali quod scientia versetur circa id quod sub scientiâ cadit, quod cum demonstratione aut ratione est explicatum. Prudentia autè circa ea quæ sub actione cadunt, in quibus delectus euitatioq; & in nobis agere & non agere est. Quamobrem quia scientia est certorū, fortuitorum, nullam esse scientiam scribit idem Aristotel. lib. 1. *Resolut. posterior. c. 24.*

Hic

Hic tamen notandum est, eundem Aristotelem, lib. 13. Metaphys. c. fin. duplicem cōstituere scientiam, vnam quæ est in potentia, aliam actu sicut & in ipso scire, quoddam in potentia, quoddam in actu est. Potentia dicit scientiam indefinitè, de vniuersalibus: actu, cum de particularibus, secutus hac in parte Platonem, qui eadem sentire videtur. in lib. 31. dial. 5. de rep. vel de iusto. Hebræi quædam circulū scientiarum vnica sententia exprimunt, vt legimus in lib. eorum qui scribitur פירקי אנות *pirke anot.* id est. in capitula patrum, cap. 3. vbi Rabi Eliger filius Gazariah, sic ait, אם אין תורה: אין דרך ארץ: אם אין דרך ארץ אין תורה: אם אין חכמה אין יראה: אם אין יראה אין חכמה: אם אין דעת אין בינה אם אין בינה אין דעת *im ein thorah ein derech erets im ein derech eret & ein thorah: im ein chocma ein ireah: im ein ireah, ein chocma: im ein dagnath ein binah: im ein binah, ein dagnath. i. vbi non est lex, ibi non est via terre (i. politia, quam viam terræ dicunt) vbi non est timor, ibi non est sapientia: vbi non est scientia, ibi non est intelligentia: vbi non est intelligentia, ibi non est scientia.* Scientiam Iurisconsulti cum Aristotele dicunt, per causas cognitionem, ideò dum aliquid scire cupiunt, examinant non tantum nuda opera, sed tempus & causas, & voluntatem, & alias circum

circumstantias, in can. occidit 23. q. 8. 2. part.
 Decret. Et de omnibus iubet Clemen. 111.
 Pontifex Max. examinari testes, qui ad sci-
 entiam rei eruendam alicuius exhibentur,
 in cap. cum causam cap. 37. de testib. libr. 2.
 Decret. tit. 20. Sumunt & probationem, sci-
 entia potissimum ab antiquorum momen-
 torum probationibus, ex sensibus, vt quia
 audierunt, vel viderunt, vel audierint ab iis
 qui viderint, vt scribit Labeo, in l. si arbiter,
 l. 28. de probat. libr. 22. §. tit. 1. quem citat. Pau-
 lus Iuriscons. in l. in summa, l. 2. §. idem La-
 beo ait cum queritur, de aqua plu. arc. libr. 39.
 §. tit. 3. Quanquam tamē in sensibus certior
 sit scientia, quæ ex visu habetur, quàm quæ
 reliquis sensibus, ibi notat glos. vt non im-
 merito infidelitas S. Thomæ, de resurre-
 ctione Christi conuincatur ex visu, *quia vi-*
disti, inquit Deus, *me Thoma, credidisti*, &c.
 in Euang. D. Ioan. cap. 20. g. Et certior au-
 ditus tactu, vt Isaac deceptus tactu Iacob,
 cuius tamen vocem agnouit Genes. cap. 27.
 Certior autem auditu visus, vt testes de vi-
 su deponentes maximè probentur. vt nota-
 tur in §. si verò absunt, de hæredib. & falc.
 in Authen. coll. 1. tit. 1. Et veritas magis ocu-
 lata fide, quam per aures animis hominum
 infigitur, vt scribit Iustinian. in §. hæcte-
 nus, de grat. cognat. libr. 3. Instit. tit. 6.

Scien

Scientiam & cognitionem in vniuersum dupliciter consideramus : alia namq; constat ratione & visu : alia fide & testimonio. Quæ constat ratione & visu, iuuenit, concipit, intellecta construit, & constructis utitur: quæ verò fide & testimonio, non iuuenit, sed concipit intellecta : non construit, sed constructis utitur. Illa natura prior, certiorq; , scrupuliosior tamen quam, quia laboriosa, possident pauci. Hæc natura posterior, incertiorque, securior tamen, & quia facilior, pluribus inest. Prima, scilicet, quæ sensu & ratione constat, demonstratiua largitur, facultas in philosophia nominata: secunda, legis allegoricum tribuit sensum, quæ Hebraicè Cabala dicitur, id est, receptio, quia aliunde fides recipitur. Et ita scribit Paulus Licius Israëlita. li. de triplici doctrina. ordi.

- 35 Prædestinationem esse scientiam Dei, probat finitio prædestinationis, de qua latè Magister sententiarum, & eius commentaria in lib. 1. 40. d. a. *Prædestinatio, inquit, est gratiæ & gloriæ preparatio, cum præscientia.* Omnis namq; prædestinatio est præscientia Dei, non contra. Nam hæc est scientia Dei, quantum ad spirituales effectus, vt etiã reprobatio, quemadmodum scribit D. Augusti. li. de prædest. sancto. Sed latius explicata

cata hæc se offerunt ex lectione. Differt autem præscientia à prædestinatione, quod præscientiæ verbum suo significatu non importat voluntatis actum: sicuti hæc dictio prædestinatio, & quia videmus in nobis actum voluntatis sequi actum intellectus, & scientiam præcedere providentiam, sic dicimus præscientiam Dei præcedere prædestinationem. Quamobrem in prædestinatione includuntur præscientia & providentia, ut superiora, & electio, ut concomitans. Et consequentia, quæ sunt vocatio, iustificatio, & glorificatio, quæ ordinata se habent, sicut dicimus, præscientiam, providentiam, & prædestinationem. Vocatio autem est non quælibet, sed ea quæ secundum propositum voluntatis Dei. ad Rom. 9. Nam non omnis vocatus electus est, multi enim sunt vocati, pauci verò electi. Math. 10. Iustificationem suæ gratiæ collectionem, intelligimus, ex qua sequitur peccatorum remissio. Hinc postea continuatio gratiæ, postmodum glorificatio, vitæ æternæ collatio, quæ est terminus prædestinationis. In reprobatione autem non tot includuntur, sed præscientia simplex & absoluta, & providentia tanquam superior, postmodum permissio cadendi in peccatum, postremò deputatio ad pœnam æternam, quæ

quæ est reprobationis terminus. Notandum tamen prioritates has, de quibus mentionem habuimus & ordinem, minimè in Deo esse, sed secundum nos & secundum nostrum modum intelligendi: omnia enim Deus à sua & in sua æternitate, vnico actu semper, & eodem modo permanente præsciuit. Et quia præsciuit ab æterno quosdã angelos & homines non accepturos gratiam oblatam, ideo & damnationis pœnas pro reprobis posuit. Non tamen quia Deus præsciuit quosdam damnandos, ideo necessitate illius præscientiæ damnantur, sed ex suppositione, quia se à gratia subtrahere deberent, ideo præsciuit, & ideo damnandi: sicuti non ideo Iudas se suspendit laqueo, & Dominum suum & nostrum prodidit, quia prophetizatum est, sed quia ita factum iri præuisum, prophetatum est. Est enim illa Dei præscientia prædestinationis bonorum & malorum, nihil adferens necessitatis ipsi, sed quia ipsi tales futurum est esse, ideo præsciuit. Nec hic loquimur de præscientia Dei, quæ præcedit ipsas res vt causa, nam illa adfert effectus necessitatem, vt quia Deus præsciuit fieri lucem, dixit & facta est, sed de illa quæ sequitur res ipsas, secundum quod iam habent esse creatum in semetipsis. Et hæc hætenus de præscientia

& prædestinatione, prout exigit cognitionis nostræ principium, de quibus qui plenius scrutari velit, & superiora probata videre, consulat Vignesium in Institutio. theologi. cap. 2. tit. de mysterio incarnat. artic. 8. & sequentia Catharinum Politum, libro de præscientia. Dei per totum lib. . & lib. 1. de eximia prædestin. Christi, & librum primū Magistri Sentent. dist. 40. cum scribentib. in eam, & D. Damascenum lib. 2. de Orth. fid. cap. 30.

De appetitu & voluntate.

C A P. 42.

Aliud nobis generale principium sese offert, quod videtur vique ad eò necessarium vt illo non considerato, omnia velut cæca, & absque serie continuationis & perseverationis, breui tempore collapsura sint. Cum enim res omnes, quibusdam cōtrariis composita & temperata sint, quæ potius ad dissolutionem & interitum perducunt, operpretium fuit velut gluten quoddā, aliquid adiici, quo contrarietas illa à lapsu conservaretur & perseverantiæ & durationi iungeretur, quòue obnoxiiis declinatis, ad ea quæ conducunt cuiusque rei naturā moveretur. Sic omne desiderium naturale, cum ad essen

tiam dirigatur, nunquam malum esse potest
 et si alteri eo nocetur: sic quod lupus mor-
 tē ouis desideret natura, ouis lupi cōspectū
 fugiat, quod ignis qui præualet, aquam ex-
 siccat, aqua præualens ignem extinguat, ac-
 cidit, desiderio conseruandæ speciei pro-
 priæ. Non enim odio ouis lupus eius necem
 desiderat, sed vt inde nutriatur & sui desi-
 derio: quod in reliquis docere facile erit.
 Neque vllum mundi membrum, aliud na-
 tura propria odit, vt docuit Marsil. Ficinus
 cōmentario in Cōuiuium Platonis Orat. 3.
 cap. 4. Et longè ante eum Diog. Laertius
 De vita Philosophorum lib. 7. in Zenone
 scribit ex Chrisippo, libro primo de Fini-
 bus, primum proprium cuique animanti sui
 ipsius fuisse commendationem, huiusque
 συνείδησιν, id est, cognitionē, neq; fas fuisse
 animal quodcunque sibi alienum fuisse, ne-
 que sibi fuisse propinquum, quod in reliquis
 existimandum est. Hoc desiderium natura-
 le, & interdum contra naturam, nominamus
 generali nomine latinè, appetitum, vel im-
 petum naturalem. Græci nominant ὄρεξις.
 sed melius ὄρμην. Hebræi תאוה
 chephetz thesē ka thaeuah. Et Cicero 5. de
 Finibus scribit appetitum animi ὄρμην dictū
 fuisse à Græcis, eadem idem lib. 2. Officio,
 & alibi.

Quid res.

Appetitus ita definietur, vt sit incitatio³ vel impetus quidam promanans à naturali facultate, cuius vi vel aliunde, vel à se, res ad aliquid excitatur. Et Arius in Eucharistia Epicteti capit. 5. scribit, *Memento appetitus esse promissionem, Et assequaris quod appetitus: declinationis autem promissionem, Et in id non incidas quod declinas.* Per impetum *ἐπιθυμῶ* significo: verum quid sit quod moueat ita naturam, ignorare nos ingenue fatemur, sicuti & Cicero lib. 5. de Finib. semper ignoratum fuisse tradit etiam à doctioribus philosophis, Christiana tamen veritate nouimus, illud esse, quicquid sit, à Deo opifice datum. Et illam Dei legem & prouidentiam, de qua Virgil.

Mēs agit molē, Et magno se corpore miscet:

Hinc pecudum Volucrumque genus, Et c.

Quod autem appetitus impellat, exēplo nostrę naturę humanę docet Cicero, lib. 1. of. *Cogitatio, inquit, in Vero exquirendo maxime Versatur: appetitus impellit ad agendum. curandum est igitur, Et cogitatione ad res quam optimas Etiamur, appetitum rationi obedientem praebeamus.* His ferè similia D. Ambrosius scribit primo libro Offic. cap. 22. *Sunt gemini, inquit, motus animae, cogitationis Et appetitus: cogitatio exquirat, appetitus ad a-*

liquid impellit agendum, & incitat. Et Nemesius episcopus & Philosophus libro περι φύσεως ἀνθρώπου I. de Nat. ho. c. 16. sic scribit ἀριστοτέλης δὲ καὶ μέγας εἶναι λίγος καὶ δύναμις, τὸ ἀλόγος, καὶ διακεῖται εἰς δύο, ὡς ἔραμιν. καλεῖ δὲ ταῦτα κινῶς, καὶ ὀρεκτικῶν: πάντα δὲ ἔστιν καὶ ὁ καθ' ὁρμὴν κινήσεις. ἢ γὰρ ὁρμῆς κινήσεις ἔστι ἀρχὴ, ὀρεκτικὰ γὰρ τὰ ἴσα ἐπιτίθεται καθ' ὁρμὴν αὐτὰ κινήσει. I. Aristoteles irrationale, & partem esse dicit & facultatem: & diuidit in partes duas, & diximus, quæ communi nomine appetitus nominantur. Ad quem pertinet etiam motus quo per se animalia sequendi aliquid, & sitandi gratia incitantur: appetitus namque est motus principium. Nam simul & appetierint animalia, per se ad motum, persequendi causa feruntur. Qui locus videtur transumptus ex lib. Aristotelis de communi animalium motione: Animal, inquit, appetitio mouet, quæ ipsa etiam si moueatur, non tamen per locum mouetur. Et postea. Animal enim motu agitur & ingreditur, & appetitione, & optione, alteratione tamen aliqua facta per visum aut sensum. Qui intelligit, quodammodo in actionem nunc incumbit nunc non incumbit & mouetur, nunc non mouetur. Docet & ibi mouere appetitum animal, & appetitum ab alio per sensum vel visum moueri. Forfan etiam Gale-
nus

nus idem voluit in Isagogi. & lib. de Finitio.
mundi. cum scribit appetitum esse deside-
rium & inquisitionem.

Quibusdam etiam placuit, appetitum du- 4
plicem actum habere, vnum immanentem,
qui est alium appetere: alium transeuntem,
qui est mouere, vt scribit etiam Aristotel. 3.
de Anima cap. & idem lib. de Motio. com-
muni animal. tueretur potentiam motinam
animalis esse appetitum, cui subscribit Ga-
lenus tomo 7. in commentar. in Aphorism.
Hippocr. lib. 6. Aphorif. 39. & lib. 4. Aph. 15
motum musculorū ex appetitu animali fieri.
Eadem scribit alibi libro de Ossib. cap. 1.
& Lucretius id persequitur, lib. 2. de rerum
Natural. a versu 261. incipiens.

*Nā dubio procul, his rebus sua cuiq; solūtas
Principium dat, & hinc motus per mem-
bra rigantur.*

*Nonne Sides, etiā patefactis iēpore puncto
Carceribus, non posse tamen prorumpere
equorum*

*Vim cupidam, tam de subito quam mens
auet ipsa.*

*Omnis enim totum per corpus materiai
Copia conquiri debet, concita per artus
Omnes, & studium mentis cōuexa sequatur
Vt Sideas initiū motus a corde creati,
Ex animiq; soluntate id procedere primū:*

*Inde dari porrò per totum corpus & artus,
Et paulò pòst,*

*Tam ne Sides igitur, quanquam Suis extrema
multos*

*Pellat, & inuitos cogat procedere saepe,
Pracipitesque rapit, tamex esse in pectore
nostro*

*Quiddam. q. còtrà pugnare obstareq; possit,
Cuius ad arbitrium quoq; copia materia,
Cogitur interdù flecti per mebra, per artus,
Et proiecta refrenatur retroq; residit.*

*Quare in seminibus idem quoque fateare
necesse est,*

*Esse aliam prater plagas & pòdera causam
Motibus Sende hac ollis innata potestas,
De nihilo quoniam fieri nil posse Sidemus.
Et paulò pòst,*

*Id facit exiguum clinamen principiorum
Nec regione loci certa, nectèpore certo, &c.*

5 Libro 4. Syntaxe on cap. 6. iam diuisionem
& sectionem dedimus appetitus, cuius sum
ma capita paucis nunc explico. In primis
Galenus tom. 1. lib. 4. de Hippocrat. & Plato.
Decret. appetitum in irrationalem, & ratio-
nalem diuidit, atque tribus è causis moueri
ait, vel ab ira vel cupiditate, quæ irrationa-
bilia vocat, vel à ratione, vnde voluntatè ori-
ri scribit. Aristot. etiã lib. 1. Magno. Moral.
appetitus tres ponit partes, cupiditatem, fu-
rorem

rorem, voluntatem. Alibi eadem refert li. de communi animal. motio. & quod dixerat furorem, nominat iram: quia & ira furor brevis est: Aristot. lib. 1. Rethori. ad Theodor. cap. 10. & lib. 3. de Anima cap. 10. dividit appetitus, in rationales & irracionales. Rationalem diffiniens, lib. de Natur. homin. cap. 15. & 16. voluntatem cum ratione, irracionalem iram & cupiditatem. Scribit eadem Nemesius.

Communis itaque appellatio appetitus est, rationalibus & irrationalibus. Sed in rationalibus dicitur, voluntas & propositum. Propositum porrò differt à voluntate. Quòd voluntas est finis & quod desideramus, vt volumus sani fieri, & immortales, & huiusmodi. Propositum autem tendit ad finem, vt deambulemus vt sani simus, neque omne quod volumus deligimus, quòd autem proponimus eligimus. Et ideo quædã tenacior videtur voluntas, vt latè hæc discutit, & docet Aristoteles lib. 1. Magno. Moral. ca. 18. Ideo Græci propriè propositū dicunt *επιπονη* & *προσπειρο* v. scopus definitū & electionem: intentionem nempe voluntatis. Et iurisperiti propositum accipere videntur pro eo quod deliberatè & ex animi consilio & determinatione est, non ita voluntatem simplicem existimantes. Propositum itaque in

criminibus & delictis latronum, Marcellus
 Iurifconsultus, in l. respiciendum, l. ii. §. fin.
 de pœn. lib. 48. π. tit. 13. ex factione præce-
 dente, id est, determinatione & scopo electo
 delinquendi constituit, intentionem dicere,
 forsitan propositum possumus: sic ex volun-
 tate oritur intētio, & electio propositi, pet-
 quam ad finem desideratam, nempe perue-
 nire nitimur. Ita enim differre puto volun-
 tatē, intentionem, & finem. De quorum ta-
 men differentiis tractatur melius in sacris
 sententiis patrum Petri Lombardi lib. 2. de
 distinct. 38. litera f. & g. & ibi per commen-
 tatores. Annotavit etiam Franciscus de Sil-
 uestris in commentariis ad cap. 26. lib. 3.
 diui Thom. Summę contra gentiles volun-
 tati inesse, vt sit appetitus, quo cum aliis con-
 ueniat, sed proprium habere, vt consequatur
 intellectum, in quo ab aliarum rerum ap-
 petitu differt. Nam appetitus naturalis, for-
 mā naturalem cōsequitur, sic sensitiuus sen-
 sitiuam, intellectualis per consequens intel-
 lectualē, qui voluntas dicitur. Quamobrem
 & diuus Athanasius lib. de diffinitionib. de-
 finit voluntatem: *Voluntas, inquit, est intel-*
ligentis & rationalis substantiæ appetitus, ad
id quod animum suauiter afficit. Nam qui-
quid intelligit, consistit id voluntate duci. sic
 βίλημα Græcis, ex διὰ πάλιν, à valde curren-
 do,

do, vel à *δίλη τὸ δόγμα*, ab apprehendo, quod approbat, eique placet: & Marsilius Ficinus in argumēto in Menonē Platonis, sic describit vires appetiux animæ: voluntatis, inquit actus est, appetere quæ mens & ratio porrigit: irascibilis, aggredi quæ ratio & phantasia proponit: composibilis actus, adsciscere quæ phantasia sensusq; obiiciunt. Speusippus etiã, li. de finit. Plat. *Voluntas est appetitus, secundū rationē rectā affectus: rationalis affectus cum ratione, secundum naturam tendens.* Sic Damascenus lib. 2. de Orthod. fide cap. 22. etiam definit τὸ δόγμα. At voluntatem Stoici, quàm vocāt βόλησις, quamque putant in solo esse sapiente, sic definiūt teste Cicerone, lib. 4. Tusculan. quæstion. *Voluntas est, quæ quid cum ratione desiderat. Quæ autem aduersus rationem incitata est vehementius, ea libido est, vel cupiditas effrenata, quæ in omnibus stultis inuenitur.* Diuus autem Augustinus, lib. 1. retractatio. & in can. 1. 15. quæst. 1. in Decret. Grat. 2. part. dicit voluntatem, esse animi motum ad aliquid imitandum, vel non imitandum. Damascenus etiam, De duab. Christi voluntatibus vtramque approbat: & addit, *Voluntatem esse liberum animi & mētis imperantis motum.* Quamobrem dicemus appetitū intellectiuium, vel rationalem, esse inclina-

tionem sequentem apprehensionem seu iudicium intellectus: fidem & eius rei facit locus vbi constituunt antiqui potissimam rationis & mentis sedem, nempe caput, in cuius cerebro etiam sedem posuerunt voluntatis, sicuti & Galenus, lib. De ossib. cap. 2. vnum esse genus neruorum dicit, quod ex cerebro, dorsive medulla nascantur, qui voluntarij motus authores, vel potius instrumenta dicuntur, quanquam & alij constituât sedem in corde. Et D. Bernardus, lib. de Interiori domo cap. 8. *Voluntas, inquit, hominis, nihil aliud est, quam proles mentis.*

- 7 Obiectum appetitus, voluntatis, vel sensus, est bonum vel malum, vt ait D. Thomas, prima quæstion. 20. artic. 1. Sed diuersimodè. Bonum enim, obiectum principalis & per se: malum autem secundario & per aliud, in quantum dependet & opponitur bono. Eadem est enim potentia oppositorum, sicut visus, visibilis, & non visibilis: auditus, audibile & non audibile, vt etiam scribit Aristot. 2. de Anima, sed vnus per se, alterius per accidens. Scribit & idem D. Thomas, lib. 1. contra Gentes cap. 90. bonum & malum apprehensum esse obiectum appetitus intellectiui simpliciter, esseque secundum voluntatem: sensitium autem secundum sensum. Cæterum notandum erit

in homine, duas esse quæ ad hanc rem pertineant facultates, naturalem, animale, vel sensualem, nempe iram & concupiscentiam reperiri cum rationali. Cæterum voluntas, quæ est motus rationalis sensui præsidens & 8 appetitui, habet quocumque se vertere voluerit, rationem comitem quodammodo pedissequam, non quod semper ex ratione, sed quod nunquam absque moueatur: ita ut nulla faciat per ipsam contra ipsam, hoc est, quasi per eius ministerium, contra eius consilium seu iudicium. Est autem data ratio voluntati ut instruat, non ut destruat, ut scribit D. Bernardus Tract. de gratia & lib. arbit. Sed audiamus etiam hac de re plenius disputantem D. Ambrosium lib. 1. de Vocatio. Gentil. ca. 2. his verbis, *Omni anima humana voluntas qualiscunque datur, quæ vel appetitur quod placet, vel declinatur quod displicet.* Motus huic voluntati ex prima præuaricatione priorum parentum est infirmus. Atque voluntatis duo sunt genera 9 naturaliter. Nam voluntas vel sensualis seu animalis, vel rationalis est: sed cum adest gratia Dei, accedit tertium genus, ut alia sit spiritalis, quæ motu suo supernæ rationis lege diiudicat omnes affectus vndecumque nascentes. Sensualis voluntas, quæ & carnalis (hoc est, quæ appetitum carnis sequitur)

tur) non erigitur supra eum motum, qui de corporis sensibus nascitur, qualis est, in animis paruulorum, qui licet adhuc nulla ratione vtantur, ostendunt tamen se aliquid velle vel nolle, cum videndo, odorando, gustando, sentiendo, & ea quibus delectantur amant, & quibus offenduntur, oderunt, amare autem velle est, odisse, nolle. Habent igitur illi voluntatem, sed non rationalem, & quandiu homini ea placent quæ Deo displicent, illa voluntas est animalis, quia etiam si in bonis moribus viuat, tamen Deo non viuunt
 10 sed sibi. Notandum etiam est, voluntatem hominis mutabilem esse, quãdiu in hoc corpore versatur vicissitudini obnoxio: quia voluntatis actus est inter potentiam & obiectum. Quamobrem immutatio voluntatis potest intelligi per modum affectus, vel ex parte voluntatis, vel ex parte obiecti. Ex parte voluntatis, illud mutare potest voluntatem, quod illam operatur, intra ipsam, actũ voluntatis causando: ex parte autem obiecti cum obiectum mouet voluntatem extrinsecè mouens voluntatem indirectè. Et hoc annotauit D. Thomas, in quæst. de veritate 22. artic. 9. Quod tamen annotandum dixi, eatenus verum, quandiu homo viuunt in hoc præsentis vitæ curriculo corruptioni, & mutationi obnoxius. Nã vt doctè probat idem
 diuus

D. Thomas li. 4. Summæ cōtra gētiles cap. 92. piorum & sanctorū animæ, post mortem mutare voluntatem nequeunt à bono in malum. Docet & cap. 93. eius libri, nec damnatorum animas mutare posse voluntatem à malo in bonum. Et cap. 94. pariter immutabilem voluntatem earum quæ in igne purgatorio ad scelera & macularum expiationem torquentur. Deinceps cap. 95. generaliter docet, omnibus animabus separatim à corpore, immobilem remanere voluntatem, & eius statum in quo repertæ sunt, dū separatae ab ergastulo corporis fuerūt. Quapropter nostri Iurisperiti mutationem voluntatis extendunt, vt sit ambulatoria vsq; ad mortem. Vlpian. in lib. 4. de adiment. legat. lib. 34. ꝑ. tit. 4. & in l. fidecommis̄sa. l. 11. §. si fidecommis̄sum, de legat. 3. lib. 32. ꝑ. tit. 1. cū similib. ibi à glo. nota. Et ideo Constantinus Cæsar in lib. 1. de Sacrosanct. Eccles. lib. 1. C. tit. 5. scribit homines post supremum vitæ diem, aliud velle non habere: neque quod in vita licitum est, post mortem redire arbitrium. Idque docet pluribus Thomas argumētis, quorum quedam subiecio, quia hoc dignum cognitu videatur.

1. **Q**uandiu anima mutare voluntatem potest, est in statu militiæ & pugnæ. vt bonum persequatur: malum autem declinet, vel vt enita-

enitamur ab eo liberari. Porro dum à corpore soluta est anima, non eo statu pugnae insistit, sed recipere parata est, prout gessit vel præmium vel pœnâ: frustra igitur mutationem post mortem experiretur voluntatis.

2. Præmium vel visio Dei bonis, item peccatoribus pœna, perpetuò durabit & perseverabit: non poterit igitur malis in bonum à malo mutari, nec bonis à bono in malum. Nam sequeretur, & mutari pœnam, & præmium, nec fore perpetuam.

3. Creatura quæ in hac via vitæ ad felicitatem desiderat esse beata, dum felicitatè adepta est, non potest non velle esse beata. Præterea quia illa sibi sufficit, nihil aliud quærit, vel vult: est igitur voluntas immutabilis.

4. Malū cōmittitur errore, dū quis illud bonum putat. Cæterum felix nō potest errare, quia dum veritatis ipsius intuitu & fruitione felix sit, Dei inquam, quid erroris potest in illum cadere? ergo nec in malū mutari voluntas.

5. Quod mouetur ab altero in aliud, id accidit ob non consecutum finem, ad quem properat: sed anima cum separatur, attingit finem suum: ergo non amplius mouetur.

6. Mala voluntas non potest mutari in bonum

num nisi gratia Dei: at damnati omnino a gratia Dei excluduntur: ergo immutabiles.

Quamobrem quia boni, bono fini, Deo inquam inhæserunt, & tales moriendo reperti sunt, non & mali malo, quia talia elegerunt, in tali statu permanent. Et quia animæ eorū, qui purgationi demādatæ sunt, similes sunt beatis, nisi quia nondum perfectè eluerunt contractas maculas, electione tamen boni statu simili compertæ in solutione animæ, immutabiles in bono remanēt, quo tamen non fruuntur, donec navi & maculæ supplicio, vel pœna temporaria, quādiu & ubi Deo placuerit, ex eiusdem præscripto puritati condignæ restituātur. Concludimus igitur eandem voluntatem siue bonam, siue malam animabus immutabilem remanere, quam secum à momento solutionis habuerunt, & malis illam malam voluntatem semper pro supplicio & pœna adfuturam & cumulandam illis in pœnam, sicut & bonis erit ad perfectionem gloriæ: & hæc materia tractatur latius à Magistro Sententiarum, lib. 4. 50. distinct. artic. 1. & ibi per omnes interpretes eius fusius, quos qui plura voluerit videre, poterit consulere.

Cæterum considerandum est, aliquo modo bonam voluntatem considerari in damnatis & dæmonibus, in quantum ea naturalis

12

lis

lis. Siquidem Theologi duobus modis considerant voluntatem, nempe naturalem & deliberatiuam, & vtraque secundum diuum Thom. in 4. Sentent. distinct. 50. quæst. 2. art. 1. quæstio. 1. in damnatis consideratur. Naturalis quæ bona in eis esse potest, secundum speciem actu aliquos modo. Sed voluntas deliberatiua in eis esse bona non potest. Atque voluntas naturalis semper bona est, quamobrem & de hac voluntate naturali recipiuntur rationes Scoti, in 2. secundæ, distinctio. 7. quibus probat damnatos & demones posse bona velle, quia secundum pura naturalia possunt quidem bona velle, sed naturalis inclinatio eorum corrumpitur per malitiam: quia bonum quidem desiderant, sed cum quibusdam malis circumstantiis appetunt, & bono actu abutuntur in malum, vt scribit D. Thomas, in 1. quæstio. 64. art. 2. ad Quintum.

- 13 ∞ Angelica voluntas, est potentia naturalis ab essentia angeli fluens, qua inclinatur ad bonum prosequendum, & ad malum fugiendum, prout eidem per eius intellectum proponitur, vt scribit D. Thomas 1. par. quæst. 59. Et hæc voluntas est ei concreta vel creata, non subsistens, sed accidens. Vnde & notandum, quod intellectus & voluntas angeli quæ illi insunt, non sunt substantia angeli, in

Deo contrā. Dei voluntas summa lux dicta est à Cicerone lib. 2. de legib. in Deo voluntas & velle, idem est, quod esse Dei: cum enim nihil sit in deo, quod non sit Deus quia accidentia non patitur, sed omnia in eo substantialia sunt, quæ ei insunt, voluntas eius non erit motus vel affectus, sed diuina substantia. Ideoque & vna, & inuincibilis & omnipotens: nam omnia quæcunque voluit fecit in cælo & in terra, Psal. 113. nec voluntati eius resistere quis potest, diuus Paulus ad Roman. cap. 9. & Genes. cap. fin. c. vers. 19. Sic omnes Theologi resoluunt voluntatem beneplaciti Dei esse immutabilem: præcipuè D. Thomas in 1. parte summæ quæstio. 19. art. 7. Scotus in 1. distinct. 46. Alexâder, de Ales in tertio par. summæ tract. de lege æterna quæst. 5. D. Bonauentura in 1. distinct. quæst. 46. Nam hæc voluntas Dei vocatur apud eosdem bene placitum, siue dispositio Dei, & propriè voluntas eius, & essentia Dei. Cæterum non ideo existimandum est, omne quodcunque velit Deus, esse essentiam eius: sicut, quanquam Deus sciat omnia, & scientia sua sit essentia sua: non ideo tamen est omnia quæ sit. Aliud est enim voluntas, aliud quod volitum est, sicuti aliud scientia, aliud quod scitur. Rursus sciendum est, hæc voluntatem quæ beneplaciti dicitur, dici ab

solutam Dei voluntatem. Aliam autem conditionatam. Neque hic quoque intelligendum est, in Deo, qui vnus est & immutabilis impartibilisque, ideo esse duas voluntates constat, vnica namque illi inest, sed quod illa interdum absolute & proprie accipiat, & interdum ratione affectuum diuersorum, diuersa nomina accipiat, dum illa voluntas nobis manifestatur, & proponitur conditionabiliter, si velimus quæ Deus nobis proponit sequi. Hinc præceptum, consilium, prohibitio, permissio, & operatio.

Neque existimandum est ea omnia quæ vult ita per hæc signa suæ voluntatis (vnde dicitur voluntas signi) eum velle absolute perfici: sed ad alia quam ad implementum eius quod sonare videntur ob imbecillitatem nostræ humanæ comprehensionis referri, veluti iussit Deus Abraham, vt filium suum immolaret, vt non mactaret, sed vt fidem eius probaret Genes. cap. 22. Erat illa voluntas conditionata, sed non conditionaliter expressa in iussione, sed in mente diuina, quæ non omnia nobis patefacit. Sic dominus Deus Iesus Christus Mar. 1. prohibuit; Sanato ne cui dice prædicauit tamen is beneficiū receptum nec improbat Deus. Nam illud præceptum alio tendebat, vt daretur exemplum declinandi huma-

humanam laudem. Vult etiam Deus omnes homines saluos fieri, vt scribit D. Paulus, primo ad Timotheum capite secundo, vult, scilicet, per media legitima, & si illi amplectantur ea, per quæ saluamur. Nā impios nō vult vbiq; saluari, nisi resipiscāt. Nā contra Dei essentiam & puritatem esset, contra iustitiam, immundos & minimè purgatos & qui respuunt & contemnunt gratiam Dei, saluari: ideóque conditionaliter vult, modò accommodato, vt tractāt scholastici Theologi in 1. Sententiar. distinct. 45. § 46. videlicet Nicolaus Liranus super epistol. ad Rom. 5. cap. Beatus Thomas in 1. parte summæ quæst. 19. Ricardus, in 1. dist. 46. & ibi D. Bonauentura art. 1. quæst. 1. diuus Augustinus in. Enchirid. ad Laurent. cap. 103. & 104. Sic & intelliguntur loca illa scripturæ, Matthæi 23. & Lucae 19. *Ierusalem, quoties volui congregare filios tuos & noluisisti.* Et alibi: *Si solueritis mandata mea seruare &c.* Et iurisperiti etiam vocationē generalem ad ordines dignitatum intelligūt semper ex rei natura conditione illa seruata, si idonei, & si se capaces eorum reddiderint. in l. vt gradatim, de muneribus lib. in 2. Hinc consequitur illa distinctio nostræ diuisionis ex Quinto Septimio Tertulliano lib. de exhortatio. castitatis, qui dupliciter

voluntatem considerat. Nempe permissiuè
 vt pote ex alia causa pendentem, & absolu-
 tam. Quod & scribit D. Ioannes Damasce-
 15 nus lib. 2. de Orthodo. fid. cap. fin. Diffe-
 rentiam autem inter voluntatem Dei & ho-
 minis, ex pluribus vnam annotato ex diuo
 Thoma libro 1. con. Gent. cap. 32. Aliter
 inquit dicitur voluntas nostra, nempe ad
 vtrumlibet, aliter voluntas diuina. Nam vo-
 luntas nostra ad vtrumlibet se habet respe-
 ctu aliquorum, & quia ad illam necessariam
 habitudinem non habet quòd sit in potentia
 ad volendum vtrumlibet oppositorum,
 aliquando neutrum illorum actu volens: vo-
 luntas autem Dei ad vtrumlibet se habet,
 ratione primi tantum, quia videlicet neces-
 sariam habitudinem habet, seu ea quæ vult,
 & semper est actu. Aliã ponit D. Damasce-
 nus, lib. 2. de Orthod. fide cap. 2. *ὅτι ὁ θεὸς
 θεὸς βούλησιν μὴ λόγῳ μὲν, προαίρεσιν δὲ κυρίως ἐκ
 λόγῳ μὲν: ὁ γὰρ βούληται ὁ θεὸς ἀγνοίας γὰρ ἔστι
 τὸ βούλησθαι, πρὶ γὰρ τῷ γινώσκῳ μὲν ὁ θεὸς ἐβ-
 λήνεται: εἰ δὲ βούλη ἀγνοῖαι, πρότις ἢ προαί-
 ρεις: ὁ δὲ θεὸς πάντα εἰδὼς ἀπλῶς, &c.* Quod in
 Deo voluntatem quidem proprie esse dicimus
 electionem autem non dicimus. Non enim
 consultat Deus. Ignorantia enim, est consul-
 tare. De eo autem quod cognoscitur, consultat
 nempe: si autem consilium ob ignorantiam est,
 omnino est electio. Deus autē simpliciter om-

nia sciens, profecto non consultat. Notandū tamen ne quis dici piatur in Christo Domino nostro, cum is sit perfectus Deus, perfectus homo, homo, ex duabus naturis diuina & humana constans, inesse & cōsiderari etiam duas voluntates: vnā diuinā, alterā humanā, non tamen coinquinatam peccatorum sordibus, vt in nobis. Qua in re lapsi sunt Monothetæ dicti hæretici, qui vnicam tantum posuerūt voluntatem in Deo Christo. Quæ hæresis cepit à Georgio quodam patriarcha Constantinopolitano, Machario, Paulo & Pyrrho. Confutata & subuersa Synodo coacta à Cōstantino centum quinquaginta Episcoporum sub Agathone Papa & damnata, vt scribit P. Diaconus lib. 6. de gest. Lōgobardorum. Hunc Georgium vocat Sergium Damascenus, in lib. de hæresib. quem cōfirmatorem hæresis illius dicit, inuentorem autem Cyrum Alexandrinum. Scripsit & D. Damascenus eximium tractatum, vbi errores improbat, cui titulus de duabus Christi voluntatibus, & in lib. 2. de Orthodoxa fid. cap. 72 demonstrat in Deo Christo, quia duæ naturæ differentes sunt, & esse duas voluntates. Porrò quia vna est hypostasis vnaque persona, non est nisi vnum volens, vna voluntas, vnum voluntate eius affectatum, vnaque sententia, humana scili-

cet ipsius sequente diuinam voluntatem, & eadem volente, quæ diuina voluntas ipsius vult ipsam velle, docet etiam latius idem Damascenus lib. 3. de Orthod. fid. toto ca. 3. Et vtramque voluntatem se habere Deus Dominus noster Iesus Christus expressit Math. 27. dum dixit patri, de calice suæ pretiosissimæ passionis, *Seruntamen non sicut ergo Solo, vt homo, sed sicut tu. Sis fiat, Lucæ 22. & Pater, non mea, sed tua voluntas fiat.*

- 17 Fuit & alia hac in parte hæresis Euticis & sequacium, qui tertium quiddam mixtum dicebant in Christo, & vnicam tantum esse naturam, & vnicam voluntatem, vt refert & latè improbat D. Damascenus lib. 3. de Orthodoxa fide cap. 3. & lib. de hæresib. & D. Augustinus, in simili lib. de hæresib. Ad quod vult Deum. Et diuus Paulus vtramque separatim naturam in Christo esse nempe & diuinam & humanam, docet, ad Philippen. cap. 2. *Cum in forma,* inquit, *Dei esset, formam serui assumpsit.* Et D. Vigilius Episcopus Tridentinus lib. 1. contra Eutichum, scribit Nestorij errorē fuisse, extitisse duos Christos, vnum verum Deum, alterum, verum hominem. Et alibi lib. 2. scribit, Eutichum & duos Apollinarios in Christo vnam tantum arbitratos naturam: Manicheū autem

tem dum solū ad miracula Christi respexit, noluisse eum hominem fuisse, confiteri. Cui contrarius Fotinus alius hæreticus, dum nimium in eo corporis nostri naturam considerat, Deum Christum fuisse impiissimè negavit: vterque sic errans, ille vt seminet virtutes, hic vt virtutes repleat: ille deitatis, iste humanitatis præconia allegat: illum maiestas nominis ab humanitatis professione reuocat: istum humilitas, inuidias quas Deo cernit indignas, in hominis tantum confessionem retractat: illum miracula auocant, istum passionem retardant. Lapsi vtrique, quia vt diximus in vna hypostasi Christus verus Deus & homo est. Sed de his hætenus.

Sequitur pauca dicamus de appetitu naturali. Appetitus naturalis, vt scribitur à D. Thoma 1. Part. quæst. 60. art. 1. dupliciter sumitur. Primo, vt distinguitur ab appetitu sequente cognitionem: alio modo, vt distinguitur ab appetitu libero. Primus modus ordinat naturæ ordinem ad aliquid, neque aliud exprimit, quam rei formam cum habitudine naturali, ad aliquod: veluti appetitus rei grauis ad locum deorsum, nihil aliud est quam forma grauitatis, cum habitudine ad locum deorsum, & se habet tanquam actus primus. Hoc modo quælibet

potentia appetit sibi conueniens, vt idem in 1. quæstione 78. art. 1. & 3. Thomas scribit. Secundo modo appetitus est actus elicited sequens cognitionem, ita tamē ad vnum oppositorum determinatus, vt ad alterum flecti non possit, sicut omnes naturaliter appetunt beatitudinem actu elicito à voluntate sequente beatitudinis apprehensionem. Sed de primo agamus naturali appetitu, quem dicimus communem esse & animatis & inanimatis. Quia vt diximus in principio finitionis appetitus, appetitus est initium motus.

19 Porro rebus omnibus motus quidā naturalis inest proprius, & per consequens appetitus. Sic terra & omne graue natura mouetur deorsum: omne autem leue, sursum, mouetur ferrum ad magnetē, nisi oleo oblitus sit: Paleæ ac fastuæ trahuntur à succino, gagate, adamante, quæ omnia ferè genera felfucarum attrahunt, dempto ocynio, quod basilicum dicunt, vt scribit Leuinius Lemnius lib. 4. de occult. natu. miracul. cap. 10. Scribit eadem de vna specie magnetis & ferri attractione Plinius, libro trigesimo sexto, capite decimo sexto vbi agit de quinque speciebus manetis. Et lib. trigesimo septimo cap. 3. de Succino & magnete sic scribit. Cæterum attritu digitorum, accepta caloris anima

nima trahunt in se paleas, ac folia arida, ac phylira, id est, tenues arborum inter cortices membranulas, vt magnes lapis, ferrum. Est & appetitus, & desiderium quoddam etiam venereum inter plantas, sicuti in palmis elucet: scemina namq; ad maris veluti osculum se inclinat, & appetitu tactus sanata, vegetior euadit, vt ait Leontinus Græcus author ex Georgicis Florentini, & Geoponicis Magonis Carthaginiensis & Mizaldus libro secundo Arcanorum Naturalium, & Theophrastus lib. secundo de historia Plantarum capite nono, *Palmis*, inquit, *auxilium masculinarum coitus referunt, hoc enim, & perdurare & maturescere fructus potest.* Scribit & Plinius libro tertio capite quarto.

Sunt & aliæ, quanquam diuersi generis plantæ, quæ se inuicem appetunt, & felicius sociatæ, crescunt. Mixtio tamen plantarum in dispositione quadam est quod forsan explicare voluerunt Anaxagoras, & Empedocles, qui desiderio plantas duci aiunt, sentire item, ac tristitia voluptatèque affici. Et Anaxagoras animalia ipsa esse, & voluptate & dolore moueri docuit, ex foliorum scilicet defluuio, & ex incremento illud colligens.

Et Empedocles sexum illis inesse arbitratus est, quæ tamen improbat Aristoteles, docetque nec sentire nec animalia esse, etsi vitam illis cōcedat & desiderium naturale sine sensu. Verùm qui inserunt, norunt surculos in aliquibus arboribus insertos, fœlicius crescere quam in aliis, & delectum habêt. Sunt etiam quæ solum diuersum, pro natura diuersa appetunt, vt fœcundè & fœlicius crescant.

- 2¹ Montes amant arbores, cedrus, larix, tæda, & è quibus resina funditur, item aquifolia, buxus, ilex, iuniperus, terebinthus, tilia, cornus, ornus, populus, carpinus. Inter herbas vetratru gaudet asperis montibus, & polemonya. Montes & valles amant arbores abies robor, castaneæ, tilia, ilex, cornus. Inter herbas helenium gaudet siticulosis locis, tilia asperis, ligusticum altissimo, cuminum syluestribus, trifago petrosis, lithospernon eminentibus, alysson montanis gracilibus, sinyrnion saxosis & angulis, lonchilis, asperis & sitientibus, phyllitis oppacis & hortis, viola oppacis & asperis. Aquosa appetunt inter arbores acer, fraxinus, sorbus, tilia, cerasus, tantum in aquosis salices, alni, populi, filer, ligustia. Ex herbis paludes amant & humida, plátago ranunculus, lauer, qui riuorum innatat aquis, cardami-

daminacum sion, heliselinon, sphondilion, sylimachia, atisma, chelidoniū minus, nimphæa, malobathrum, oryza, hipolapatum, & huiusmodi, vicinitatem maris etiam appetunt helenium, ægyptum, critanum, corniculatum papauer, solanum, doryonion, tripolium, glaux & huiusmodi. Descendunt in plana & ea appetunt etiā, cornus, coryllus, quercus, ornus, acer, fraxinus, fagus, carpinus. Gaudet frigidis: sorbus, vetula. Aquas odere, cupressi, iuglandes, barba Iouis. Et sic de reliquis dicendum, de quibus tractat Theophrastus, Dioscorides, Plinius, Ruellius Manardus, Constantinus, Fuchsius, Amatus, & reliqui istius naturæ plantarum indagatores. Et Proclus libro de Sacrific. & magia appetitum quendam inferiorum ad superiora esse scribit naturaliter. Vnde putamus, inquit, plantas illas quas heliotropias nominant, id est, solisequas, ad solem motum, solem versus moueri: sed selinotropias, id est, limisequas ad Lunam verti: nempe cuncta precantur, hymnosque concinnunt ad ordinis sui duces: sed alia quidem intellectuali modo, alia rationali, alia naturali, alia vera sensibili modo. Addit in celo plantas omnes, & lapides, & animalia pro cælesti natu-

ra, vitam habere intellectualem, sicuti in terra licet aspicere Solem & Lunam, sed pro qualitate terrena. Quæ quidē veteres contemplati, alia cælestium, alia terrenorum in magia inquit adhibuerunt, ob cognationem quādam & occultam in rebus naturalibus inter se, & compassionem aliorum ad alia, & agnouerunt in infimis suprema, & in supremis infima: in cælo quidem terrena secundum causam modoque cælesti, in terra verò cælestia, sed modo terreno. Atque virtutes cælestes in inferioribus, ob quandam similitudinem agere, quia similitudo ipsa sufficiens causa est, ad res singulas inuicem vincendas. Veluti si quis canabim vel papyrus calefaciat deinde proximè admoueat lucernæ. Ea enim ex siccitate contracta etiā si ignem non contingant subito non tactum contrahunt, similitudine siccitatis ignem.

- 73 Dehinc lotus, appetere videtur solem, & ideo folia ante solis exortum implicata, paulatim in oriente explicat, & in Meridie omnia pandit: & dum iterum Sol petit occasum, paulatim pro recessu contrahit. Lapis Selenitus, id est, lunaris, figura Lunæ corniculari similis, quadam sui mutatione, lunarem sequitur motum. Lapis heliosele-nus, id est, solaris lunarisque, imitatur quodam-

dammodo congressum Solis & Lunæ, figuratque colore. Gallus solem appetit manifestumque, quod surgenti soli quasi quibusdam hymnis applaudit, hæc Proclus, vbi supra.

Quinetiam, vt scribit Manilius.

--- propriis inter se legibus astra

24

Conueniunt, & certa gerunt commercia rerum,

Inq; vicem præstât visus, ac auribus heret,

Aut odium fœdæ sue gerunt, conuersaque quadam

In semet proprio ducuntur plena furere.

Et erraticæ stellæ in cuspidibus cæli, vel partibus angularibus, quas vocant, *κρυπτάς* maximas sibi vires parant, sed & in quibusdã locis quæ appetunt, veluti reges in propriis foliis, maiores vires exerunt. Sic Sol ex duodecim locis, vel domibus, vt vocant, cæli, nono peculiariter gaudet, Luna octauo, Iupiter vndecimo, Venus quinto, Mars sexto, Saturnus duodecimo. Gaudent & quibusdam coniunctionibus & oppositionibus, de quibus tractât Astrologi, & Schönerus, in sua Isag. Astrol. par. 2. & Iouianus Pontanus lib. 2. de reb. cælest. potissimum c. 5. & alijs Ptolem. & alijs, dicuntque amicum Saturnum esse Iouis, Solis lunæ, inimicum Martis, sed magis veneris. Iouem omnibus plane

planetis amicum, præterquã Marti. Sic dicitur amicus Mars Veneri solū, alijs omnibus, inimicus, Sol amicus Iouis & Veneris, inimicus Marti, mercurio, & Lunę. Venus omnibus amica, præterquam Saturno. Sic dicitur inimicus Martis, Solis, Lunę, amicus autem Saturni, Iouis, Veneris, & Luna amica Ioui, Saturno, Veneri, inimica Marti, Mercurio. Sic dicunt capiti Draconis inimicum Saturnū, Martem, amicos Iouem, Venerem: caudæ amicū, Saturnum, Martem inimicum Iouem, Solē, Venerem Lunam. Sunt & aliter constituti amici vel inimici ratione concordantiæ, vel differentię, substantię & qualitatis, vel oppositionis, vel exaltationis, quæ tradit Schonnerus 2. Par. Isag. Astrol. ca. 35. in vniuersum litē, & amicitia omnium causam dixit ex elementis Empedocles. Et extant apud Diog. in Laertium lib. 8. in vita Emped. carmina eius de re,

Ξὺς ἄγυς ἡρατι φερὶσ βίος, ἢ δ' ἄδωνεύσ
 Νῆστις θ' ἢ διαγύοις ἰπικροῖ ὄμμα βρότειον
 ἄλλοτε μεν φιλότῃτι, σιωπῆ μέν' εἰσ' ἴν, ἄ-
 παύτα

ἄλλοτε δ' αὖ δίχ' ἕκαστα φερύμινε νύκτις ἕχ-
 θει. id est,

Jupiter albus, i, ignis, & alma soror Iuno
 id est, terra,

Atq; potens dis idoneus, i, aer, & neſtis,
 i, aqua,
 Lachrymis hominum qua lumina cōplet,
 Hac nonnunquam cōnectit amor ſimul om-
 nia, rurfus
 Nonnunquā ſeuncta iubet contentio ferri.

De abaco appetitus, & eius
 explicatione.

C A P. XLIII.

Synopis eorū, qua ap-
 petitū referūt, &c. his repugnant.

Amor.	Odium.
Amicitia.	Inimicitia.
Audacia.	Timor, metus pauor
Beneuolentia.	Maleuolentia.
Concupiſcentia.	Nihil concupiſcens.
Conſuetudo.	Deſuetudo.
Cupiditas.	Nihil cupiens.
Deſiderium.	Nullum deſiderium.
Dilectio.	Odium.
Gaudium.	Triftitia.
Interpretatio.	Dubium.
Libertas.	Seruitus.
Lex.	Sine lege, incertum.
	liber.

Liberum arbitrium.	Coactio.
Licentia.	Nullus appetitus.
Permissio.	Prohibitio.
Spes.	Desperatio.
Voluntas.	Nolle.

Huius Synopsis partem aliquam explicabimus vt ex illis reliqua faciliora sint: ac primum de Amore quædã tractare perutile, pernecessarium mihi visum est. Amorem itaque antiqui, purum & impurũ dixerunt, honestum & castum & impudicum. Sic autem amicitiam Romani pinxerunt, teste Paulo Fagio in comment. cap. 5. capitul. patrum Hebr. Iuuenẽ forma, aperto capite, tunica rudi indutam, in cuius simbria scriptũ erat, MORS ET VITA, In frõte, AESTAS ET LVCTVS Latere aperto vsq; ad cor, brachio inclinato & digito cor ostendente, ibique scriptũ erat, LONGE ET PROPE. Forma iuuenilis indicat amicitiam semper recentem, nulla temporis diuturnitate tepescẽtem: nudum caput omnibus patebat, quia amicus nullo vnquam tempore amicum suũ publice profiteri erubescit, vel vt ego existimo, significat nuda omnia, & saltem capitalia & præcipua communia esse inter amicos & sine simulatione: rude indumentum significat amicum nulla ardua nec inopiam ipsam ob amicum, recusare debere:

debere: vel vt melius existimo, amicum non rerum extranearum gratia, vel ob cultum vel ornatum, sed ob seipsum eligi & fieri. In fimbrijs vita & mors inscripta significant mortem etiam pro amico oppetendam. Sed melius amicitiam & in vita, & post mortem perseuerare, Æstas & hiems in prosperis & aduersis amicitiam durare. Latus apertum vsque ad cor, nihil amico celandum vel melius corde ipso, non verbis amandum. Brachium & digitus ad cor inclinatur, in symbolum, quod factum cordi respondere debeat, & cor verbis. Longè & propè, significat amicitiam locorum interstitiis & intercapedine non minui.

Et hæc veræ amicitiam pictura est. Nam de impura amicitia alia, & duplex pictura fertur à Philostrato, libro de Imaginib. 1. vna quæ Comi est dæmonis incentiui amorum impudicorum, vnde *κομῆς εἶν*: alia cupidinis. Priori dantur & iuueniles anni, faces, molities, præ vino rubor, & præ ebrietate somnus, venabulum, impuritatem appetitus, brutum omnino, oblitum vitum, signantes. Cupidini cæcitas, arcus, pharetra, pueritia sine ratione, faces pænatae, & molles affectiones & irracionales, à quibus im munem & cupidinis victricem Mineruam, 1, scientiam

& prudētiam scribit Lucianus, in Cupidinis dialog.

- 3 Amor, est primus motus partis concupiscibilis, ex quo manant & surgunt, veluti ex fundamento omnes actus & passiones, & ex quo si præsens sit obiectum, sequitur delectatio & gaudium, si absens, desiderium. Diffinit amorem Viguierius lib. Institution. Theolog. cap. 1. §. 10. art. 2. vt sit quædam complacentia vel consonantia in bono sensibili, delectabili, simpliciter seu communiter apprehenso, id est, absque consideratione difficultatis præsentiæ vel absentia. In malum tamen boni specie interdum appetitus amoris dirigitur, & ira vtrumque completitur Galenus, tomo 1. lib. 4. de Decret. Hippocrat. & Platon. *Affectus*, inquit, *amor, cum aut iudicium quoddam sit, aut iudicium succedat, aut motus, quidam concupiscibilis facultatis existat, eodem modo ira aut iudicium, aut quidam irrationalis affectus, qui iudicium subsequatur, aut facultatis irascibilis motio quædam est vehementis.* Sed & Maxim. Tyrius, Serm. Philosoph. 11. Six, inquit, *amor quicquam aliud, quam appetitio sit.* Docetur etiã esse amicitiam vel amorẽ ne voluntatem & appetitum, quia omnis amicitia, vel est ob bonum, vel ob voluptatem, vel simpliciter, vel amati: vel ob similitudinem quandam.

Et in

Et in summa, amicitia, vel ob bonum utile, vel delectabile honestum quod est virtute vallatum. Quippe fundamentum amicitia in his consistit, & quanto magis appetitus habet firmitus fundamentum, tanto constantior est amor. Ideo qui amat aliquem, quia appetit res eius, ut sunt amici bonorum extraneorum & mensæ, his ex hârlatis bonis, & ipsorum amor finit, atque ut ait Horatius lib. 1. carmin. Ode 35.

--- *Diffugunt cadis*

Cum face siccatis amici.

Quia cessante causa, cessat effectus. Et in Pierze annot. cap. 5. Hebræi dicunt כל אהבה שחיה תלויה בדבר בשל דבר נשלה אהבה ושאינה תלויה בדבר אינה בשלה לעולם col ababa feci thel-ia badabar, batel dabar betelah ahonah: scina thel-ia bedabar linach betelah legnolâ id est, *Omnis amor qui pendet ab aliqua re, cessante re cessat amor: Qui verò non pendet ab aliqua re, non cessat unquam.*

Et certe Aristoteles lib. secundo Magno. Moralium cap. 11. scribit non esse amicitiam inter probum & malum, quia consistit in fide & constantia: improbus autem & malus neutiquam talis, neque ideo malum malo amicum. Scribit etiam amicitiam esse amorem reciprocum & æqualium vnde nec

cum Deo, nec cum inanimatis esse nobis amicitias, sed cum animatis, quanquam illa sint amabilia. Qui pariter ob vtilitatem diligunt, vt ferè senes omnes, citò hinc dimouentur, quiue ob voluptatem, vt sunt iuuenes, quia vtriusque est satietas, & vtrumque perire facile & quotidie, & momentis omnibus potest: vt & amicitia inibi sint, instar Prothei, mutabiles: quæ autem ob virtutis similitudinem vel desiderium iunguntur, cum virtus perpetua sit, & illæ perpetuò voluntatis & appetitus perseuerantiam habent vt scribit Aristoteles. li. 8. Ethic. ad Nicom. cap. 3. sequent. Et idem in cap. 2. Docetque omne quod mouet extrinsecus amorem, siue omne amabile, esse aut iucundum, aut bonum aut vtile. Vide & plura de his & de naturali, sociali, & communicatiua siue politica amicitia alibi apud eundem lib. 7. Eth. ad Eudemum, in voluptate vetita, amor impurus ille libidinosus dicitur à Cicero lib. 4. Tuscul. quæst. & alibi in lib. de Amicitia, vbi & de aliis tradit membris seu speciebus amicitia. Disputat & Plato lib. 26. in Phædro, & in Conuiuio lib. 25. & lib. 12. in Lyfide vel de Amicitia, Cicero 2. de Finibus, à finitione comprobatur adhuc amare ex voluntate pendere, dum scribit, *Quid aliud est amare, nisi velle bonis aliquem affici quam maximis*

ximis etiam si ad se ex his nihil redeat. Subnixus itaque est verus amor voluntate, non rebus extraneis. Sed cum similis similem desideret ac expetat, ut ait Plato lib. 12. in Lyfide vel de Amicitia, ille autem amor est animi amati, non corporis: ille enim perpetuus, hoc autem corruptibile, ut idem Plato scribit, lib. 5. in Alcibiade 1. vel de Natu. homi. & Vlpianus in l. 3. de donation. int. vir. & vxor. lib. 24. §. tit. 1. refert maiorum opinionem fuisse, verum & honestum amorem solis constare animis, sine subnixu bonorum externorum. Quod multis docet argumentis Maximus Tyrius sermon. 36. ubi tractat, quomodo quis ad amicum se habeat. Quod ex lege Pauli Iuriconsulti, in lib. primo de Extraord. criminib. lib. 47. §. tit. 11. animaduertitur, & propter cogitationem perniciosæ libidinis in eos, qui interpellant pudicitiam vxorum aiorum, & amicitiam illam animorum maritalem soluere nituntur: quod & in aliarum amicitiarum quam conjugum solutione, piaculum esse censeo: cum & sui natura optimæ amicitia animis immortalibus compactæ immortales esse debeant. Odiæ verò & inimicitia mortales ut scribit Cicero, Orat. 40. pro C. Rabirio Posthumo. Sunt & leges vulgares in nostro decalogo, *Non machaberis, non dices falsum*

testimonium: priore prohibita dissolutione animorum conjugum vel existentium vel futurorum: altera prohibita solutione amicitiae communis, quae plerunquæ falsis testibus & calumniis impiorum violatur & deductionibus. Sane ubi idem & maximus & honestissimus amor est, aliquanto præstat morte iungi quam vita distrahi, inquit Valerius Maximus libro 4. cap. 6. loquens de

6 M. Plantio. Cic. lib. 2. de Finib. & in Lælio amicitiam ab amore dictam testatur. Seneca tamen lib. 5. epistol. Epist. 35. differre arbitratur, quod amicitia inquit, semper prodest, amor aliquando nocet. Quo loco angustior appellatio amicitiae est, quam amoris. Et Cicero etiam in Lælio, amicitiam tantum inter bonos & in bonis & cum virtute esse putat, non in luxuriosis & aliis libidine conspurcatis, nec cum hominibus hircinis & satyris.

7 Amicitiae odium opponitur. Odium autem est, id quod dissonat, & quod displicet appetitui eius quod concupiscibile est: quod cum ratione fit, bonum: si sine ea, malum. De bono ut Psal. 54. *Odius omnes qui operantur iniquitatem*, & Psal. 25. *Odius ecclesiam malignantium*, & Psal. 30. b. *Odisti omnes observantes vanitates superuacuae*. & Prouer. 6. *sex sunt quae odio habet Deus* &c. Sic & alibi

alibi. Genes. 27. De malo, *oderat Esau Iacob,* & Genes. 37. *Fratres Ioseph eum oderant,* & in similib. Prout autem habet rationem mali opponitur odium amori: hinc ex odio causatur abominatio, quia id quod odimus, fugimus. Cicero in Lælio vel de Amicitia, venenum amicitiaæ dixit odium, & 4. Tusc. diffinit odium esse iram inueteratam: inimicitiam autem, iram tempus vlciscendi obseruantem, vt scribit Aristoteles, lib. 5. Polyt. cap. 10. Item ira de iis est quæ ad seipsum pertinent: Inimicitia verò vel odium etiam sine ipsis: nam si talem esse suspicabimur, odimus. Præterea ira semper in singulos, vt in Societatem & Galliam, odium etiã in genera: omnes enim calumniatorem aut furem oderunt, vt scribit Aristoteles lib. 2. ad Theodectem cap. 4. inimicitiaæ autem & iræ nascuntur, cum in aliqua re dissentimus, vt scribit Plato lib. 8. in Eutyphrone vel de Sanctitate: sed de his hætenus. Nam lib. 40. Syntaxeôn cap. 21. & 22. in vitiis & virtutibus plura de ira & odio dicta à nobis inuenies, & hæc etiam sufficient ad demonstrandum amorem libidinẽque esse appetitus: verum interdum bonum, interdum malum, hunc autem semper malum, & his odium aduersum & iram.

Audacia, appetitum continet agendi quæ 8

aggreditur, sed interdum rationalem, ut dū fortes qui artem belliandi norunt audacter pugnant: tē vrinatores qui artem nādi habēt audacter se aquis immergunt, & volunteriē Interdum sine ratione, ut cūm furiosus audet aliquid, vel ignarus temere periculum aliquod aggreditur, vel si vana spe aliquis, vel ira percitus, concitatur, ut scribit Plato li. 17. in Protag. vel Sophista. Audaciam & animositatem constituunt Phisici in calore sanguinis, dum feruet: sicut metum, in eius refrigeratione, ut scribit Aristotel. Problema. sect. 10. quæst. 59. & sect. 35. q. 1. atque sectione 2. quæst. 34. ait fieri metum refrigeratione partium superiorum. Plato audaciæ metum opponit lib. 21. in Lache. vel de fortitudine, arbitramur inquit, terribilia esse quæ metum incutiunt: audenda, quæ metū nullum adiiciunt, metum verò inferunt nō præterita mala, non præsentia, sed quæ expectantur. metum siquidem, futuri mali expectationem vocamus: sic audenda futura bona vel certè non mala. De hac finitione mali & reliquis Aristoteles 3. Ethic. ad Nicom. cap. 6. & Cic. 4. Tusculana, quæst. vbi & ab ægritudine distinguit, quòd ægritudo sit mali præsentis, metus futuri. Metus, timor appetitū & voluntatem cohibent, quam obrem dicimus audaciæ aduersarium. Ioan. Damascenus

scenus diuidit timorem in sex species lib. 2.
 de Orthod. fide cap. 15. εἰς ὄκνην, εἰς αἰδω, εἰς
 αἰσχρότητα, εἰς κατάπληξιν, εἰς ἰκπληξιν, εἰς ἀγω-
 νίαν, id est, in cunctationē, verecundiam, eru-
 bescentiam, stuporem, terrorem, agoniam,
 ὄκνην, cūctatio est, timor futuræ operationis.
 αἰδώς, verecundia, est timor ex expectatio-
 ne conuictii, affectus optimus hic.

αἰσχρότητα, erubescencia, est timor ex re turpi
 perpetrata, habet & hic affectus spē salutis.
 κατάπληξις, stupor, timor ex magna imagi-
 natione.

ἰκπληξις, terror, est timor ex imaginatione
 inconsueti mali.

ἀγωνία, agoniam, est timor casus (qui venire
 debet) & infortunij: timentes enim in opera-
 tione infortunari agonizamus. Hæc etiā om-
 nia transcripsit Nemesius in lib. de Natura
 homi. cap. 20.

Sequitur timorem tristitia, quia acciden- 10
 te malo quod verebamur aduenit tristitia.
 Tristitia autē propriè dicitur, afflictio quæ-
 dam voluntatis, Cicero 4. Tusculan. pigri-
 tiam ait esse metum consequentis laboris:
 terrorem metum concutientem, ex quo fiat
 vt pudorem rubor, sic terrorem pallor & tre-
 mor, & dentium stridor consequatur. Timo-
 rem metum mali appropinquantis, pauorem
 metum de loco mouentem, exanimationem

metum subsequenter, & quasi comitem laboris. Conturbationem, metum excutientem cogitata, formidinem, metum permanentem.

II Benevolentiam esse voluntatis speciem constat ex Aristotele, lib. 9. Ethic. ad Nico. cap. 5. cuius verba hæc, *Benevolentia autem amicitia quidem est similis, non tamen est amicitia: fit enim benevolentia & ad ignotos, & latens: amicitia vero non fit. At nec etiam est amatio, non enim habet extensionem & appetitionem. Amationem autem hæc sequuntur. Et amatio quidem fit cum consuetudine, benevolentia vero fit & repente, et fit & erga certantes. Spectantes enim benevoli fiunt ipsis & volunt bona. Sic benevolentia principium amicitia videtur, sicut & ad amandi voluptas ea quæ per aspectum efficitur &c.* Cic. in Lælio tamen videtur confundere, amicitiam, amorem, & benevolentiam, dum ait, libro secundo in Lynde vel de Amicitia. *Amor, ex quo est amicitia denominata, princeps est ad benevolentiam coniungendam.* Et ita ibi amorem facit initium benevolentia; non contra: vt Aristoteles, benevolentiam amoris. Plato autem cōsentire cum Aristotele videtur, cum concludit, ex mutua benevolentia amicitiam generari. Et certè etiã Cicero si bene perpendatur huic, in Lælio,

sub

subscribit sententiæ, & benevolentiam fun-
 damentum amicitiaë ponit. Veruntamé con-
 siderare oportet amorem imperfectum, ef-
 se benevolentiam, & ideo benevolentiam
 fundamentum perfecti amoris, & amicitiaë
 veræ esse. Concupiscentia. Cassiodorus in
 commentariis suis, super psalmos 118. ¹²
 dum interpretatur versiculum illum, *Con-*
cupiuit anima mea desiderare iustificatio-
nes tuas, appetitum & esse concupiscen-
 tiam docet, hoc est, inquit, concupiscere,
 quod desiderare. Nemo enim desiderat nisi
 qui concupiscit, nec iterum concupiscit nisi qui
 desiderat. D. autem Dionysius Arcopagita,
 libro primo de Cælesti Hierar. cap. secundo,
 Cōcupiscentiam quidem esse dicimus in irra-
 tionabilibus consultam quandam & mate-
 rialem siue corporalem ex naturali motu aut
 consuetudine, in mutabilibus incontinenter
 (id est sine continentia) ingentia, id est, ortam
 in sensualitate ex motu naturali, & apprehē-
 sione obiecti passibilitatem, & irrationabile
 voluptatis corporalis continuitatem simul om-
 ne animal compellentis, ad sensum concupisci-
 bile. Porro Cassiodorus super d. Psal. 118.
 scribit concupiscentiam in bono & malo po-
 ni: in malo ut, *Non concupisces rem proxi-*
mi tui, Exod. 20. id est, non desiderabis nec
 appetes aliena. Et D. Iacobus 4. c. *Concupi-*
scitis

scitis & non habetis, quia male concupiscitis. Et Ecclesi 25. d. ver. 17. Ne concupiscas mulierem in specie, & Deuteron. 5. d. Non concupisces uxorem proximi, vt & D. Mathæus 5. cap. & Ecclesi. 13. a. verf. 5. Aufer a me Deus ventris concupiscentias, & concubitus concupiscentia ne apprehendant me. Et alibi D. Paulus ad Coloffen. 3. concupiscentiæ meminit malæ. Græci hâc vocant, ὀφθαλμίας. Moses autem, cap. 8. Genes. 27 7 צוֹרֵר לֵב figmentum & propensionem cordis. Cui consentire videtur David Psal. 37. *Tota die contristatus ingrediebar, quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus, & non est sanitas in carne mea.* In quem locum Euthymius Zigabonius in comment. annotat, affectû concupiscentiæ illusionem esse, & potius consequenter mendacium, quàm veritatem: neq; concupiscentiam eiss voluptatem, sed vmbra voluptatis, & ex lumbis potissimum oriri hominum. In bono ponitur, sicuti in Psal. 118. *Concupiuit anima mea, desiderare iustificationes tuas in omni tempore.* Et Dion. Cart. cōmen. & in c. 2. cæl. Hier. D. Dionis. Areop. facilius cōcupiscentiæ appetitus distinguit: alia, inquit concupiscentia sensualis, alia spiritalis sensualis aliquã do inordinata & mala, hoc est, extra ordinē & finē nature euagans, aliquando ordinata & bona, aliquando

quando per se indifferens, inordinata, ut dum scribitur ad Galathas cap. 5. c. *Caro concupiscit aduersus spiritum*. Et hæc culpabilis est, bona sensiuæ & ordinata, cum ad finem legitimum, & ad legitima dirigitur, ut dum Zacharias concupiuit Elizabeth ut prolem ex matrimonio promissam generaret, apud D. Lucã c. 1. indifferens autem concupiscentia sensuâlis est, ut passio purè naturalis, veluti dum esuriens cupit cibum, sitiens potum &c. Spiritualis autem & bona concupiscentia, quæ desiderat bonum benè, sicuti in Psal. 118. *Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas*, & Psal. 83. *Concupiscit & desicit anima mea in atriis domini*. & Sapient. 6. initium sapientiæ verissimum, disciplinæ concupiscentia, & hæc Eccles. 1. d. cum similib. vitima ex ratione indifferens natura: prima mala, cõtra rationem, ut scribit Arist. 1. Rhethor. ad Theod. cap. 11. & Chrysost. tomo 3. homil. 53. in 14. Ioan. Sed hac in parte maxima se offert quæstio, num concupiscentia per se sit peccatum. Cuius difficultatis dubium oritur ex eo quod verè dictum est à D. Augustino lib. de baptismo paruulorum & ab aliis Theologis, peccatum originale esse, & fomitem peccati concupiscentiam, & concupiscibilitatem, quæ lex membrorum, langor naturæ, tyrãnus in mēbris

nostris, lex carnis, idque non secundum animam, sed secundum carnem: omnes enim in Adamo peccauimus in carne, & quia anima, etsi pura à Deo creetur, inficitur quodam modo cōtagione carnis, in vtrumque & corpus & animam se peccatum ostendit. Cæterum baptismo peccatum originale deletur, remanet tamen concupiscentia, sed illa non est damnabilis in quantum appetitum mouet, nisi illam sequamur, vt latè tractatur lib. 2 sententiarum, distinct. 30. & 31. & 32. & quamuis quis tentetur à concupiscentia sua, non tamen illa tantatio peccatum in nobis est, sed si assentiamur occasio & generatrix, peccati. Sic enim scribit D. Iacobus c. 1. in epist. *Vnusquisque tentatur à concupiscentia sua, cum autem cōceperit, parit peccatum: peccatum autem generat mortem.* Et quia ante baptismum, singulis nascentibus, propter peccatū primi hominis, hæret propter pœnam, ideo lux peccati dicitur, vel quia debilitatem ægritudinis contractæ ex peccato representat, post sanationem primi peccati per baptismum factam, vel quod ad peccatum nos prouoet. Quamobrem D. Paulus ad Roman. cap 7. eam opponit legi Dei. Dei enim lex ad iustificationē, & salutē nos inducit, concupiscentia verò diuersum persuadet, ex quodam naturali propensione, vel

à bono

à bono defectione, & ad malum & sensua-
 lem voluptatem sequendam inclinat. Sic e-
 nim scribit, *Condelector legi Dei, secundum
 interiorem hominem: Sideo autem aliam le-
 gem in membris meis, repugnantem legi men-
 tis meae, & captiuantem me in lege peccati
 qua est in membris meis.* Nam vt scribit D.
 Bernardus serm. in cana Domini de Baptif-
 mo. Omnes in peccatrice voluptate genera-
 mur: propterea licet inuiti, etiã post bap-
 tismum, illicitos quosdam & propemodum
 bestiales motus sentimus, qui assiduam in
 nobis pugnam generant. *Caro namq; vt scri-
 bit idem D. Paulus, ad Galat. 5. concupiscit
 aduersus spiritum, spiritus autem aduersus
 carnem.* Quia verò cum assentimur concu-
 piscentiæ carnali & sensuali, generatur pec-
 catum, ab effectu non immerito, mala concu-
 piscentia approbata ab anima peccatum
 dicitur à D. Paulo, ad Roman. cap. 7. *Si au-
 tem quod nolo illud facio, iam non ego operor
 illud, sed quod habitat in me peccatum.* hoc
 est, causa sæpissimè peccati. Sic D. Ioannes
 1. epist. cap. 2. c. ver. 15. Peccata sub concu-
 piscentia concludit & ab ea cauendum ait.
*Nolite, inquit diligere mūdum, neque ea qua
 in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non
 est charitas patris in eo: quoniam omne quod
 est in mundo, concupiscentia carnis est, & con-
 cupis-*

concupiscentia oculorum, & superbia Vita,
qua non est ex patre, sed ex mundo. Et incli-
nationem malam naturalem in malum, &
peccatum norūt Philosophi Ethnici. Verum
post Baptismum, debilis existit illa concu-
piscentia Christianis, & quod peccatum in
ea erat, sublatum est Baptismo, datáque est
lex Dei, & gratia Spiritus sancti, quæ nos
contra tentatione sillas muniat, & victores
dehinc contra impetus concupiscentiæ fa-
ciat, indicans nobis quod peccatum est, ut
ab eo caueamus, sicuti D. Paulus, ad Rom.
cap. 7. b. vers 7. Peccatum non cognoui, nisi
per legem, nam concupiscentiam nesciebam,
nisi lex diceret, non concupisces. Sed expressius
in cap. 8. ad Rom. in princip. Nihil ergo nūc
damnationis estis, qui sunt in Christo Iesu,
qui non secundum carnem ambulant. Lex
enim spiritus Vita in Christo Iesu, liberabit
me a lege peccati & mortis: Nam quod im-
possibile erat legi, in qua infirmabatur per
carnem, Deus Suis genitum suum suum mis-
tens in similitudinem carnis peccati, & de
peccato damnauit peccatum in carne, Et iusti-
ficatio legis impleteretur in nobis, qui non se-
cundum carnem ambulamus, sed secundum
spiritum, &c. Quamobrem & norunt Chri-
stiani Spiritus sancti gratia, concupiscentiã
in bonum datam illis esse, qua flagellare &
vincere

vincere possunt eam, quæ carnis est, concupiscentiam. Quamobrem enitendum illis perpetua militia mortali est, vt illam radicem totius amaritudinis & iniquitatis concupiscentiam mortificent vel consumant: elaborarè que debent continua in Deum fusa oratione, vt spiritus ille in Baptismo collatus integer perseueret vt scribit D. Paulus 1. ad Thessal. 5. nimirum vt spiritus sancti gratia nunquã auferatur à nobis, sed in visceribus nostris continuò innouetur. Hæc enim spiritum nostrum innouat, purificat, fouet, & confirmat. Sic precabatur psal. 50. Dauid, *Spiritum sanctum tuum ne auferas à me, & spiritu principali confirma me.* Et tantum adest hodie vt peccatum dicatur cõcupiscentia carnis, quin & illa ad maiorem meritum facit, si ei viriliter gratia nobis proposita vtens resistamus, quod scribit D. Chrisost. Hom 52. in c. 22. Math. to. 2. in opere imperfecto. *Cõcupiscere, inquit, passim est: Velle autem, arbitrij. Frequenter autem concupiscimus, etiam quod nolumus.* Si ergo concupiscentiæ non consentit voluntas, concupiscentia sola non damnat, magis autè & gloriosiorē facit virginitatis coronam. Nam concupiscere quidem naturale est, vt scribit Plato, lib. 10. in Philebo, vel de summo bono & commune parti brutæ, sed malè con-

cupiscere altiori è gradu decidit, est enim voluntatis, vt scribit diuus Chrysostomus, homil. 19. ad popul. Antioch. tomo 5. Et in hoc maximè enitet vis animæ. Nam vt idem Chrysostomus scribit in opere vt dicunt imperfecto, homil. 12. in cap. 5. Mathæi: sicut duas in nobis habemus naturas, animæ scilicet & carnis, sic duas habemus voluntates, vnā animæ, alteram carnis: duas iras, vnā animæ, alteram carnis: duas concupiscentias, vnā animæ, alteram carnis. Et natura quidem carnis ab omnibus his non potest se separare, nam necesse habet & irasci & concupiscere, & si non velit, quoniam non est in arbitrio suo creata, id est, non est nunc in arbitrio suo sicut creata fuit, sed sub lege peccati, venundata: est enim illa sub peccato. Anima autem in arbitrio suo creata est, & secundum legem iustitiæ Dei: propterea potest & non irasci si vult, & non concupiscere si vult Diuus Ioānes Damascen. lib. 2. de Orthodoxa fide concupiscentiam & iram inter passiones animæ annumerat, τὸ πάθος, inquit, ὁμόθυμῳ λέγεται: λέγεται γὰρ πάθος καὶ τὸ σωματικόν, ὡς τὰ νοσήματα καὶ τὸ ἔλπι: λέγεται πάλιν πάθος καὶ τὸ ψυχικόν ἢ ἐπιθυμία καὶ ὁ θυμὸς, ἔστι δὲ κοινὸν μὴ καὶ γυνικῶς πάθος ζῶν, ὡς ἴσεται ἐδὲν ἢ λύπη, ἴπνται γὰρ τῷ πάθει, λύπη καὶ ἔκ αὐτῶ πάθους ἔστι λύπη: τὰ γὰρ ἀνάσθητα πίκοντα οὐ ἀλγία, ἔκ

ἄρα τὸ πάθος ἐστὶ ἀλγῆμα, ἀλλ' ὃ τὸ πάθος αἰσθητικόν.
 id est, Passio omonimis dicitur: nā passio dicitur corporis, & agritudinis, & Vulnera: dicitur rursus passio & anima, & concupiscentia & ira. Est autem communiter & generaliter anima passio, quæ & affectus animalis quam voluptas comitatur aut tristitia. Sequitur etiam passionem tristitia, at non est tristitia ipsa passio, nam cum insensibilia patiuntur, non dolent: non est igitur passio dolor, sed passionis sensus. Carnis infirmitatem esse concupiscentiam ibi dicitur, sicuti infirmitatem animi ignorantiam, in canone I. 15. quæst. 1.

Cupiditas proximus huic concupiscentiæ 17
 locus cupiditati est, de qua promiscuè tractare cum Theologica concupiscentia nolimus, ne quis confunderetur prolixitate sermonis in his quæ fidei sunt. Cupiditas itaque, intuitu eorum quæ cupit, à ratione animum distrahens, diuersa sibi asciscit nomina, vt scribit Aristoteles libro tertio Ethicorum ad Nichomacum, capite vndecimo cum ad voluptates trahit, libido dicitur: demum pro varietate earum varia. Nam si ad ciborum, voluptatem, ingurgitatio: si ad potum, ebrietas: ab ea enim parte qua rationem superat, nomen accipit, & inde etiā nomē accepit apud Græcos, quibus

dicitur, ἔρως, amor, ἀπὸ τῆς ἀνθρώπου φύσεως, id est
 a robore & ipsa Vehementia, vt scribit Plato
 lib. 26. in Philebo vel de pulchro. Quæ no-
 minis interpretatio intelligēda est de amo-
 re qui ab irrationali cupiditate procedit: nā
 de alio amore idem Plato, lib. 23. in Cratyl.
 ἔρως dicitur, quia ἐρπῆ, id est, influit extrin-
 secus, neque propria est habenti ῥοῦ, id est,
 fluxio ista, sed infusa per oculos. Quapro-
 pter ab ἐρῶν, id est, influere ἔρως, id est, in-
 fluxio, amor ab antiquis nostris appellaba-
 tur. Nam ο, pro ω, utebantur. Nunc autem
 ἔρως dicitur, ω, pro ο, interposito, hæc Pla-
 to, sed ad rem. Cupiditas etiā lucri auidia,
 & appetitus ille tenax, auaritiæ in nomen
 transit vt apud Platonem Dialog. 1. in Hip-
 pocr. vel de lucri cupidit. Cupiditas in ani-
 mantibus edendi, bibendi, & eiusmodi, pas-
 siones dicuntur naturæ, apud Platonē Dial.
 10. in Philebo vel de summo bono. & Arist.
 lib. 1. Rhetor. ad Theodect. cap. 11. & per se
 bonæ sunt. in excessu verò malæ, vt scribit
 Aristoteles lib. 3. Ethic. ad Nicomach. in
 cap. 11.

Videtur autem differre cupiditas & cu-
 18 pido, à concupiscentia, quia concupiscentia
 & in bonam & in malam partem accipiarur,
 & possit esse mala, bona, cupiditas in malam
 tantum partem. Quanquam & interdum
 pro

pro bono appetitu & naturali antiqui ferè
semper cupiditatis nomen in malam vsurpa-
runt partem, & pro inordinato & absque ra-
tione appetitu, siue ad diuitias siue ad alia.
Sic Cicero, 1. de Finibus *Cupiditates*, inquit,
sunt, insatiabiles, quæ non modo singulos ho-
mines, sed vniuersas familias euertunt, totũ
etiam labefactans sæpe Rempub. Ex cupidi-
tatibus odia, dissidiæ, seditiones, bella nas-
cuntur. Et D. Paulus 1. ad Thimoth. 6. b.
ver. 10: dicit cupiditatem, radicem omnium
malorum, *Eo quòd* inquit, *qui solunt diuites*
fieri, incidunt in tentationem & in laqueum
diaboli, & desideria multa inutilia, & noci-
ua, ad interitum ducentia. Et Iuuenalis Sa-
tyr. 14. vers. 172.

*Nũc modus hic agri nostro nõ sufficit horto,
Inde ferè scelerũ cause, nec plura Senena
Miscuit, aut ferro grassatur sapius &llum
Humana mentis vitium, quam saua cupido
Indomiti sensus. Nam diues quis fieri &ult
Et cito &ult fieri, sed quæ reuerentia legũ?
Quis metus aut pudor est &inquam prope-
rantis auari?*

Quamobrem & Salomon Prouerb. ca. 20.
c. vers. 22. scribit, *hereditatem ab initio pro-*
peratam, in fine cariturã benedictione. Hoc
autem subsidium ex ratione firmissimum ac-
cidit, ex eo quod omnes ferè cupiditates sine

appetitus contra rationem, vt scribit Aristoteles Probiem. lect. 28. quaest. 3. Sed causam adfert horum clare Cicero lib. 3. Tuscul. cuius verba, quia ad perturbationes alias rationis pertinent, subscribam. *Perturbationum, inquit, genera quatuor sunt, partibus plures. Nam cum omnis perturbatio sit animi motus, & vel rationis expertus, & vel rationem aspernans, & vel rationi non obediens, isque motus aut boni aut mali opinione citetur, bisariam quatuor perturbationes aequaliter distributa sunt. Nam duae sunt ex opinione boni, quarum altera Solutas gestiens, id est, praeter modum elata laetitia, opinione praesentis magni alicuius boni: Altera cupiditas, quae recte & libido dici potest, quae est immoderata appetitio opinati magni boni, rationi non obtemperans, quae & cupiditas recte & cupido dici potest. Ergo haec duo genera, Solutas gestiens, & libido, honorum opinione turbantur. Et duo reliqua metus & aegritudo malorum. Nam & metus opinio magni mali impendentis, & aegritudo est opinio magni mali praesentis, & quidem recens opinio talis mali, et in eo rectum esse videatur, angit. His Cicero malum esse cupiditatem docet, vt etiam Maxim. Tyrius, Serm. 14. Maximum homini, inquit, malum, est cupiditas. Ceterum nec negandum est etiam cupiditates qual-*

quasdam dici rationales, cum rationi obtemperant, & secundum eam reguntur, ut diximus cum de concupiscentia loqueremur. Quamobrem & communi nomine utraq; dicitur *ὄφις*, concupiscentia vel cupiditas. Et Arist. l. 2. Eth. ad Eudemum, cupiditatem in tres partes distribuit, in consultationem, irascentiam, & cupiditatem, voluntatem pro cupiditate consultatrice accipiens, ut potest quia consultare sine ratiocinatione nequeamus. Et ea. si. eius li. ratione moderandas esse cupiditates temperanti ait, veluti puer a pedagogo regitur: id autem contingere scribit, si cupiat quae cupere oportet, & ut oportet, & quando oportet. De malis cupiditatibus quae sine ratione habentur Max. Tyrius serm. Phil. 37. perpulchre ita tradit, *nullam mentem terminumque aut diuitias aut ceteris cupiditatibus hominum constituit Deus, verum infinita harum est scilicet omnium. Quamobrem spectatores ipsarum, quo maiorem earum rerum copiam habet, eo etiam magis augent suam: minus est enim quod possessionem ceperunt, eo quod spe iam deuorarunt. Sic dicimus inexplebile & insatiabile cupiditatis sitim. Et ira Salomō Eccl. c. 14. b. ver. 9. *Insatiabilis oculus cupidi, in parte iniquitatis non satiabitur, donec consumat, arefaciens animam suam.* Et Eccl. ca. 5. b. versus 9. *Auarus non implebitur pecunia.* Causa huius dispositionis, est studium*

minium viuendi, sed non benè viuendi: cum enim cupiditas acquirendi vel conseruandi, non ad vitam, sed in infinitum extendatur, illa quoque quæ efficiunt infinita, cupiūt vt scribit Aristoteles, Polytic. c. 6. & lib. 2. Polyt. c. 5. *Improbitas, inquit, hominum in sa- tiabilis est, & primo quidem dicunt sufficere pauca atque minima, mox vero ubi illa sunt consecuti, plura appetunt semper, quousque in infinitum procedant. Infinita enim est cupiditatis natura, ad cuius expletionem plurimi quæunt.* Sic Iuuenalis Saty. 14. vers. 138.

*Interea pleno cum turget sacculus ore,
Crescit amor nummi, quantum ipsa pecu-
nia crescit,
Et minus hanc optat qui non habet. Ergo
paratur*

*Altera villa tibi, cum rus non sufficit vnus,
Et proferre libet fines: maiorque videtur,
Et melior vicina seges: mercaris & hanc, &
Arbusta & densa montē qui cauet oliua.*
contra quos Deus per Esaiam, cap. 5. b. vers. 8. *Va qui coniungatis domum ad domum, & agrum agro copulatis, & que ad terminum loci, nūquid habstabitis eos soli in medio terra.*

20 Consuetudo, est voluntatis, nam secundum Iulianum Iurisconsultum ideo recipitur consuetudo, quod tacita vtentium voluntate recepta in l. de quibus, l. 30. de Le-
legibus,

gibus lib. 1. π . tit. 3. sit. Quod & de lege scribit, quæ & voluntate & suffragio populi auctoritatem accipiebat. Nā in comitiis mos antiquus erat per trinundinum, populum si is non iuberet per magistratum rogare, de his quæ legibus sancienda erant, vt scribit Cicero Philip. 5. & alibi 3. de Legib. & consultationem vocat populi. De his scribit & Gellius lib. 10. Noct. cap. 20. Alexander ab Alexandro libro 6. Genial. diet. cap. 23. Dion lib. 39. histor. Lilius, Halicarnas. & alij, & Iustinianus in §. lex est, de Iur. Nat. gen. & ciui. lib. 1. Instit. tit. 2. Quæ tamen postea voluntas legis approbandæ vel improbandæ sublata est priuatis & adempta populo, idque paulatim, nam principio omnis legum condendarum auctoritas delata est ad pauciores, quàm populus esset, nempe ad magistratus, vt scribit Pomponius Iurisconsul. in l. 2. §. deinde cum essent in ciuitate, & §§. seq. de vet. iur. enucl. lib. 1. π . tit. 2. Postea omnino, lege regia lata, à populo in principem solum hæc facultas translata est, vt scribit Iustinian. in §. sed & quod principi placuit, de Iur. natur. gen. & ciuit. lib. 1. Instit. tit. 2. Vlpianus in l. 1. de const. princip. lib. 1. π . tit. 4. sic Iustinianus in l. fin. de legib. lib. 1. C. tit. 17. ad solum principem pertinere, legem condere & interpre-

tari, scribit & ex eius voluntate pendere. Quod certè ad authoritatem legū spectat, vt scilicet fulciatur principis prerogatiua & potestate. Caterum non ideo tamen minus dixerim, pro earum legum obseruantia, & populi consensu à principio vtcunque requiri adhuc, & sub ditione principes: & placitum etiam nunc accedere debere & consultationem prudentum. Quia caput, quod princeps est, quodammodo subditorum indigere videtur fauore & voluntate, vt minore eo se Deo agnoscat, qui nullius indigus est, quique errare non potest. Quamobrem Cæsares Theodosius & Valèntina. in l. humanum. l. 8 de legib. lib. 1. C. tit. 17. & procerum palatij cōsultationem in legibus nouè condendis, & populi consensum desiderant: ideoque publicas leges, in consistoriis & diceteriis legi publicè volunt. Quibus tamen non vim legis tribuunt, sed principali formant authoritate. Et ita seruatur in Gallia in consultationibus generalibus seu edictis perpetuis à lege compositis, quæ nõ prius in curiis senatum seruantur, licèt a rege emanarint, quam consultæ promulgatæque ab his fuerint. Multa enim fugere iudicium principis possunt, quæ aliqua in parte regni militant aduersus constitutiones sanctitas nouè, & de quibus admonitus princeps

poterit legem retractare vel cohibere. Observamus etiã sub ditione principis, cõ-
 fuerudines locales, quas sibi volũtas habitã-
 tiũ imposuit, itẽ & vñs q̃i cõtrarij nõ sunt
 regni legibus, vel qui speciali approbatione
 principis confirmantur. Receptæ etiã leges,
 alicuius priuatæ localis vtilitatis ratione, cõ-
 tra præscripta publicarũ legũ. Et in omnibus
 iis voluntas species appetitus consideratur.
 Desideriũ est appetitus vehemẽs eius quod 21
 abest. Et apud Ciceronẽ. 4. Tusculan. Desi-
 derium est libido eius, qui nondũ absit vidẽ-
 di. Dilectio, vide amor. ex amore procedit 22
 gaudiũ & tristitia, siquidẽ omnis tristitiapro-
 cedit ex priuatione amati facta, vel dũ me-
 titur ne accidat vt scribit Lyranus, & quia
 amor est Dei, & mũdi spiritaliũ & corpora-
 liũ rex, sic ad earũ rerum diuersitatẽ, sequi-
 tur gaudij vel tristitiæ diuersitas. Gaudium,
 est appetitus cõcupiscentiæ cum ratione, de
 rebus præsentibus, vel quæ nobis pro præsen-
 tibus mēti subijcimus vel phantasiæ, cũ ra-
 tione adieci, esse quandiũ: nã sine ratione læ-
 titia est, quia Cic. scribit. lib. 4. Tusc. Cũ, in-
 quit, *ita mouemur, Et in bono simus aliquo, du-
 pliciter id cõtingit: nã cũ ratione animus mo-
 uetur placide atq; constanter, tum illud gau-
 dium dicitur (proprie). Cum autem inaniter
 effuse animus exultat, tum illa læti-
 tia gestiens, vel nimia dici potest, quam*

ita definiunt sine ratione animi elationem.

Quoniamq; Si bona appetimus, sic à malis natura declinamus, quæ declinatio si cum natura fiet, cautio appellatur, eaque intelligitur in solo esse sapiente: quæ autem sine ratione, & cum examinatione humilis atque fracta, nominetur metus. Et iterum, eademque lenitate cupiditas est in appetendo, quæ lætitia in fruendo. Et Si minus afflicti molestia, sic animi elati lætitia, iure iudicantur leues. Atque ut confidere decet, timere non decet: sic quidem gaudere decet, lætari non decet. Maximum autem ad virtutem amoris consequendam momentum est, gaudere iis quibus oportet, & odisse ea quæ oportet, ut Aristoteles scribit lib. 10. Ethic. ad Nic. cap. 1. & Seneca: verum gaudium non in leui rerum hilaritate & lætitia, sed in rerum magnarum fruitione, solidum hoc vocans gaudium, reliqua incunda, inane. lib. 3. epistola. epist. 23. & lib. 8. epist. 60. Promiscuè tamen verbo gaudij utimur pro omni lætitia, interdum & vulgari more. dixi in finitione etiam, gaudium esse de his quæ præsentia non sunt, quæ nobis in phantasia subiicimus vel menti, quia contingit interdum quod imaginatione vel phantasia cogitativa pars, prehendam bonum vel malum tanquàm præsens, quanquam realiter & verè absens sit. Et tunc appetitus quiescit etiam & delecta-

tur vel tristatur, vt scribit Aristoteles lib. de Memo. & reminiscencia. quod quis experitur sæpe in cogitationibus, quæ nobis dormientibus vltro se offerunt, quibusue dormiendo, vel letamur, vel tristamur. Et esse gaudium appetitum & motum animæ, docere potest Galenus, tomo 3. lib. 2. de symp. caus. Extimore, inquit. *plures mortui sunt, ratione refrigerationis & suffocationis, animalis refrigeratione extinguuntur: cum sanguis autem simul confectus ad illum meat, suffocatur, ab ira nemo interijt, Et pote nec calore perfrigerato, nec eius robore soluto. Ex gaudio tamen ingenti, nonnulli pusillanimes perierunt, aque atque timore. Non enim cum robore & feruore mouetur animalis extrorsum facultas, sed contra, si quid prius habuit roboris, id nunc remittit ac resoluit. Ergo cum plurimum relaxata resolutaque retrorsum fertur, digeritur. Dolor autem cum animum contra cogat moueri, similia maximo timori adfert symptomata.* Nemo autem vt opinor, dubitat, quosdam repente gaudio periisse, & item repentino timore, Gaudio obiit Diagoras, videns tres filios Olympico certamine victores. Et Phylippides comediæ author, præter spem victor, vt narrat Gellius lib. 3. cap. 15. Sic Dionysius Siciliae olim tyrannus, & Sophocles ex lætissimo tragiciæ victoriæ nuntio, perierunt teste

- Plinio libro 7. cap. 53 Chilo ob filiū Olympiis coronatum læticia obiit, vt scribit Diog. Laertius lib. 1. Plures etiam alij, sicut & dolore, repentinum ob nuntium repulsæ à consulatu fratris, expirauit Pub. Rutilius, vt author Plinius lib. 7. & Cicero lib. Tusculan. Iulia Cæsaris filia visa sanguinea Pompeij veste exanimis concidit Vaier. Maxim. libro 4. cap. 6. scribit & Liuius lib. 6. ab vrbe cond. Quintum Fabium interiisse, die illi dicta à tribunoplebis, quòd contra ius gentiū legatus in Gallos, ad quos missus fuerat, purgnasset. Inter gaudere & voluptatem capere, illud interesse scribit Plato, libro 13. in Protago. vel Sophista, quod gaudio afficitur ille, qui discendo & contemplando ipsa intelligētia delectatur: voluptate autem perfūdatur, qui dū comedit, vel alio quodā oblectamēto potitur, ipso sensu corporis delectatur. Hæc certè propriè dū accipiuntur, vera perpetuò sunt, cæterum vulgò, & voluptas pro gaudio, & contra gaudium pro voluptate sumitur, vt docet vtrumque Seneca lib. 8. Epistol. epist. 60. inquit, *Ex epistola tua percepi voluptatem, permitte enim mihi Soti Serbis publicis, nec ista ad significationem Stoicū reuoca: Vitium esse voluptatem credimus, sit sanè. ponere illam tamē solemnius ad demonstrandam animi hilarem affectionem. Scio in-*

quam & voluptatem, si ad nostram alium
 Verba dirigantur, rem infamem esse. & gau-
 dium nisi sapienti non contingere. Est enim
 animi elatio, suis bonis scribisque fidentis:
 Vulgo tamen sic loquimur, Et dicamus magnū
 gaudium nos ex illius cōsulatu, vel ex nuptiis,
 aut ex parte uxoris percepisse, quæ adeo non
 sunt gaudia, Et saepe initia futura tristitia
 sint. Gaudio autem iunctum est, non desinere
 nec in contraria versi. Et Virgilius, mala
 mentis gaudia, pro voluptatibus posuit.

Iubium cordis lætitiā ponit & gaudij 26
 speciem D. Gregorius, lib. 8. Moral. expo-
 sition. in Iob cap. 39. *Iubilum*, inquit, *dice-*
mus, cum tantā lætissimā corde concipimus,
quantam sermonis efficaciam non explemus, &
tamen mentis exultatio, hoc quod sermone nō
explicat, ore sonat.

Tristitia gaudio opponitur & delectatio- 27
 ni, quia est immutatio appetitus concupif-
 cibilis, ob obiectum mali præsentis, vel ima-
 ginati, *λύπη*, vocat D. Ioan. Damascen. lib.
 2. de Orthod. fide cap. 14. vbi quatuor eius
 species enumerat, prima *ἀχθς*, acedia, quæ
 est tristitia, defectionem vocis & taciturni-
 tatem inducens: secunda *ἀχθς* molestia, quæ
 est tristitia aggrauans pondusque adferens.
 tertia *φθρς*, inuidia, est tristitia ex alienis
 bonis proueniens: quarta *ἀλγς*, misericordia
 est

est tristitia ex aliorum malis. De his omnibus Gregorius Nicenus, lib. 4. de Decretis hominis cap. 12. Plato etiam, lib. 10. in Philebo vel summo bono. & eadem in suo libro transcripsit de Natura hominis Nemesius. cap. 19. Tristitiam citra inuidiam non malam semper dicimus, quod malos non reddat. Veruntamen dicetur tristitia animi vulnus ut scribit, D. Chrysoptom. tomo 5. homilia 6. dum disputat. *Quod Scitis sit principum timor.* Et Salomon, Eccles. capite 14. 2. vers. 2. *Felix qui non habuit animi sui tristitiam, & non excidit ab spe sua.* Et Eccles. ca. 30. D. vers. 21. *Tristitiam non des anima tua & non affligas te metipsum in consilio tuo. Iucunditas cordis hac est Vita hominis, & thesaurus sine defectuone sanctuatis.* Et vers. 24. *multos occidit tristitia, & non est stillitas in ea.* Et cap. 26. eius libri c. vers. 12. *Cor prauum dabit tristitia, & homo peritum resistet illi.*

- 18 Nihilominus tamen sciendum est duplex esse gaudium, & duplicem tristitiam Christianorum, qui rerum veritatem per Dei gratiam, per reuelationem vnigeniti Domini nostri Iesu Christi norunt. Vnum gaudium & verum est, in domino gaudere, quod semper apud nos ut sit, admonet D. Paulus ad Philip. cap. 4. Hoc autem gaudium spiri-
tale

ritale est, quia Deus spiritus est, & gaudere in domino, est gaudere, quod Domino obediamus, & voluntatem eius faciamus, vnde nos salutis spes pulcherrima iucundaque intrinsecus foueat. Docet Iesaias, cap. 51. D. ver. 10. *Gaudens, inquit, gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo, qui induit me Vestimentis salutis, & indumento iustitiae circumdedit me.* Et David, *Latatus sum in his, quae dicta sunt mihi, quia in domo Domini ibimus.* Et lib. 2. Esdræ cap. 8. c. vers. 11. *Dixit Neemias populo. Ite, comedite pingua, & bibite mulsum, & mittite panes his qui non preparauerunt sibi, quia sanctus dies Domini est. Et nolite contristari, gaudium enim Domini est fortitudo nostra.* Hic Matthæi 15. a. dum dicitur, *Intra serue bone, & fidelis in gaudium domini tui:* satis intelligitur. Quod quidem gaudium, hic dum peregrinamur in terra, plenum non est, quia nondum peruenimus quò properamus, & mutationi obnoxia omnis creatura in hoc seculo, tenendaue, Apocalip. cap. 3. b. corona, ne alius eam accipiat, & qui stat, cauere debet ne cadat, 1. Corinth. 10. 10. Gaudiaque bonorum mixta tribulationibus, tentationibus, & afflictionibus corporeis variis, variis, pro iustitia & fide, vnde bonis gaudium vt scribit D. Paulus, 2. Corinth. 8. a. vers. 2.

& in Actibus, cap. 5. g. & c. 8. g. *Discipuli ibant gaudetes a conspectu consilij, quod digni habiti sunt pro nomine Christi contumeliam pati.* Sic tristantur pij homines, sed illa est suauissima lætitia, cuius contristatus est mundi tristitia, non Dei vt scribit D. Chriostomus, to. 3. homil. 75. in D. Ioannem. Sic Christus, D. Mathæi cap. 5. *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Beati eritis cum maledixerint vobis homines &c. propter nomen meum. Et beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* Et in Euangelio D. Io. c. 16. *Tristitia & sestra vertetur in gaudium,* & Hierem. cap. 31. *Conuertam luctum eorum in gaudium.* Et D. Iacobus epistol. cap. 1. a. vers. 2. *Omne gaudium existimate fratres mei, cum in tentationes & varias incideritis, sciētes quod probatio fidei & sestra patientiam operatur, patientia opus perfectum.* Erit autem gaudium perfectum hoc & plenum cum Christo, vt ait D. Ioannes Epistol. 1. cap. 1. a. vers. 3. 4. *tunc enim, quando cum illo erimus abstergetur omnis lætitia, & in perpetuum perfecto gaudio fruamur,* vt scribitur Apocal. cap. 7. d. & c. 21. Aliud gaudium est huius seculi, quod extra Dei intuitum peregrinatur in voluptatibus, quibus boni tristantur, vocat gaudium terræ Esaias cap. 24. b. vers. 1. Et quia in reb. mobilibus

bilibus & vanis fundatur, sic varium hoc & mobile. extrema enim gaudij semper luctus occupat. Prouerb. 14. c. & Baruc. 5. g. Nec perpetuum hoc, quia dominum habet mundus mutabilem & Satanam, cum quo nemo vera gaudia diligere potest; nemo enim duobus Dominis seruire potest, Deo & Satanæ. Matthæi 6. D. Luc. 16. e. Hoc gaudium tristitia est bonis bona, destruens peccatum, si de eo doleatur teste Chrysost. tom. 5. homil. 5. ad populum Antiochen. mala tristitia dum malum non potest agere: item & inuidia item & desperatio. *Sic spiritus tristis deficiat ossa.* Prouerb. 17. b. quod & de tristitia extra Deum omni, non propter Deum, quæ melior, vtiliorue gaudio mundi.

Interpretatio, ex voluntate pendet: siquidem in dubiis locum habet, & ideo voluntatis nostræ exprimitur in ea appetitus. Et sæpe quisque interpretatur prout desiderat, vt heretici, qui carnales & sensuales sunt, omnes ferè locos sacræ paginæ, in sui falsi dogmatis confirmationem contorquere nituntur.

Libertas, est ex voluntate quod docuimus cum de bonitate ageremus in eius formis in titulo libertatis. Sed breu ter illud per anacephaleosin finitionis docet adhuc Iustinian. in §. & libertas quidem, de iur. pers, lib. 1.

Institut. iur. civil. tit. 3. *libertas est naturalis facultas eius quod cuique facere libet, & in §. seruitus autem eodem, est constitutio iuris gentium, qua quis dominio alterius subicitur*, quod omne excerptum est ex Caio Iurisconsulto. in l. libertas l. 4. de sta. homin. lib. 1. π. tit. 5. Et hac in parte notandum est, voluntatem liberam coerceri potestate alterius, siue sit Domini, siue patris, siue mariti, vel alterius iubentis cum potestate. Sic audiendus Ulpian. in l. velle non creditus l. 4. de reb. iur. lib. 50. π. tit. 17. *Velle, inquit, non creditur qui obsequitur imperio patris vel domini*. Sic apud Imperat. Gordianum in l. si sciens, l. 7. ad C. Velleia. lib. 4. C. tit. 29. scribitur, mulierem voluntatem & consensum præstantem marito, in alienatione rerum suarum, efficaciter non consentire, sed posse agere pro re sua recuperanda, etiã non restituito pretio. Accipitur etiam libertas à Valentinia. Casare in l. lenones, l. 6. de spectacu. lib. 11. C. tit. 40. pro voluntate & facultate libera agendi. *non sinimus, inquit, lenones filiorum suorum vel ancillarum, tanta libertate peccandi frui*.

31 Liberum arbitrium, voluntatis liberæ est: cum enim de potentia loqueremar, dicebamus quædam in nostra potestate esse, ea autem

tem

tū ex nostra voluntate libera pendere. Et id docet consultatio, in negotiis quæ aliter atque aliter expediri possunt : sunt & aperte functiones & habitus vitiorum, & virtutum in nostra potestate, sunt & actus qui ex cohortationibus vel dehortationibus dependent. Nam aliter hæc omnia superuacua. Et in nostra potestate & ex voluntate pendere docent præscriptiones legum, quæ ideo præscribuntur, quod sciant in nostra potestate esse quæ iubent, agere, quæ prohibent, non agere, vt scribit Nemesius episcopus. lib. de natu. hom. cap. 39. & 40. Sic Damascenus lib. 2. de Ortod. fid. c. 22. ἀλλογις ἐστὶν ἡ ὀριξίς τῶν ἀλόγων, καὶ ἀγοῦται, ὑπὸ τῆς φυσικῆς ὀριξίως διὰ δὲ διλήσεως λέγεται ἡ τῶν ἀλόγων ὀριξίς, ὅς βέλους. βέλους γὰρ ἐστὶ λογικῶ, καὶ ἀντιξείσις φυσικῶ ὀριξίς, ἐπὶ δὲ τῶν ἀνθρώπων λογικῶν αὐτῶν ἀγοῦται μᾶλλον ἡ φυσικῶ ὀριξίς, ἢ πρὸς ἀγοῦ. ἀντιξείσις γὰρ καὶ μετὰ λόγῳ κινεῖται, ἐπειδὴ σιωπῶν μίται εἰσιρὰι γνωστικῶ καὶ ἴστικῶ διωάμειο ἐν αὐτῶ, ἀντιξείσις ἔν ὀριγίται, καὶ ἀντιξείσις βόλιται, καὶ ἀντιξείσις ἴστικῶ καὶ σκίπιται, καὶ ἀντιξείσις βελώνεται, καὶ ἀντιξείσις κρινεὶ καὶ ἀντιξείσις διατιδεται, καὶ ἀντιξείσις προκαρεῖται, καὶ ἀντιξείσις ὀρμῶ, καὶ ἀντιξείσις πρᾶττει ἐπὶ τῶν κατὰ φύσιν ὄντων. i. Appetitus irrationalis est

irrationalis appetitus, non dicitur Voluntas
 nec concilium. Nam Voluntas est rationalis
 & liberam habens potestatem naturalis ap-
 petitus. In hominibus autem rationis compo-
 sitibus, ducitur magis naturalis appetitus quã
 ducat: libera enim potestate & cum ratione
 mouetur. Quoniam autem coniuncta sunt ap-
 petitiua & cognoscitiua facultates & Virtu-
 tes in eodẽ. Libera igitur potestate cũ Sult li-
 bere inquirat, libere considerat, libere consul-
 tat, libere iudicat, libere amat, libere eligit, li-
 bere mouetur, & libere agit in his qua secun-
 dum naturam sunt. Audiamus etiam Iam-
 blichum lib. de myster. Ægyptior. cap. 41.
 sic loquentem, Non totum in natura futi li-
 gatum est, sed & aliud principium anima, &
 natura & generatione præstantius per quod
 & Deo possumus copulari, & mundanum or-
 dinem superare, atque supernam Vitam, su-
 percaelestium Deorum actionem participare.
 Per hoc igitur nos ipsos a fato eximere possu-
 mus. Quando enim præstantiora eorum, qua
 nobis insunt, agunt, & ad præstantiora sui ip-
 sius anima reuocatur, tunc ab illis qua eam in
 generatione deuinciunt, penitus segregatur, a
 deterioribusque descendit, atque altera pro
 altera Vita commutat, seque ipsam in alium
 interferat ordinem, dum priorem ordinem
 omnino deserit. Et D. Hilarius breuiter ita

81

concludit, in psalmum 2. *Vnicuique nostrum libertatem & ita sensumque permisit Deus.* Et D. Basilius Magnus, homilia vel sermone quod Deus non sit author mali, peccati, inquit, *capax est anima, quia libero facta est arbitrio, quod creaturam rationis participem maxime condemnabit, soluta enim necessitate & in sua potestate, vitam constitutam accipiens a Deo.* Et Bardesanes doctrina Syrius hac de re diuine propemodum locutus est, cuius sententiam refert Eusebius Pamphili, lib. 6. de præpar. Euangel. *Quaedam, inquit, sunt in nostra potestate, quedam non sunt. Nam quemadmodum libertas nostra cogi non potest: sic corpus nostrum non facile potest pericula effugere. Et certe, si omnia potestatis essent nostra, nos essemus & inuersa, si & eorum nihil possemus, aliorum essemus organa, nihil nostra & voluntate producentes. Deo autem volente nihil impedi potest, illius enim potestati cuncta subiciuntur, qui & unicusque natura præcipuum aliquid est largitus: homini autem illud dedit eximium, & libertate & voluntatis atque iudicij & teretur.*

Quibus verbis adhuc annotare possumus 32
 differentiam inter libertatem Dei & hominis, & inter homines, & alia animantia: quòd Deus, omnia liberè velit & possit, homo liberè quædam non omnia velit & possit: bru-

ta autem libertatem arbitrij non habeant. Sic medium homo altiori gradu à brutis confurgens, quo sublato par illis est, tolli autem ab eo id non potest, quia suæ est naturæ: nam si suæ, non esset naturæ, frustra & Deus & natura contra ordinem fecissent, cum diuersam formam à brutis animalibus siue diuersa natura non constituissent Sic Cyrillus Alexandrinus lib. 3. con. Iul. Apost. scribit quod conueniebat, voluntaria operandi facultate, rationalem naturam insigniri, & electionis liberæ declarari fructum, in bonis operibus dexteritatem. Et Porphyrius lib. ad Neumenium notat voluisse quidem Deum veritatis socios esse homines, vnde & rationales fecit, eò quòd idonea sit illis ratio ad inuestigandum verum: dedisseque liberum arbitrium ideò vnicuique, vt in ipsis esset bonum voluntarium. Siquidem & superflua, mea sententia esset in homine ratio, si ea veluti faculas bruta, impulsæ & coacta aliunde manaret. Suffragatur Alexander qui libro de prouident. *Viderit, inquit, quis, & in ipsis diuina natura benignitatem erga nos, quoniam non possibile erat in nobis esse virtutes, natura dante facultatem cuius ipsa sit domina, possessionem eius non in alijs quibusdam, sed in nobis*

ipsis

ipsis fecit, Et id quod ab illa impossibile erat habere, hoc per ipsam accipere, quasi per illam possumus. Quocirca quia naturæ rationali illa arbitrii libertas data est, notandum est ex sententia Diui Bernardi, in libro vel tracta. de gratia & liber. arbitr. libertatem hanc à necessitate æquè & indifferenter Deo vniuersæque tam bonæ quam malæ creaturæ rationali conuenire, nec peccato nec miseria amitti vel minui, nec maiorem in iusto, quàm in peccatore: nec plenior in angelo quàm in homine, nam in bono & liberè agit, & in malo liberè agit quis.

Cum autem, inquit, non scalemus quod scolumus, sentimus quidem ipsam quodammodo libertatem esse captiuam, vel miseram non tamen amissam. Velle siquidem haret nobis ex libero arbitrio, non autem posse quod scolumus, Et dicebat Diuus Paulus, ad Galatas quinto. ideo ut, velle proficiat solum gratia Dei facit: cum deficit, ad malum se ipsum deijcit, ideoque liberum arbitrium, nos reddit volentes, sed gratia beneuolos. Nam liberum arbitrium solum velle pronuntiat liberum, sed velle bonū ex gratia inter quæ interest, sicuti & amare & timere simpliciter aliquid enuntiāt, sed amare & timere

Deum, aliud amare namque simpliciter, & timere, affectiones demonstrat, sed timere & amare Deum, virtutes simplices namque affectiones in sunt naturaliter nobis, non tam ex nobis sed addimeta ex gratia. Ea enim illa ordinat, ut nihil aliud sint virtutes, quam ordinatae naturae affectiones. Et paulo post idem Bernardus, *Primus homo Adā amisit superiorē partē consilij, & non posset peccare: corruit enim de non posse si solusset peccare, in non posse non peccare, amissa in totum consilij libertate. per propriam quippe libertatem servus peccati factus, merito perdidit libertatē consilij. Quamobrem cum homo in honore esset non intellexit, & comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis, & scribitur Psal. 48. Hunc honorem servavit quandiu non peccavit, hunc amisit, quia non servavit: peccavit, quia liberum ei fuit. Datum autem liberum arbitriū peccandi non ut peccaret, sed ut gloriosior appareret, si non peccaret cum peccare posset. Nec fuit ideo culpa dantis Dei, sed abutentis. Unde non Deo vitium hoc adscribitur, sed vitio voluntatis. lapsus tamen ex voluntate, non perinde atque ex voluntate resurgere iam liberum habet: quia etsi voluntati datum fuerit posse stare ne caderet, non tamen resurgere datum si caderet. Sola voluntate cecidit homo in foveam peccati*

peccati, sed non sufficit ex voluntate & possit
resurgere, quod iam & si velit non possit non
peccare. Neque tamen perdidit liberum arbi-
trium, sed liberum consilium. Manet itaque
post peccatum etiam liberum arbitrium, &
si miserum, tamen integrum: liberum enim
arbitrium non potentem, non sapientem, fa-
cit creaturam, sed volentem. Quamobrem
in operatione bona ex libero arbitrio duo-
bus egemus.

Prouocamur namque à voluntate & libe- 21
ro arbitrio, ad boni operationē, sed egemus
diuino auxilio, quia vt scribitur Sapient. ca.
16. b. vers. 14. *Homo occidit per malitiā qui-
dam animam suam: & cum exierit spiritus
non reuertetur: nec reuocauit animam qua
recepta est:* ostendens hominem quidem per
se labi posse, sed non per se resurgere occi-
dendo per peccatum animam suam, nō cor-
pus, & ita intelligi quod in psalmis dictum
debet, Psal. 77. *Spiritus cadens & non re-
diens: vadēs, per se à gratia decidēs per pec-
catum: non rediens, ad gratiā per se sine Dei
ope.* Quod tamen aliqui insulse crediderunt
de spiritibus à corpore solutis, quos nō pos-
se redire psalmographi autoritate conclu-
dunt. Nemo itaque propria sola voluntate
saluari potest, neque tamen sine ea saluatur
inuitus Et quanquam scriptum sit. D. Ioan.

cap. 6. *Nemo Venit ad me, nisi pater traxerit illum.* Et D. Luc. cap. 14. *Compelle eos intrare:* Velleque Deum omnes homines saluos fieri, 1. ad Corinth. 2. Nullum tamen existimat Deus dignum salute, quem antè non probauerit voluntarium. Et hic illius est scopus dum terret, dum percutit & flagellat: id enim facit, vt reddat voluntarios quos non vult saluare inuitos, vt ex malo in bonum mutet voluntatem, sic eni in transfert non mutat libertatem. Notandumque semper, tractionem illam non esse inuitorum. Nec enim cæcus Paulus dum trahebatur ad manus, contristabatur, vel erat ideò afflictus, neque inuitus tractus Damascum, sed volens Actuum 14. sic nec inuitus designatur animus, dum dictum in Canticis sacris Cant. 1. *Trabe me post te, illud enim quod sequitur in dicat, in odorem Sanguentorum tuorum curremus.* Trahimur etiam à propriis concupiscentiis, sed quomodo? non inuiti, sed illecti, Iacob. 1. Sic D. Paulus 1. ad Rom. 7. Inuenio aliam legem repugnantem &c. docent & nos scriptura sacra, Deum trahere nos voluntarios & semper nostram voluntatem exposcere, ad salutem nostram conciliandã. *Fili mi, inquit, prabe mihi cor tuum,* Prou. c. 23. *c. Deus ab initio constituit hominem liberum, & relquit eum in manu consilij sui: adiecit manda*

mandata & precepta sua: si solueris mandata
 seruare cōseruadunt te: apposui tibi aquam &
 ignem &c. Eccl. 15. & alibi, Luc. 13. Quoties vo-
 lui congregare filios tuos Hierusalem, & no-
 luisti. Si audieritis me & solueritis me, bo-
 na terra comedetis: quod si nolueritis, & me
 ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuo-
 rabit vos, qui a os domini locutum est. Eisaia,
 1. e. vers. 8. Rursum, Ego sto ait Dominus, ad
 ostiū & pulso. si quis aperuerit mihi anuā, &
 audierit me, intrabo & cenabo cū illo. Apoc.
 3. Suntque alia his plura similia consulto o-
 missa. Duo igitur obserua in resolutione li-
 beri arbitrij, quatenus per ipsum operamur:
 nempe gratiam Dei & voluntatem nostram 34
 ad bonorum actionem, alterum enim sine
 alio non operatur, in quo plures lapsi sunt:
 alij, quod soli arbitrio siue gratia, omnia tri-
 buunt: alij, quod nihil voluntati hominis, sed
 omnia gratia, & cuidam veluti fato, assigna-
 uerint. In primo errauit Pelagius, vt scribit
 D. Augustinus, contra eum, & Faustus Epi-
 scopus, & alij nostri potissimum Calviniani.
 lib. de liber. arbit. c. 1. Nam in libero arbitrio,
 si tollatur voluntas, vbi quaeso ipsa est vera-
 rum origo virtutum? Si gratia tollitur, vbi
 cōstituemus bonorū ipsam causam merito-
 rū? vt ait D. Ambr. lib. 1. de vocat. gent. c. 1. &
 rursum

rursum, lib. 2. de vocat. gent. cap. 2. libero arbitrio possumus acceptare bona, sed tamen ideo boni non sumus, nisi fecerimus: & aliud est habile esse ad bonum aliud esse bonum: sicuti non omnis sanabilis sanatur, nec reparabilis reparatur: quia reparabilem & sanabilem esse de natura est, sanatum autem & reparatum esse ex gratia. Audiendus iterum D. Bernardus, *Tolle, inquit, liberum arbitrium non erit quod saluetur, tolle gratiam, non erit unde saluetur: opus hoc salutis sine duobus effici non potest, & non a quo fit altero cui, & in quo fit Deus: auctor est salutis: liberum arbitrium tantum capax. Nec dare illam nisi Deus, nec capere eam nisi liberum arbitrium potest.* Quod ergo a solo Deo, & soli libero arbitrio datur, neque absque consensu accipientis esse potest neque absque gratia dantur. Et ita gratia operanti salutem, cooperari dicitur libero arbitrium dum consentit, hoc est, dum saluatur: ideo nec pecora saluari possunt, quia non habent naturalem consensum, quantum habeant naturalem appetitum. unde D. Augustinus lib. 1. ad Simplicem. *quæst. 1. Hoc enim restat, inquit, libero arbitrio, in ista mortali vita: non ut impleat homo iustitiam cum soluerit, sed ut se simplici pietate conuertat ad Deum, cuius dono, id est, gratia, eam possit implere.* Succurrit etiam hac de re D. Chrysostomi adferre testimoniū, tomo 1. homil. 58.

in Genes. *Persuademus, inquit, nobis, quod liceet infinite eustamur, nihil tamen prorsus recte agere possumus, nisi superna gratia adiuui: sed sicuti nisi eam habeamus nihil agere possumus recte, ita nisi id quod nostrum est attulerimus, non poterimus superum acquirere fauorem.* Attamen illud sciendum est verissimum esse quod ait Mercurius Trimegistus ad Tatium, in Pimandro sermo 4. *diuina officia precedere, & humana sequi debere.* Demus igitur operam ut & nostra adferamus & supernum fauorem alliciamus, ut ex nostro studio, & Dei misericordia virtutes nostrae quotidie crescant, multaque superna fruamur gratia. Sic intelligenda sunt verba illa, *sine me, inquit Deus, nihil potestis facere* D. Ioan. Euangelist. cap. 15. Et illud Psal. 126. *Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra sigilant qui custodiunt eam, & illud. Non est solentis, nec currentis, sed miserentis Dei.* Propriis enim viribus, nihil posse nos exequi satis patet & quisque fatetur. Ceterum nunquam ob deficientem Dei opem defectus nostrer accidit, ipse enim semper ad nos iuandos se paratum exhibet, cum omni ferè momento, ut illum recipiamus, aures nostras & conscientias interpellet & conuersionem à peccatis desideret. Sed nos insensati, & tardi corde, semper vel plerunque resistimus Spiritui

ritui sancto, & bona Dei monita & opem
 etiam non querentibus exhibitam, procul,
 ingratiſſimi & ſceleſti amādamus. Vnde iure
 nobis exprobrat per Ieſaiam Deus beneficia
 aſſidua, c. 3. a. ver. 3. & 4. *nunc ergo habitatores
 Hieruſalē & ſiri Iuda, iudicate vter me &
 ſinea meam: quid eſt quod ſupra debui facere
 ſinea mea, & nō feci ei?* &c. Labimur itaque
 per nos ipſos facile, & facilis deſcēſus auer-
 ni, ſed reuocare gradū, hoc opus, hic labor
 eſt, vt aiebat Virgilius. Porro quidam curio-
 ſe conqueruntur, cur Deus qui omnia præ-
 uider, quiue omnia poteſt, hominem creauit
 liberum arbitrio, poſtquam ſciuit illum ſua
 libertate caſurum? Cui reſpondere ſufficeret
 quia ita placuit. Cæterum quia diuina & per-
 fectiſſima opera Dei, néux ob ignorantiam
 prætextu pietatis calumniantur, recipiant
 eius modi ſolutionem. Deum ad imaginem
 ſuam & ſimilitudinem creaffe hominem, vt
 ſcribitur Genef. 2. oportebat itaque, vel ra-
 tioni bonitatisque congruebat, opus ad ima-
 ginem & ſimilitudinem Dei, liberi arbitrij &
 ſuæ poteſtatis inſtitu: in hoc enim ſimilitu-
 do Dei, in arbitrij ſcilicet libertate & pote-
 ſtate: & inſufflatio illa Dei, vnde animatus
 homo, vtique liberè & ſuæ poteſtatis. Quin
 & non conueniebat vt homo qui totius or-
 bis creatus eſſet Dominus, ſui eſſet ſamulus.

Et

Et quia bonus tantorum Dominus per se esse debebat, nulla necessitas ad bonum vel malum illi indita, sed libertas boni sponte agendi, & mali repudiandi concessa, & libertas illa bona ob maius meritum: nec potuit esse respectu authoris mala, verum respectu motus libertatis, quo male usus homo ad malum est, mala: non à Deo ita habens originem, sed ab homine, qui transgressus est voluntarie & nulla necessitate, nec causa mali ad Deum reuolui potest, quod is arbitrium concesserit liberum: æquum enim fuit, ut qui iuste concessit uti aliquo, pro arbitrio eius cui concessit, uti permetteret. Nec oportuit illum prohibere lapsum, nã eo ipso donum arbitrij & libertatis, rescidisset & mutasset voluntatem Deus, & temerè, quod absit loqui & proferre, quæ prudenter præscripserat, subuertisset. Et quanquam seductus fuerit Adam ab angelo Sathana, tamen nõ causa peccati Deus. Dederat namque arma illi Deus ad propellendas insidias, liberum arbitrium, & præcepti præscriptionem, cum prædictione mortis, quibus resistere poterat: cum opus Dei & ad imaginem Dei factum fortius esset angelo. Et hæc omnia eruditè docuit Tertullianus, libr. 2. aduers. Marci. & D. Ireneus. libr. 4. ant. hæ. cap. 72.

Docet & pluribus Damascenus lib. secundo de Orthod. fid. cap. 25. & cap. 27. quare liberæ potestatis & arbitrij facti sumus. Et D. Cyrillus Archiepisc. Hierosolym. catechesi illuminatorum 7. ostēdit fortius esse arbitrium damone. *Liberum*, inquit, *arbitrium habet anima, & potest quidem Diabolus incitare, id cogere autem non potest præter voluntatem omnino. Subijcit tibi scortationis cogitationes, si vis probas: si nolis improbas. Si enim ex necessitate scortareris, cuius gratia Deus gehennam parasset? & si natura, & non voluntate iusta ageres, cur Deus coronas pararet? Mansuetum namque est animal ovis, neque tamen illa propter mansuetudinem coronatur: quoniam illa mansuetudo non a voluntate, sed a natura illi inest.* Et rursus idem, catech. 7. illuminat. *non ex necessitate, sed ex voluntate in sanctam Dei adoptionem devenimus, quæ Dei gratia eget, dum ad opus bonum transgreditur.* Concludamus itaque cum D. Hilario, in Psal. 118. *Quod seruitus nostra, ut in fide seruitutis maneat, misericordia Domini indiget. Imbecilla enim per se aliquid obtinendi, naturæ infirmitas. Et hoc tantum naturæ suæ officium est, ut aggregare se in familiam Dei velit & caperit: diuinæ verò misericordiæ est, ut volentes adiuuet, incipientes confir-*
met

firmet, adeuntes recipiat. Ex nobis autem initium est, ut ille perficiat. Et hæc hæctenus de libero arbitrio, loco compendij, voluntatis humanae, dicta sint.

Observandum adhuc tamen liberum arbitrium aliter accipi, cum Deo tribuitur, aliter cum Angelis, & sanctis, aliter cum tribuitur hominibus. In Deo liberum arbitrium, dicitur eius sapientissima & omnipotens voluntas, quæ non necessitate, sed omnia prout vult facit. Solusque Deus est, in quem peccatum non cadit, nec cadere potest. Liberum arbitrium sanctorum beatorum, & Angelorum bonorum est, ut ad malum flecti non possint, nec velint, confirmati in gratia & gratias non natura tales. Liberum arbitrium hominum in hoc seculo viventium, in voluntatis peccandi & non peccandi. De quibus omnibus tractat Magister Sententiarum, & ibi commentatores. lib. 2. tota dist. 25.

Coactio necessitas ve pugnans libero arbitrio. Quæ enim necessitati subiacent, non contingit aliter aut aliter se habere, prout necessaria sunt, sed simpliciter talia dicuntur, ut scribit Aristoteles lib. 4. Metaph. cap. 5. Et ita contrarium voluntario necessarium posuit idem Aristoteles 5. Metamorph. ca. 5. & inevitabile. Quamobrem & lib. de mundo scribit immobilem statum mundi, dici

necessitatem, & *εἰμπεμύων*, i. fatum. eadem
 scribit Nemesius lib. de natur. hominū. c. 39.
 quod maximè de necessitatibus à Deo de-
 terminatis intelligendum. de quibus & vul-
 gare prouerbum fuit, nec deum vnquam cū
 necessitate pugnare: quod de diuinis neces-
 sitatibus intelligendum ducit Plato, stultif-
 simam illam arbitratus sententiam, in neces-
 sitatibus humanis, quia supra eas est Deus. In
 his autem quæ determinat, minime sibi con-
 trarius, vt ille Plato scribit. lib. 34. dialog. 7.
 de legib. Nam & li. 33. in Critiæ vel de Athlā-
 tico bello. in Deo necessitatem omninò di-
 cit esse voluntariam. Item inuoluntarium
 pugnat arbitrio, veluti omne violentū, quod
 & per consequens acerbum est, vt scribit A-
 ristoteles lib. 2. Eth. ad eudem. per violentiam
 autem aliquid fit, quando principium
 actiuum, id est causa extra est, vt scribit D.
 Ioan. Damascæ. lib. 2. de orthod. fid. c. 24. Et
 Nemes. lib. de nat. homi. c. 30. Et quia volun-
 tatem diximus esse ex natura animalis rati-
 onalis, non mirum est, si dicamus, contrariū
 illi violentum, cū violentum sit contra na-
 turam vt scribit Aristoteles lib. proble. sect.
 1. q. 6.

- 39 Licentia ex voluntate pendet agendi
 quod velis. quare quia illa sub libere conti-
 netur arbitrio, de illa non amplius: item e-
 tiam

tiam quia de illa sub potētia in facultate. Sic
 Vlpia. l. 1. de hered. institu. lib. 28. §. tit. 5.
*Qui testamentum, inquit, condit, plerumq;
 mittum facit ab heredis institutione, licet tu-
 men ab exheredatione incipere.* licet, hoc est,
 in voluntate disponentis situm est. Et Con-
 stantinus Cesar licentiam disponendi, inter-
 pretatur facultatem, prout voluerit testator,
 disponendi. in l. 1. de sacros. Eccl. lib. 1. C. tit.
 5. Notandum tamen est aliter licentiam v-
 surpata[m] ut malam, cum quis putat sibi iure
 licere, quod iure prohibetur, & hæc plectitur.
 in can. placuit, 21. q. 2. in 2. par. decre. Gratia.
 Et sic non omnia expediūt, nec honesta sunt
 quæ licent, hoc est, quæ exequi facultate &
 actione corporali possumus, quæ iure prohi-
 bentur, ut scribit Paulus Iurisc. l. non omne,
 l. 186. dereg. iur. lib. 50. §. tit. 17. hoc enim
 voluntas mala corrumpit negotium, quod
 secundum iustam voluntatem non fit. Alia
 verò licentia, bona & iusta. Permissio etiam 40
 ad arbitrium liberum refertur. Sicuti ex lege
 Seueri & Antonini cōstat. l. 1. titulo de ædifi.
 priua. lib. 8. C. tit. 10. *potes, inquit, adificare
 balneum forma permissa, si desideras,* & ibi
 desiderium ad permissionem refertur. Et
 qui ex permissione prætoris ire potest, liberè
 ire potest, & prohibitionem tollere eius re-
 medio. ut scribit Vlpianus. in l. 1. ne vis fiat ei

qui in possess. ite iussus est lib. 43. π . tit. 1.
 Quod autem permissio voluntatis sit, & ad-
 huc illud probat, quod is cui aliquid permit-
 titur facere non teneatur, si nolit facere, nec
 permissio inducat necessitatem, ut scribit
 Papin. Iurisc. in l. non quicquid, l. 40. de iud.
 lib. 5. π . tit. 1. hæc permissio de futuro vide-
 tur esse, sicut & quæ opponitur, prohibitio,
 quæ est de eo quod fieri debeat. ut scribit Cō-
 stanti. Cæsar. in l. fin. de pact. pigno. lib. 8. C.
 tit. 35. Vtraque prohibitio nempe & permis-
 sio, verbo & facto fit; verbo, dum fieri vetat
 vel lex vel homo, testamento, vel contractu,
 vel mandato: vel permittit facto, dum vi-
 quid fieri prohibetur vel vis agenti opponi-
 tur. Et hæc in iure pertractando passim se
 offerunt.

- 41 Passiones animæ, sunt concupiscibiles ap-
 peritus, & irascibiles, de quibus seorsum di-
 ctum est, & videbis eas in diuisione appeti-
 tus. Galenus. tomo. 3. circa princ. lib. de sym-
 ptomat. differēt. de passionibus ita loquitur,
*In summa, inquit ipsum affici idem quodam-
 modo quod pati est, differtq; ab effectu, affecti-
 one, & motu quippe cessante eo quod altera-
 bat, alteratio quæ in posse iam remanet, affe-
 ctus eius est, ita scilicet, ut in ipso verti &
 mutari & alterari, & moveri passio genera-
 tionem habeat, in eo vero quod manet, & in*
subte

subiecto corpore referuatur affectus constat, iam ipsum quoque permanentem affectum Graeci passionem nominant, & sicut etiam quod iam fecit, & sicut etiam quod iam fecit, causam. Et paulo post eod. lib. Galen. passionem ab actione discernimus, tanquam quod sit ab eo quod facit, sicut morbum a sanitate, & sicut id quod praeter naturam est, ab eo quod secundum naturam. Spes à viguerio definitur, in institutio

Theolog. c. 1. §. 10. vers. 1. ubi. de spe agit. ut fit immutatio appetitus irascibilis in bonum sensibile, arduum quod potest adipisci. Quae definitione, inquit, declaratur obiectum habere, quatuor conditiones, per quas actus spei differt ab aliis passionibus. 1. ad Roma. 8. quod obiectum sit bonum, quia spes non est nisi de bono. Mala enim non speramus nisi sub ratione boni, id est, nisi quatenus mala bona ducimus, sed ea timemus. Secundò, Quod illud donum sit arduum, & cum difficultate possit adipisci: nemo enim dicitur sperare id quod potest, dum voluerit consequi statim: in quod differt à desiderio. Tertio, quod illud bonum sit futurum, quia de praesenti non est spes: nam quod videt quis, quid sperat? ut ait D. Paulus. ad Rom. 8. Et in hoc differt à gaudio, quod est de bono praesenti 4. quòd illud bonum sit possibile adipisci, non enim speramus impossibilia,

in quo differt à desperatione: est enim desperatio, impossibiliū imaginatio, ad quam peruenientes homines, c. iſant à boni persecutione. spes autem persequitur, cessatque desperatio. Et Aristoteles sectio. 30. Probl. q. 6. scribit nos boni futuri spe delectari, non autem rei tristes. Et lib. 2. rhetor. ad Theod. c. 5. spem esse rerum salutarium. De spe plura proprio tractatu in virtutib⁹ dicta in Syntaxi nostra videre potes. lib. 39. c. 22. 23. 24.

De Regulis appetitus.

C A P. X L.

1 **A**ppetitus legem & interpretationem potestatis & effectus accipiunt, secundum naturam rerum propriam, de quibus appetitus dicitur. Alius enim & minor appetitus solum naturalis. Maior planta, hoc maior animalis & fortior, quia melioribus organis ducitur, nempe sensibus. Sed excellentior in hominibus, quia voluntas libera. Constantior in Angelis. Sed sine comparatione & omnino excellens, voluntas Dei, cuius sit nomen benedictum in aeternitate aeternitatis, amen.

2 Quò magis voluntas accedit ad maius bonum,

bonum, eò præstantior: Quanto magis ad malum, eò peior.

3 Operum quæ motu voluntario fiunt, 3
alia libera sunt, alia affectibus corporum ser-
uiunt: priora, à nobis absque impedimento
fiunt: posteriora verò non perpetuò, sed in
tempore & cum mensura. Nam ire ad ali-
quem, aliumque alloqui, & capere aliquid
& recipere, absolutè libera sunt. Egerere ve-
rò & mingere corporis affectuum sunt re-
media. Atqui nonnulli tacuerunt annum in-
tegrum, eoque amplius, idque sponte sua,
egestionem verò vel urinam retinere, non
modò annis, sed nec mensibus quidem pau-
cis nemo potuit, quod & de respiratione
quoque dicendum, vt scribit Galenus. lib. 2.
de motu musculor.

4 Quod est per se concupiscibile vel desi- 4
derabile, vel voluntate appetibile propter se,
quia bonum: in eo, voluntas melior perfe-
ctior, & præstantior, eo quod desideratur
propter aliud.

5 Motus omnis corporis animalis, per se 5
est voluntarius in homine, cum ille per eam
sedari & instigari possit, vt eundo, sedendo
ambulando, &c. Galenus libr. 2. de mot.
musculo.

6 Deus, imo & iudices, magis ad cogita-

Deum & inter homines est. Et D. Gregorius Nyssenus, lib. 5. de creat. hom. siue de voluntario, c. 5. *omniò, inquit, eius quod facimus virtutem habemus, quorum virtutem non habemus, horum nec operationes.* Cum itaque nihil sit in rerum natura, quod vim atque virtutem non habeat, opere prætiũ est, quoddam generale principium constituere, ad quod virtutes rerum, tanquam ad genus referantur. Quomodo autem in singulis propriæ vires & virtutes insint, illud ex sequentibus parebit. Quamobrem dicamus, quid significet virtutis nomen, & quæ sit eius substantia. Cicero virtutem à viro dictam esse vult. 2. Tuscul. Item Varro 4. de ling. lat. *Virtus, & Viri*, inquit, *vis a Virilitate.* Et Severinus Boetius. lib. 4. de consolat. prosa 7. *Virtus*, inquit, *vocatur, quod sicut viribus nitens non superetur aduersis.* Ego & virtutem & virum à viriditate, quia dum quædam res viret, est in maiori efficacia suæ naturæ: ante namque virorem, crescit, post virorem, aliquid efficaciæ amittit, & concoquit quæ viriditate acceperat. Consentit Cassiodorus, qui enarratione in psalmum, 139. *Virtus*, inquit, *à viriditate dicta est, quæ nescit aliquo labore marcescere.* Euthymius autem Zigabonius Græcus author, enarratio. in psal. 83. *Virtutem ideo dictam esse existimat, quia viribus*

ribus potentiorē hominē illum reddēt, qui eam amplectitur: vel vtrumque à vi. Sic enim scribit Lactantius, lib. de opifi. De i. c. 12. *Plus roboris moribus attributum est, qui facilius ad patientiam tugi maritalis, fœmina cogentur. Vir itaque nominatus est, quoniam maior in eo vis est, quam in fœmina. Et hinc Virtus nomen accepit.*

- 3 Vitium Græci dicunt κακία, ἰλάσμεμα, vitium, detrimentum, diminutionem. Plato li. 23. in Cratulo. κακία, opponit ἀρετή, aitque se ignorare vnde dicta ἀρετή, κακία, autem dictam quasi κακῶς ἰσμε, malè vadens. hinc & Hebræis חסר choser & משהס macheser, defectus dicitur vitium, quia à perfectione est defectio, dicunt & חסר chesed & חרפה, cherpah, opprobrium, crimen, & vitium, & דופי, dophi, calumniam & vituperium, item פדפה pedephah, idem.

- 4 Porro quid ea sit virtus, prout generaliter accipitur nomen, hoc à nobis, tam ad corporalia, quam spiritualia extendentes, possumus variis authorum antiquorum determinationibus ostendere: quædam tamen, non omnia, ne opus immentum sit, adferemus. In primis illam Hyppodami Pythagorei finitionem, qui lib. de fœlicita. sic virtu-

tem

tem

tem

tem in vniuersum definit, doricè, ἀρετὰ τὰς
 ἡμετέρας φύσεως καὶ ἀκρίτας καὶ τελειότητας ἐστίν.
Virtus, inquit, & *niscuiusque natura* & *ex-*
cellentia & *perfectio* *is est*. Et Cicero, i. de
 legibus *Virtus nihil aliud est, quam in se per-*
fecta & *ad summum perducta natura*. Sic
 contrà, vitium, quod perfectam inducit cor-
 ruptionem, vt scribit Philo Iudæus lib. quod
 deterius perfectiori insidietur. Suidas in ver-
 bo ἀρετῆς ait virtutem esse habitū, optimū per
 quē id in quo ea est, optimū fit, & suum mu-
 nus rectissimè præstat: & quod virtus, se-
 cundum naturam est, vitium contrà. Probè
 certè videntur hæc finitiones, sed magis na-
 turam exprimere mihi videtur illa Aristot-
 telis, i. Rhetoric. c. dum ait, virtutem esse
 δυνάμειν περιστικὴν ἀγαθῶν, καὶ φυλακτικὴν,
 δυνάμειν ἐπιγρηγορικὴν πολλῶν, καὶ μεγάλων, καὶ πάν-
 των πρὸς πάντα. hoc est, facultatē bonarū rerū
 consiliatricem & conseruatricem, faculta-
 tem beneficam bonarum & magnarum re-
 rum, atque adeo omnium per omnia. Dice-
 mus & rursum virtutem omnem, esse vim
 naturalem quandam, rebus inditam à Deo,
 quæ aliquid certum terminum perfectionis
 præscriptum habet. Nam, vt ait Virgilius
 lib. 6. *Aeneid.* vers. 726. *omnia.*

Spiri

*Spiritus intus alit, totamq; infusa per
artus.*

*Mens agit, molem, & magno se cor-
pore miscet. Et*

*Inde hominum pecudumq; genus, &
taq; volantum,*

*Et que marmoreo fert monstra sub
equore pontus, &c.*

Constituit enim Deus rebus omnibus
propriam vim & speciem communem, ter-
minos imposuit homini, quos præterire non
potest, Iob capit. 14. a versicul. 5. constituit
& terminos violentis maris, in quos cõfrin-
gat fluctus suos, ostenditque auroræ locum
& cubiculum suum. Iob c. 38. a vers. 11. 12. &
13. Et Actuum c. 17. f. vers. 26. Deum fecisse
vniuersam terram ait D. Paulus, & definisse
tempora certa, & tempus habitationum ho-
minum. Describit id ipsum in reliquis rebus
per singula David, Psal. 103. qui postquam
sigillatim scrutatus est Dei admirabilem in-
singulis sapientiam, subdit *Aperiente te ma-
num tuam, omnia implebuntur benedictione
aut bonitate: auertente autem te faciem, tur-
babitur, auferes spiritum eorum, & defi-
cient, & reuertentur in puluerem suum. E-
mitte spiritum tuum & creabuntur, & re-
nouabis faciem terræ. Sit gloria Domini in se-
culum, latabitur Dominus in omnibus operi-*

*bus suis. Qui respicit terram & facit eam tre-
 mere, qui tangit montes & fumigant, Ex qui-
 bus verbis constat res omnes corporales ni-
 hil præter terram esse & puluerem, vim au-
 tem eorum & virtutem à spiritu Domini
 promanare. Sic alibi Sap. c. 1. scribitur, quod
 spiritus Domini repleuit orbem terrarum. Et
 Psal. 31. b. Verbo Domini calos firmatos, & spi-
 ritu oris eius, omnis virtus eorum. Et in mun-
 di Genesi, Gen. 1. illa erat spiritus Domini,
 qui פרו הים על-סררפת merachephet gnal
 pene hamaim, id. qui incubabat vel fouebat
 illam informem materiam primam, hoc est,
 qui dabat seorsum cuique rei propriam vim,
 cum tamen omnia simul, ipsius Dei respectu
 facta, & intuitu Spiritus sancti, qui omnia
 cum Patre & Filio simul creauit, vimque
 propriam cuique creando infudit, & vitam:
 quamque cum voluit præscindere Deus,
 ob scelera quæ ante cataclysmum increue-
 rât, recte subtractione spiritus sui, expressit,
 dum Gen. c. 6. a. vers. 3. dixit Deus, Non per-
 manebit spiritus meus in homine in æternum
 quia caro est, eruntque dies illius centum &
 viginti annorum.*

Cum itaque perfectiones omnes rerum a
 Deo sint proculdubio, dicemus virtutem
 omnem ab eo emanare. Nam & Galeno lib.
 7. de Hypocr. & Plat. decret. virtus, est vniuf-
 cuiusque

cuiusque naturæ perfectio, quò sit, inquit, ut cum in vnaquaque re vnū sit optimū & vnū perfectum, consequenter & vna virtus erit. Et vbique quæque res esse habet, ibi & virtus est. Sic etiam Aristoteles inquit, talem in homine ponit vnicam virtutem, eò quòd habeat vnā perfectionem, rationem scilicet: hanc autem dicit scientiam: ut vnū vitium, scilicet ignorantiam vel inscientiam. Chrysippus autem plures, quorum & componit lites, dum ait, *Cum in homine tres diuersæ partes putantur, scilicet pars rationalis, irascibilis, & concupiscibilis, diuersæ quadam virtutes inesse videntur: Et in rationali, prudentia, sapientia, & scientia: in irascibili, fortitudo: in concupiscibili, temperantia.* Aristoteli probatur sententia, Et vnica existente facultate in homine, qua ratiocinamur, vnica sit virtus, malorum scilicet & bonorum scientia. Quæ quidem scientia cum bona sunt eligenda, & fugienda mala, temperantia: cum agenda sunt bona, mala non agenda, prudentia: cum alia fidenter suscipit, alia detrectat, fortitudo: & cum vnicaque, prout conuenit, distribuit, iustitia nominatur. Sic virtutes reliquarum partium separatae sunt, tantum habitus & potentia. His subscribit Seneca, lib. 9. epistol. Epistol. 67. *Rationi, inquit, par est ratio, sicut rectum recto, ergo virtus: ergo &*

Sirtus, non aliud quam recta ratio. Magna autem inter se habent discrimina virtutes, variante materia, quæ modò latior est, modò angustior, modò illustris, modò ignobilis, modò ad multos pertinens, modò ad paucos, in omnibus autem his, id quod optimum est, par est, tanquam viri boni partes. Non aliter quàm ætates homini diuersa, vnius hominis partes sunt. Sic virtutem dicemus sermonis & orationis perfectionem, ad quam peruenire debet. Et vitium, declinationem ab illa, & corruptionem illius, veluti Galenus, lib. de Sophisma. in verbo contingentibus. *Dictio, inquit, habet Sirtim in significando, quæ si corrumpatur, perdit Sirtim suam.* Orationis autem virtutem vnicam ego existimo, nempe aptè dicere: sicut vitium, ineptè dicere: atque partes illius virtutis, dixerim non virtutes: quas vocat virtutes tamen in oratione M. Fabius Quintilian. lib. 1. c. 9. nempe quod dilucida, emendata, & ornata sit oratio per eas, hæc enim ad vnum referuntur, nempe aptè dicere. Sic Plato etiam in Gorgia dixit virtutem, vim cuiusque instrumenti, siue corporis, siue animæ, & eorum quæ ordine, rectitudine & arte cuique tradita sunt. Quia virtus, vnum quoddam à materia semotum & nuper mixtum. Quæ ratione Menedemus Erithrensis, multitudi-

nem ac differentias sustulit, vt & Zeno, vt scribit Plutar. lib. De virtut. moral. Rursum Plato, dial. 4. de Repub. vel de iusto. *Vna species mihi Virtutis occurrit: prauitatis Verò, innumera.* Quod existimo dictum quia vnus est terminus, vna via qua res perficiuntur: plures autem viæ quibus à perfectione aberratur. Non secus ac vna via, scopus potest à sagitta percuti, cum pateant plures vndique modi aberrandi. Et Origenes parte 1. homil. 9. c. 16. in Ezechielem, scribit etiam, quod vbi peccata sunt, ibi multitudo: vbi virtus, ibi vnio & singularitas. Notandum tamen esse admoneo, virtutem non in omnibus elucere, quanquam virtutis sint capacia. Nam omnia quidem disposita sunt potentia ad vim illam & gradum propriè perfectionis, generi vel speciei concessum attingendum & recipiendum, veruntamen non omnibus, nec semper contigit eousque peruenire: vel quia ante tempus pereunt, vel quia robur quod exigitur naturale deficit: vel extrinseco vel intrinseco aliquo accidente prohibetur. Sic seges ad propriam virtutem & maturitatem non semper peruenit: quia vel herba depasta est, vel radices vermibus exese, vel gradine, vel calamitate alia cæli vel soli percussæ: vel deficit humor, & huiusmodi ob causas similes, ignis vim etiam perpetuò non exerit, ob hume

humectum nimium vel aquosum lignum. Non petit altum leue, vel igneum, reflexum in medio itinere. Nec graue petit deorsum, sursum violenter adactum. Sic non semper, nec omnes pariter homines, virtutem exerunt: vel mollitie, vel negligentia, vel alio quouis prauo impedimento, aliò declinantes & aberrantes. Excedunt etiam ab ea in pluribus. Quamobrem & si potentia ad virtutem nati sunt, virtuosi tamen non nascuntur. Sed ex frequentibus habitibus, talis paratur habitus virtutibus. Vt verè omnino dictum sit, omnis virtutis laudem in actione consistere. Quod tractat Aristoteles plurius in locis, sed potissimum lib. 1. Magno. mart. c. fin. & Cicer. 1. Offi. dum agit de prudentia. Qua in re differt à potentia virtus, quæ actu consideratur non simpliciter potentia. Nam cum fuga & persecutio in actu sint, & actione, meritò & virtus & vitium, huiusmodi erunt. Nam, vt scribit Lactatius, lib. 6. *Virtus nihil aliud est, quam virtus fugere*, quod & Horatius scribit, lib. 1. Epist.

Virtus est virtus fugere, & sapientia prima

Stultitia caruisse.

Et Hyppodamus apud Stobæum, *συμπερίαιτα τὰς πρῆξις, ἀπὸ τῆς τύχης*, 1. *concludit actiones virtus & fortuna. Quamobrem di-*

cuntur virtutes hominum, viæ ad felicitatem apud D. Greg. Nazian. oratione de pauperibus amandis, viæ inquam, qua proficimus per eas eundo, actionem signantes, non potentiam, quæ extra actum. Et ita etiam Aristoteles 1. Ethic. c. fin. interpretatur felicitatem, animæ operationem per virtutem. D. Augustinus lib. 4. de Ciui. Dei c. 12. in homine virtutem tradit esse artem bene viuendi. Et Plutarchus, lib. De liber. educan. nomine philosophiæ scribit contineri virtutem siue philosophiam veram, quid honestum, quid turpe, quid iustum, quidue iniustum: quid sequendum, quidue vitandum: quæ parentibus, grandioribus natu, peregrinis, vxoribus, liberis, amicis, seruis, magistratibus debeamus.

*Explicatio summaria diuisionis
virtutis.*

CAP. XLVI.

Diuisionem virtutis tradidimus lib. 4. Syntaxeon, c. 7. quam breuiter nunc interpretabor. Virtus superintellectualis dicitur, quæ excedit captum & mentis comprehensionem. Nemo enim nouit mysteria abscondita æternæ virtutis, veluti, quæ sit illa virtus,

virtus, & quanta, quæ iussu, verbo, voluntate omnia perficiat, quæ velit. Et tamen fieri ita negare non possumus. Et hanc maximè mirati sunt in Christi miraculis homines, cum ad eius imperium, omnia etiam bruta obedirent, & huic virtuti cederent, veluti quando excitatus à somno in nauicula, ab hominibus ibi ventorum ingentibus flatibus vexatis, surgens imperauit ventis & mari, & facta est tranquillitas magna, dixerunt, *Quis est hic? quia mare & venti obediunt illi.* Math. c. 8. d. vers. 26. & Luc. 8. d. & Marci. 4. d. Et apud D. Marcum, Marci c. 1. c. vers. 27. postquam Dominus Deus, vt verus homo IESVS CHRISTVS, obsessum à dæmoniorum legionibus, solo iussu sanauit, & cohibuit dæmonia ne loquerentur, permittens eos in gregē porcorum ingredi, mirati sunt omnes, ita vt conquirerent inter se, dicentes, *Quisnam est hoc? quam doctrinam hæc noui? quia in potestate spiritibus immundis imperat, & obediunt ei?* Sic dixit Deus solum fiat, & facta omnia sunt: mandauit, & creata sunt. Psal. 32. d. *Fiat lux arida, stellæ &c. & facta sunt.* Genes. 1. *Et verbo domini, cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum.* Psal. 32. *Et fecit omnia verbo Deus.* Sap. 9. a. Verbum enim illius tantæ virtutis est, in effectu quantum significat, fiat. Quod noue-

rat Centurio ille, Lucae 7 *dic tantum*, inquit *serbū, Domine, & sanabitur puer meus.* Et hoc maximum signum potestatis diuinæ, ostensum incredulis, quod propria auctoritate, verbo solo, siue alio modo, tam egregia & stupenda opera fecerit: vt verè discipulus ille Cleophas dixit, *potentem enim esse in opere & sermone.* Luc. 22. 6. & ipsemet Christus in Euangelio D. Ioan. c. 10. E. & g. testatur. *Opera inquit, quæ ego facio, ipsa testimonium perhibent de me: si mihi non cultus credere, operibus credite.* Quod alibi repetitur, D. Ioannes euang. c. 5. c. 14. & c. 15. & Dauid testatur etiam, Psal. 71. *Benedictus Dominus qui facit mirabilia magna solus.* Sed dicit² aliquis, quomodo existimas illam virtutem esse miraculorum superintellectualem, nonne fato, vel cœlesti virtuti occultæ, tribuere eam possimus, num & angelis prauis & malis hominibus, qui in hoc cum Deo pares essent si miraculorum vis à Deo tantum proficeretur? Respondebo, multum inter genera miraculorum, & modum operandi creaturarum & Dei interesse. Nam Deus facit mirabilia magna solus, nullo alterius egens adiutorio: Angeli autem boni vel mali, & homines, Dei adiutorio indigēt, vt scribit Cassiodorus, in enarratio. Psalmo. in psal. 71. Et

mira

miracula quidem facere, Deum esse non demonstrat facientem, sed nomine & propria auctoritate facere. Quod Lystris explicatum ab Apostolis, cum ille populus vellet sacrificare D. D. Paulo & Barnabæ, quòd D. Paulus claudum sanasset habentem fidem Iesu, cui dixerunt, iam iam illis victimas mactare properanti, *Viri quid hac facitis? & nos mortales sumus, similes vobis, homines annunciantes vobis conuerti ab his vniuersis, ad Deum vniuersum,* &c. vt legitur in historia Apostolorum. Act. 14. c. 15. Sic Dæmonum ministerio, interdum præstigia & interdum contra consuetum ordinem quædam naturæ Deus concitat, vt tenet, vt probet, vt puniat. Sic mulier Pythonissa dicitur suscitasse Samuelem. 1. Reg. 28. Sic magi coram Pharaone, prodigia & signa æqualia ferè fecerunt signis Moysi. Exodi. 7. Et mali etiam signa, non in suam vtilitatem, sed in ingratitude suæ exprobrationem, vel aliorum vtilitatem faciunt, quibus tamè miracula facta in nomine Dei, Deo recensentibus dicitur, non noui vos, ite operarij iniquitatis. Matth. 7. Quanquam D. Augustinus, lib. 10. de ciu. Dei c. 16. & Isidorus lib. 8. Etymolog. c. 9. quæ magorum præstigijs fiunt, non vera sed fantastica & falsa asserant. & scribitur in can. nec mirum, 26. q. 5. in de-

cret. Gratia. Docet & idem D. Augustin. lib. De diuinat. dæm. c. 3. quot modis futura præcognoscere possunt dæmones, & refertur à Gratiano in canon. sciendum est 26. q. 4. Nec ignorandum est, quædam mirabilia, & ideo miracula nobis videri, quia incognita: & tamen non esse præter ordinem naturæ. Et ideo nec miracula vera in se, sicuti vires occultæ rebus pluribus insunt, vel ratione substantiæ solius, vel ratione compositionis, vel ratione obiecti: quæ sciētibus, naturalia sunt: rudibus autem, miracula & prodigia. Nam

3 & D. Augustinus li. de vtilita. creden. ad Honora. c. 16. miraculum vocat, quicquid arduū, aut insolitum supra spem & facultatem mirantis, apparet, vt deliquium solis miraculo & terrori quampluribus & barbaricæ ruditati. Sic Nicias Atheniensium Imperator, pauore deliquij territus, ignarus causæ, veritus classem portu educere, opes Atheniensium afflixit, vt scribit Plinius, lib. 2. c. 12. & Plutarchus, in vita Niciæ. Quintil. in 1. & alij: faces stellæ decidentes è cælo vt putantur, maximo terrori sunt vulgo, cum id tamen vi quadam naturali fieri constet ex Meteorologicis. Quamobrem dæmones, eiusmodi nobis incognita, illis autem notissima ob subtilitatem & acumen ingenij, nobis pro miraculis inculcant, & ita decipiunt, vt olim dece

deceperunt populum idololatram. Concitant & pluuias & tempestates in aëre, & vētos. Cogunt enim in vnum angulum terræ, materiam per aërem alibi dispersam & ea ex quibus generantur: nihil enim illi gignunt, cū hoc Dei sit, sed collecta generata, quæ à causis naturalibus sunt, propeilunt, ac prouoluunt: & collisis inter se nubibus fragores edunt terribiles, & inde componunt & eiaculantur, *ἰκτιφίας, τυφῶνας, πρηστῦρας*, tonitrua, fulmina, & huiusmodi *θαύσματα, ἄβολα*, spectra, acies in aëre, & alia prodigia, in quorum compositione sunt miri & leues artifices, ex præiacēte materia. Numquam enim aër, qui operculum est semper fumantis terræ, & sudantis maris proximum, sine halitibus est, vel calidis, & siccis quos *ἀναθυμωσῶν* vocāt, seu calidis & humidis, quibus *τῶν ἄτμιδων*, nomen tribuerunt, etiam cū purissimus apparet. Nunquam etiam nubibus vbique totus caret aër, quanquam alicubi cælum conspiciatur serenum. Et hæc quidem sine dæmonis opificio fiunt natura aliquibus temporibus: & per dæmones quoque concitantur præter tempus, non contra naturam, non virtute sola dæmonis, sed materia disposita in actionem ab illis coacta Dei permissione. Interdum etiam decipiunt illusionibus, & falsis ostentis, quæ nihil nisi vana simulachra

suat, dum præstringunt aciem oculorum, vel
 intus cogitationem peccatis obnoxiam sur-
 sum deorsum confundunt. Virtus itaque
 Dei superintellectualis est, & ideo fortior
 reliquis & incircumscrip̄ta, siue procedat à
 Deo directè, siue indirectè, in nomine eius
 mediante hominum vel Angelorum mini-
 sterio. Sic in nomine Dei vel eius expressio-
 ne, vel signis ex eius familia & gratia illius
 vtatur, superantur virtutes cœlestes dæmo-
 num & naturales. Sic virga Moſis in nomine
 Dei deuorabat virgas magorum Pharaonis,
 Exodi 7. sic Num. 2 1. g. & 23. Balaam magus
 vocatus à Balac rege Moabitarum, vt maledi-
 ceret populo Israeli, respondit, *Nunquid
 potero loqui aliud nisi illud quod Deus posue-
 rit in ore meo.* Nec etiam Laban pater Lix &
 Rachelis vxorum Iacobi, maximus Orienta-
 lium magus, potuit nocere Iacobo, quē per-
 sequebatur, quia prohibitus est à Deo, vt
 ipse testatur Gen. 31. D. vers. 29. ad Iacobum
 dicens, *Valet manus mea reddere malum ti-
 bi, sed Deus patris tui, heri dixit mihi, caue ne
 loquaris contra Iacobum quicquam durius.*
 Labanum autem fuisse magū Orientalium,
 potissimū annotat Zober, & colligitur aper-
 tē ex verbis Hebraicis c. 31. Genes. Nam ver-
 su 19. vbi in versione vulgari legitur, & Ra-
 chel furata est idola patris sui, scribitur he-
 braicè,

braicè, ותננכ רחל את התרפומ אשר לאכיה
 vetigenob Rachel & hateraphim ascher le-
 abiah. *Et furata est Rachel Theraphim patris
 sui.* Haberi namque vocant, ה תרפומ. hathe-
 raphim, vt scribit Aben Ezra, imagines fa-
 ctas ad similitudinem corporis humani, sub-
 certis horis & constellationibus fabricatas,
 quæ voces aliquas edebant, & secreta prædi-
 cabant. Ex quorum cōsultatione, futura præ-
 scrutari tentabant. Sic etiam Simon Magus
 Samaritanus Christianus factus, quòd ad-
 miraretur D. Philippum prædicantem in
 nomine Dei, vidensque maxima signa & vir-
 tutes maximas ab eo. Act. 8. cap. vers. 13. De-
 mum ad vomitum reuersus & præstigia dæ-
 monum à D. Petro superatus est in nomine
 Dei, vt scribit D. Clemens primus. libris Re-
 cognitionum. Sic D. Paulus in eodem nomi-
 ne magum illum Bar-ieu vel Elymam excæ-
 cauit, veritati resistentem. Sic Apostoli D. D.
 Simon & Iudas, Iaroen & Arphexat, signo
 crucis & Iesu nomine, magos scelestissimos
 in Babilone vicerunt, vt scribit Abdias Epi-
 scopus Babiloniæ lib. 6. historix apostol. Ce-
 dunt & illo nomine Christi Dei, dæmones
 serpentes & alia noxia, secūdam potestatem
 concessam à Deo Christianis, qui fidem ha-
 bent. Marci 16. Atque proculdubio, fide om-
 nibus istius seculi rebus imperare possumus

si piè potissimum & secundum Deum viuamus. Marci c. 11. c. Quia dum gratia Dei restituti sumus in eius familiam, & filij facti Dei, cohæredes autem Christi, vt scribitur a Paulo, ad Rom. 8. tanquam filij, & quasi Domini in familia hac vniuersa Dei, in seruos & elementa, & mundum omnem, imperium habemus: omnia enim nobis cum filio Deus donauit. ad Rom. 8. f. *Quamobrem & cum Iosue audacter dicere possumus, quia & ille eandem fidem Christi quem expectabant patres, habebat, Sol contra Gabaon ne mouearis, & Luna contra Gallem Asalon,* quod egit postquam fudisset orationem domino, cuius virtute id iubebat, vt scribitur in eius libr. Iosue c. 10. c. vers. 12. Dicamus porro generali nomine virtutem Dei, superintellectualem: quia propriè virtus Dei, nominis est expers, quippè quòd eiusmodi sit supra hominem, tanquam heroica quædam & diuina: virtus nominis expers, quòd Dei virtus, non est eo modo quo apud nos consideratur nostra. Præstantior siquidem omni virtute Deus, ac non virtute probus, nam tum virtus esset melior Deo. Quæ verba Aristotelis sunt lib. 2. Moral. c. 5. sed quæ Christianum dogma subolent. Nam & D. Dionys. Areopa. lib. de mystica Theol. c. 5. scribit illud *τὸ εἶναι* quo Deum vocat, non intellectum,

nec

nec
habe
qui
sing
abla
perf
mus
crea
virtu
turis
til. c
omn
illar
sicut
Deo
ex vir
sed p
plex.
Plato
optin
lis, h
habe
actus
ter ac
mora
Vn
De
dios h

nec habere intelligentiam, neque virtutem habere, neque virtutem esse &c. quoniam, inquit, *super omnem positionem est perfecta & singularis omnium causa, & super omnem ablationem excellentia omnium simpliciter perfectione, & summitas omnium.* Ideò dicimus non esse virtutem uniuocè, cum rebus creatis communicata appellatione: & esse virtutem, modo alio quàm competat creaturis. D. etiam Thomas in summa con. Gentil. c. 92. libri 1. scribit, virtutem diuinam, omnes virtutes complecti, vnde nec aliqua illarum in Deo secundum habitum dicitur, sicut in nobis, sed virtus sua est sua essentia. Deo enim non conuenit esse bonum, vt fit ex virtute per aliquid aliud superadditum ei, sed per essentiã suam, cum sit omnino simplex. Item vt ait Speusippus, li. De definitio. Platoni. quia virtus est dispositio & habitus optimus mortalis animalis, per se laudabilis, habitus inquam, secundum quem quod habet, bonum vocatur, & quia habitus est actus medius quasi imperfectus, nempe inter actus & potentias, authore Arist. 1. Magn. moral. c. 7. Et Horatius, epist. 1.

Virtus est medium vitiorum, & utrinque reductum.

Deus autem habitus non potest hos medios habere, cum sit perfectissimus, aliter enim

enim si imperfectus esset, non esset Deus, & illud magis Dei nomen mereretur, à quo is perficeretur. Et rursus, de genere accidentium habitus est: in Deo autem, nullum potest esse accidens. Postremò in parte sensitiva & ob passiones, virtus: passio autem, nec sensus, in Deo non cadit: est enim immutabilis, & semper idem, passiones autem mutationes, imò quædam quodammodo vitia sunt, quæ omnia procul à Deo relegantur sempiterno.

- 6 Probamusque rursus in Deo omnes virtutes esse creaturarum & creātorum. Quicquid enim potest virtus inferior, potest superior, id est, modo excellentiori sicut probat Seuerinus Boetius, lib. 5. de consolatio. & D. Thomas, quæst. de verit. 2. art. 6. quartum & c. & quæst. 10. art. 5. & 1. par. quæst. 8. art. 1. & lib. 1. contra gentil. c. 65. arg. 5. additque lib. 3. cont. gent. c. 79. ideo substantias intellectuales inferiores regi per superiores. Nullus autem dubitat, excellentiorem & altiorem naturam Dei & essentiam, quam sit in creaturis omnibus: vel si dubitet stolidè, necesse est fateatur vnum esse Deum, vt alibi probamus: si plures autem essent æquè excellentes & magni, essent & plures Dei, fieri autem illud non potest esse plures, ergo vnus omnium excellentiæ, præcipuus, & virtute superemi

per
mu
dee
De
mir
Pfa
Pfa
glor
obu
non
lt. E
min
Et P
C
tus
ctua
fin. I
saga
tem
dem
tion
vel a
nem
ceba
nibu
uifib
uam
scrip
oran

pereminens. Ergo & omnium virtutum cumulo in se perfectus, non aliunde: quia si vna deesset, esset imperfectus, & sic neque Deus. De virtute Dei plures loci sacrae paginae meminerunt, qualia, *Deus precinxit se virtute.* Psal. 17. c. *Exaltare Domine in virtute tua.* Psalm. 20. *Dominus virtutum ipse est rex gloriae.* Psal. 23. b. *Et Luc. 1. d. Virtus altissimi obumbravit tibi.* Et Act. 19. versic. 16. *Virtutes non modicas faciebat Deus per manum Pauli.* Et 2. d. Petr. c. 1. c. *Notam fecimus vobis Domini nostri IESU CHRISTI virtutem.* Et Psal. 63. *manda Deus virtuti tuae, &c.*

Cæterum reliquas virtutes ratione spiritus vel animæ diuidit Aristoteles, in intellectuales & morales. lib. 1. Ethic. ad Nicom. ca. fin. Intellectivas, sapientiam, prudentiam, & sagacitatem dicit. Morales, liberalitatem & temperantiam. Et idem lib. de virtutib. eadem diuidit secundum partes animæ, in rationalem, concupiscibilem, & irascibilem, vel animosam. Plato etiam, & apud Diogenem Laertium lib. 7. de vit. Philos. Zeno, dicebat, aliam esse quidem communiter omnibus, perfectionem, veluti statuae: aliam inuisibilem, veluti sanitatem: aliam speculatiuam, vt sapientiam. Citatque hac de re subscriptionem Heccatonis, 1. de virtutib. Nos omnes diuisiones præcedenti diuisione ordina

dinauimus. Intellectualis virtus, quia & angeli intelligentiæ sunt, ad illos etiam porrigitur. Et ita in singulis Angelis. D. Dionys. Areopagita lib. de cœl. Hierar. c. 11. tria considerat, nempe essentiam, virtutem, & operationem. Est demum, vt dicitur in eius loci commentariis, duplex virtus in quolibet angelo, intellectus videlicet & volûtas: & operatio multiplex, vt potè multi actus intelligendi & volendi, & motio actiua, & productiones diuersorum effectuum: nec differunt in Angelis realiter intellectus agens & possibilis, intellectusue speculatiuus & practicus, sed essentia & virtus seu potentia, in Angelis realiter distinguuntur, ideo multum à diuina simplicitate ac vnitatem deficit illorum virtus. hæc Dion. Cartusianus in Areopagitam. Est & inter ordines cœlestis hierarchiæ inferioris, sacer Angelorum ordo virtutum nominatorum, quia ordinarias per ministerium istius ordinis virtutes Deus operatur inter nos, vt scribit Isidorus De virtutibus Theologalibus moralibus intellectualibus, proprio tractatu de virtutibus lib. Syntax. 39. & 40. disputauimus. De animali vtcunque diximus in principio virtutis, sed latius cum de animalibus & de homine locuti sumus. De vegetali & elementalibus in Physica, de cœlesti item in Astrologia.

De

De virtute quæ ex robore & fortitudine
 mentis vel corporis procedit, fit mentio in
 sacra pagina. Iudith. c. 5. c. dedit eis virtutem
 resistendi Et iterum: c. 9. d. *Non in multitu-
 dine est Virtus tua domine.* Et in Psal, 70. b.
*cum defecerit Virtus mea Deus ne derelin-
 quas me. Et non spondeas supra Virtutem.* Ec-
 cles. c. 8. c. Quod etiam pro efficacia actiua
 naturali accipiatur virtus, extant testimonia
 quoque, Sap. 16. b. vers. 17. *Vt quodam tempo-
 re in aqua supra Virtutem ignis exardescerat*
Undique, Et Salomon, Sap. 7. b. vers. 17. *ipse,*
 scilicet Deus, *dedit mihi horum quæ sunt Ver-
 ram scientiam, Et sciam dispositiones orbis*
terrarum, Et Virtutes elementorum, &c. Pro
 actione cælesti & occulta assumi virtutem,
 constat etiam ex oratione Manasses orantis,
 2. Paralip. cap. 36. *Te, Domine, laudat omnis*
Virtus calorum. Et Matth. 24. c. *Virtutes ca-*
lorum mouebuntur. Marci 13 vbi quidam in-
 terpretantur de angelis, vtrumque probabi-
 le tamen. Et Psal. 32. b. *Verbo domini, calis fir-*
mati sunt, Et spiritu oris eius omnis Virtus
eorum.

Neque sine ratione diuissimus virtutem
 cælestem ab elemētari. Nā vt scribit Mesue,
 In canonib. medicinal. c. 1. cui adstipulantur
 & philosophi, *Omne quod est, duplici Virtute*
insignitur, communi Et propria: communi,

elementaris est: propria autem cœlestis. Com-
munes namque qualitates res habent, Et à
frigido, calido, humido, sicco: infrigidantur ca-
lesfacientia, humectantia, siccantia. Sed non
omne solutiuum tale solutiuum est, quia fri-
gidum calidum humidumq; &c. sed quia ta-
li cœlesti Virtute donatum sit propria ipsius
mixtione regulante: & ideo solutiuum hoc,
illud Verò prouocatiuum. Cœlesti enim Vir-
tute supra complexionem fertur. Sic ex sex
speciebus magnetis, alter ferrum, alter car-
nem tantum trahit, cœlesti & propria virtute.
Alia virtus leonis, alia ouis, alia hominis,
alia aliorum animalium propria, vt quod
gallus cantu leonem terreat, vt scribit Pro-
clus lib. de magia. Quod Polypum piscem in
tantum paueat locusta piscis, vt si iuxta vide-
rit, omninò moriatur, vt scribit Plinius
lib. 9. cap. 62. Quod hyenæ Pantheris terrori
sint, vt nec conentur quidem resistere, mi-
rúmque dictu, vt pellibus è contrario su-
spensis vtriusque animalis, decidant pili om-
nes pantheræ, vt scribit Orus Apollo, lib. de
liter hierogly. Plinius. lib. 28. cap. 8. Sunt his
infinita similia, quæ sapientissimus artifex,
vel proprio dono elargitur immediatè crea-
turis, vel quam occulta quadam vi media
cœlesti, extra communem naturam res par-
ticulariter assequuntur. Vim cœli magnam
esse

esse vel virtutem in inferiora corpora, omnes
 antiqui consentiunt. Et Plato totius genera-
 tionis causam esse cœlum dixit, quod boni
 sit benefacere, porro generationis
 authorem summè bonum at-
 que excellentissimum, vt
 & scribit Diogenes
 Laert. libr. 3. in
 Platone.

* * *

bbb z

748 COMMENT. IN SYNT.
DE ABACO EORVM, QVÆ
VIRTVTEM REFE-
runt, & de regulis.

CAP. XLVII.

*2 Synopsis eorum qua sub Virtute continentur
Ultra diuisiones.*

Actiuum.	His repugnant.
Agere, quod agit.	Deficiens in actu: Non valens agere.
Fortitudo.	Debilitas, imbecillitas.
Generatio.	Corruptio.
Potentia omnis:	Impotentia.
Regulatio.	Irregulare.
Robur.	Infirmum.
Virilitas.	Mollities, ætas immatura.
Vis.	Defectus animi.
Virtus.	Vitia.

2 Huic abaco synopsisue virtutis, cum is ex superioribus planè probetur, nihil ultra addemus, nec de regulis, præterquam quod admonemus, primam regulam probare Aristotelem. i. de Cælo ca. ii. circa finem secundam, & quartam per se patere: tertiam tradere Paulum Ricum Israelitam. dialogo in symbolum Apostolicum.

De veritate.

CAP. XLVIII.

Dixerūt aliqui, vt & Dion Prusicus Scri.¹
bit, libr. *πρὶ ἀπίστας* siue non cre-
dendum temere, quod *ἡ γὰρ ἴσῃ παρ' ἀνθρώπων*
ἀνθρώπων βεβαιότης ἔστιν, ὅτι ἀδύνατος, quod nihil
fit inter homines certum & verum. Quod
certè relatum ad opinionem hominum va-
riam & mutabilem, verum est: cæterum in
rerum natura falsum, & inter eos, qui ratio-
ne examinant vim & virtutem rerum. Nam
cùm res omnes creatæ, finitam & limitatam
habeant determinationem, oportuit necessa-
riò quendam esse finem cognitionis huma-
næ, in quam perueniens quiescat ab inquisi-²
tione, nec ultra in vno & singulari, perpetuo
vagetur. His autem finis est veritas. Sic enim
scribit Philo Iudæus. libr. *Legis allegoriarū.*
finis, inquit, rationis veritas est, qua longiusse
quam illum lumen splendorem suum, emittit,
in quam ratio conatur ingredi. Et Ulpianus
iurisc. veritatem esse quærendam admonet.
in lib. 1. §. sed si, de iureiurand. lib. 12. §. tit. 2.
& lib. de rest. in integ. minor. C. Et ita, prin-
cipiū hoc dignū homine, cuius propriū est,
veritatē indagare, vt scribit Cicero. 1. *Offic.*
Et Arist. 1. *Rhet. ad Theod. c. 1.* Satis homines

ad veritatem natos esse, & vt plurimum verū consequi, sicut & Lact. Firm. lib. 3. vel de fal. Sap. c. 1. scribit Deū fecisse naturā adipiscēdi veri cupētissimā. Quo factū, vt potiores iudices Agyptiorū q̄ & simul sacerdotes erāt, vt admonerentur eius, gererent perpetuò in collo appensam ex Saphyro imaginem, quā nominabant veritatem, authore Æliano, li. 14. de var. hist. c. 34. Admonentur & iudices, vt eam omnibus modis inquirent, à Seuerō vel Verō, & Antonino, in l. 2. de eden. lib. 2. C. tit. 1. Et Ietro, de iudicibus constituendis consilium dans Mosi. Exodi 18. 6. ait *Proinde de omni plebe Sciros, in quibus sit Veritas qui oderint auaritiā &c.* Et in Exodo c. 28. c. vers. 30. iubet ita Deus, *Pones in rationali iudicij. doctrinam & Veritatem, quæ erunt in pectore Aaron, quando ingreditur coram domino.* Et Dauid Dominum deprecabatur, Psal. 118. f. *Ne auferas de ore meo Verbum Veritatis.* Et quia homines scire desiderant naturaliter, vt scribit Aristoteles, Metaphysi. c. 1, oportuit veritatem esse per consequens: quia nihil sciri dicitur, nisi verum sit illud. Excitatur autem ad veritatem tanquam ad proprium alimentum, animæ: ad eam iuueniendam, oculi: ad discendam, aures maximè conferunt, vt tradit Marcilius Ficinus. commenta. in conuiuium Plato.

orat. 5. c. 2. Et ideo D. Cyprianus. sermo. 5. de
 lapsis. semper habendam rationem veritatis
 admonet. Dehinc notum est ex veritatis in-
 uentione, sequi bonorum omnium adeptio-
 nem, cum corpori tum animæ vtilium: atq;
 nisi veritas quædam esset, omnia nobis in-
 certa, nunc casu, nunc fortuito, contingerent
 bona: nec electio fieri vlla posset. Nam ad
 falsitatis & mendacij positionem, omnium
 malorum chorus turbaue consequitur, nem-
 pe, dum mala pro bonis sequimur, & impio
 duci vicio credentes, perniciosè labimur, vt
 scribit Plato lib. 13. dialo. 6. de repub. vel de
 iusto. Et rursus, lib 34. dialo. 5. de legibus.
*Qui seipsum amat, cum seipsum magis quam
 Veritatem honorandum putet, quod iustum,
 bonum, pulchrūue sit male iudicat.* Et iterum
 libro 34. dialo. 5 de legibus. idem Plato, *Veri-
 ritas, inquit, profectò tu Dñs, tum hominibus
 dux omnium est bonorum. Cuius qui felix
 beatūsq; futurus est, statim ab initio particeps
 esse debet: Et in Veritate plurimum vita tem-
 pus agat. Fides hic certè est: infidus autem qui
 sponte mentitur: qui Verò non spontè amens.*
 Et alibi, lib 31. dialo. 9. de Repub. *Veritatis
 imperitos homines, scribit, tum de multis alijs
 non rectè sentire, tum nec circa suum dolorem
 vel Soluptatē Verè iudicare.* Aristoteles etiã
 i. rhetori. ad Theod. c. 1. 6. vtilem à vero pro-

bans Rhetoricam, ita scribit, *Vtilis autem rhetorica est, quoniam Vera & iusta meliora secundum naturam sunt, quam contraria. Ita ut nisi decenter iudicia fiant, necesse sit Vincere, quod in eis Contumeliatione dignum est. Tum quia ne si certissimam habeamus scientiam, facile est nonnullis per eam persuadere, impossibile namque id est &c.* Et Maximus Tyrius, Serm. 6. philosoꝝ h. *Fundamentum omnium bonorum, veritatem esse, munitissimis conclusionibus probat. Optimas, inquit, leges custodit Scientium Virtus. Scientium Virtus a ratione exoritur: ratio exercitatione conualescit, exercitationem perficit, Veritas non nisi per otium quod in ea assequenda ponatur, haberi potest: haud enim aliud instrumentum apparet, quo Virtutem comprehendere possimus, praterquam Verissima ratio a qua exacustur animus, & accenditur.* Dehinc Aristoteles, i. Eth. ad Eudem. necessariam videtur dicere veritatē, & eius cognitionem, quia per eam etiam inter barbaros & penitus rudes, educi possit certissima & irrefragabilis probatio. *Potentissimum* inquit, *est, in omni probatione confessum omnibus testimonio proposito confirmare posse. Si id nequeas omnino, vel aliquam Verissimilitudinem adferre: residet enim penes omnes aliqua Veritatis confessio, qua nostris confirmandis*

ma
ver
ei
fec
me
cep
lia:
bus
si
id a
lib.
ac v
Rep
Qu
fuer
pro
le di
Pto
quia
neq
man
eo q
ratic
guis
naci
que
tet, &
lus,
nam
i.

mundis queant adduci. Galenus in Isagogicis
veritate in medicina requiri, & in preceptis
eius & aliarum artium docet, lib. de optima
*secta ad Thrasibulū in princ. *singula*, inquit,*
*medica precepta, atque *conuersim omnia præ-**
*cepta, in primis *vera esse debent. secundo *sti-***
*lia: tertio, iactis principijs *consuetudina*, ex his tri-*
buis enim legitimum præceptū diiudices, nam
*si *conum* ex dictis præceptis defuit. statim neque*
id dici præceptum merebitur. Philo Iudæus
lib. de Iudice, nihil æque in vita præciosum,
ac veritatem dicit. Et Plato lib. 31. dial. 5. de
Repub. in fin. veritati irasci nephas esse dixit.
Quia tamen difficilis est veritatis inuentio,
fuerunt plures, sed qui tamen nihil se scire^s
professi sunt, qui nec quicquā verè scire pos-
se dixerunt: vt meritò dixerim, quod scribit
*Ptolomæus, 1. parte *Quadrip.* oper. c. 1. *Sunt**
quidam, qui quod præ difficultate nimia scire
nequeunt, alios nequaquam scire posse existi-
*mant. Vel qui licet scire *valerent*, repudiant,*
eo quod à memoria leuiter defluat. Sed & alia
ratio quod multi se curiosè vanis & ambi-
guis disputationibus & quæstiunculis perti-
naciter inuoluentes, deflectunt à via media,
quæ est veritatis, non discètes à quibus oportet,
& modo quo oportet. Et vt scribit D. Pau-
*lus, 2. ad Tim. c. 3. b. ver. 7. *semper discètes, &**
*numquam ad scientiā *veritatis* peruenientes.*

Quemadmodum autem Iannes & Mambre resistenter Mofi, ita & hi resistunt Veritatis: homines corrupti mente, reprobi circa fidem. Sed Ultra non proficient: insipientia enim eorum nota erit omnibus. Sic decepti in fide idololatrarum Philosophi, quaestiuunculis & opinionibus magistrorum addicti, & propria mente obtenebrata caligine vanae philosophiae, dum propriis inhærebant opinionibus, neque ad ea quae praecipua videbant, conscendere poterant, onerati peccatis impiis, quibus insitum lumen veritatis extinguiebant, vnde D. Paulus ad Colossens. 2. 6. vers. 8. Colossenses admonet. Videte, ne quis vos seducat per philosophiam, per inanem fallaciam, secundum traditionem hominum secundum elementa mundi, & non secundum Christum. Nec tamen horum caliginis causa Deus fuit, sed malitia eorum, quod optime exprimit idem diuus Paulus, Romanorum cap. 1. c. vers. 19. & sequentibus. quia, inquit, quod notum est Dei manifestum est in illis, Deus enim illis reuelauit. Inuisibilia enim ^{invisibilia} a creatura mundi, id est, homine, qui creatura excellentior dicitur, vt Marci 16. d. ite, predicate Euangelium omni creaturae) per ea quae facta sunt intellecta, conspiciuntur: sempiterna quoque eius Virtus & diuinitas. ita vt sint inexcusabiles.

Quia

Qu
 glor
 nu
 sum
 se e
 run
 dino
 lucr
 Ha
 pœt
 ran
 in d
 Et c
 tipsi
 in m
 potit
 dicti
 nias
 mo
 leg
 inqu
 lum
 gen
 Sia
 mus
 nor
 pled
 but
 telli

Quia cum cognouissent Deum, non sicut Deo glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed enauerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est cor insipiens eorum. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & colucrum, & quadrupedum, & serpentum. Hæc de eorum peccato, cui statim subditur pœna peccati & priuatio lucis, qua abusi erant, propter quod, inquit, tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam Et contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis: Quia commutauerunt Veritatem Dei in mendacium, & coluerunt, & seruiuerunt potius creatura quam creatori, qui est benedictus in secula. Salomō autem illorum nœnias refert, quas acturi post mortem huiusmodi erant, in ca. tuarum, cap. 11. de priuileg. lib. 5. Decretal. Gregor. tit. 33. Ergo, inquit, dicent errauimus a Via Veritatis, & lumen iustitiæ non illuxit nobis, & sol intelligentiæ non est ortus nobis. Lassati sumus in Via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus Vias difficiles, Viam autem Domini ignorauimus. Iustaque fuit in eos sententia, vt plecterentur in eo in quo peccarant, & vt abutentes priuilegio lucis intelligentiæ intelligentiæ priuarentur, vt sanxit Innocētius.

3. in c. tuarum, c. 11. de priu. lib. 5. Decr. Greg. tit. 33. Sic plectitur tabellio iure ciuili manus ablatione, qua falsum commisit, vt sanxit Fridericus Cæsar. in §. callidis, de prohib. feu. alien. per Feder. tit. 55. lib. 2. Feud. Item contra prohibitionem belli certamen committens singulare & duellum, manu qua vsus est abscissione priuatur, vt scribit idem Fridericus. in §. si quis alium, de pact. tenen. & eius violat. lib. 2. feud. tit. 27. Et Constâtinus Imperator, fugitiuos seruos, pedis amputatione plecti iubebat. in l. 3. de seruis fugit. lib. 6. C. tit. 1. Et parabola Dominus noster I E S V S C H R I S T V S, cùm dominus iussit auferri Math. 25. c. talentum ab eo, qui nihil ex eo lucratus fuerat, vel non fuisset operatus. Sic & Ethnici Philosophi, quia propria malitia absconderunt talentum lucis & intelligentiæ, & nudati sunt, vt non immeritò postea dicere potuerint idē quod Democritus, veritatem, quod ad illos pertinebat, demersam in profundo puteo, & nihil sciri posse, vt refert Cicero, 3. 4. Acad. & alibi alij: in nocte enim erant, vbi nulla veritas, quæ lucis est, si credamus, vt & verum est Euripidi, qui in Iphigania, in Tauris, act. 4. ait.

καπτήρ γὰρ ἡ νύξ, τῆς δ' ἀλευσίας ἔστι φῶς, id est,
7 Latronum est nox, Seritatis autem lux.

Miserus tamen Gentilium Deus & cæci-

tatis

tatis
 qui
 mun
 alto
 bra
 Luc
 nebr
 tene
 5. b. v
 re o
 id D
 hene
 legit
 πιν
 σίρ,
 simil
 tene
 bus,
 D. C.

De

V
 sca
 ritat
 exist
 res, c
 quæ
 mēd

tatis nostræ, misit filium suum vnigenitum, qui illuminat hominem venientem in hunc mundum, Ioan. 1. & visitauit nos Oriens ex alto, vt illuminaret eos, qui in tenebris & vmbra mortis sedebant, vt Zacharias prædixit, Luca 1. g. & hic illuminauit abscondita tenebrarum. 1. Cor. 4. a. Sic eramus aliquando tenebræ, nunc sub luce, vt ait D. Paul. ad Eph. 5. b. verum nihilominus & adhuc est, nos verè omnia non posse plenè cognoscere, quia id Dei solius est, vnde & quantò plura apprehendimus, tantò Deo assimilamur. Nam vt legitur apud Stobæum, *πυθαγόρας ἰσχυρῶς, τιποῦσι ἀνθρώποισι θεῶμοιοι, ἴσθι, ἵαυ ἀληθείας, 1.* Interrogatus Pythagoras, quid faciant simile Deo homines, respondit, si Veritatem sequantur. Quærentibus autem & intelligentibus, ad veritatem facilis accessus, vt scribit D. Cyprian. tract. 1. contra Demetrium.

De definitione Veritatis. CAP. XLIX.

VERITAS Græcis dicitur, ἀλήθεια, vocant & ἴτυμον verum. Chaldeis כששק kossesca ששק, koscet & נחמ emeth Hebræis. Veritatē vel verū refert, Amb. Cale. dici quosdā existimasse à particula, *ve*, quasi vehemēs *res*, quasi veritas nō sit verbo tenus sonus, sed quædam solida res. Huic veritati opponitur mēdaciū, Græcis ψῦδος γαφώδημα, ψυδομυθία. Hebræic,

Hebræis, שכר חרמית, Seecer tharmit. Chal
deis, דגלוחא פלסחר כוסיחא כוב טרמה,
דגלא casab, mirmah, ragalotha, pelaster, ca-
samtha, digla, apud magos כווב cisoub.

2. Variæ porrò sunt authorum finitiones
veritatis. Caterum nulla earum mihi abso-
lutè placet, quamobrem generalem quan-
dam finitionem, vt ferè in omnibus priaci-
piis superioribus necessarium fuit inquire-
re. Ea autem est, veritas est cuiusque rei fi-
cuti est existètia. Cicero huic finitioni opem
fert, lib. 2. de Inuentio. *Veritas, inquit, est, per
quam immutata ea que sunt, aut ante fue-
runt, aut futura sunt, dicuntur.* Verùm quia
non veritas omnis vel vix apparet, illud ver-
bum, *dicuntur*, prohibuit ne nos finitionem
eius probaremus. Reliqua mihi probantur,
quod veritas quia essentia sit, sit immutabi-
lis, in eo quod est pro tempore quo esse fer-
tur, quanuis antea vel post mutari possit. Ne-
que quid verum est ideo quod putatur ve-
rum esse, sed ideo quia tale est, nos verum
dicimus, vt scribit Aristoteles, libr. 9. Meta-
physic. cap. fin. *Et ita inquit, Verum est intel-
ligere, & falsum ignorantia.* Et ex nostra fi-
nitione quis potest intelligere quid sibi vo-
luerit Aristoteles, dum, veritatem dicit esse
mediocritatem quod aliàs confusum est, sed
collatum ad nostram finitionem intelli-
mus

mus mediocritatem dici, eo quòd si quid ad-
datur vel in intellectu vel re ipsa supra id
quod res est, sit mendaciũ. Et pari modo si
quid minuatur in intellectu, vel re ipsa, ex
essentia rei, est mendacium. quod verò in-
telligitur vti est, quodque manifestatur vti
est, est veritas: & per consequens medium &
mediocritas inter excessum & defectum. Et
Cassiodorus in Psal. 14. *Veritas, inquit, est,*
rei qua nullatenus aliter quàm confirmave-
rimus, aut sit, aut facta sit, aut faciendam esse
demonstrat. Quò factum est, vt omnes ferè
antiquorum sapientiores dixerint, veritatem
esse, & veritatis sermonem, simplicem: id est, ³
nec defectum, nec excessum, nec fucum ha-
bere extraneum, nec aliud quàm rei essen-
tiam representatum. Sic Æschilus,

ἀπλὰ γὰρ ἴσι τῆς ἀληθείας ἴπν.
ἀράσω, τὸ γὰρ δίκαιον, ὃν ἔχει λόγον
ἀνοῖρ ἱρίσει, ἀλλὰ ἰπισπύθει τὸ δρῶν, τ,
Sunt Veritatis Verba simplicissima, faciam
Iustum non Ultrocitroque rationibus conten-
dere solet

Mutuis, sed factum accelerat.

Et Polynices apud Euripidem, in Phœnissis.

act. 2. vers. 195.

ἀπλὸς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἴφν,
κὸ πεινίλων διτ' ἀυδιχ' ἑρμηνυμάστην,
ἔχει γὰρ αὐτὰ κωρὸν, ὃ δὲ δῖοι μελίγος

υιοῦν

ἡ ἀπλοῦς ἐστὶν ἡ ἀλήθεια, ἡ ἀπλοῦς ἐστὶν ἡ ἀλήθεια, 1,
Simplex Veritatis est oratio, nec eget Varijs
Vndecunq; conquisitis interpretationibus.
Habet namque suam occasionem paratam:
At sermo iniquus, putris, & laborans in se,
Eget pharmacis exquisitis.

Sic Amianus Marcellinus, li. 14. hist. Rom.
Veritatis, inquit, simplex est amica oratio. Et
 Epiphanius, tom. 3. contra hereses lib. 1. hæ-
 rexi 35. *Per pauca, & simplicia Verba, Veritas*
filios suos deducere solet ad rectam viam: Et
multa & fastuosa Verba per multam artem
fucata dispergit, euertitq; ac delet. Placide in-
 cedens curiosis prætermisissis indagattonibus.
 Quò forsan respicit illud, Prouerb. cap. 10. c.
 verfic. 19. *In multis loquio non deest peccatum.*
 Sed lōgiori & clariori sermone explicat hæc
 D. Chrystomus, tomo 1. homil. in psalm.
 124. *Rectos, inquit, vocat David simplices, non*
fictos, qui nihil habeant simulatum vel adum-
bratum: tale enim est, quod rectum est, quod
Deus ubique requirit maxime. Talis etiam est
Virtus, nempe plana & expedita: quemad-
modum improbitas est, quod peruersum, Va-
rium, & quod non habet exitum. Et id potest
Videri ex rebus ipsis, nam qui Vult mētri &
fraudes consarcinare, cogita apud te quot &
quanta aggrediatur, quanta opus habet Va-
rietate, & quibusdam fictis orationibus, quā-

to artificio, & quanta dicendi facultate. Qui autem dicit Veritatem, non labore, non difficultate, non simulatione, non arte aut machinatione, autullo alio huiusmodi indiget, cum ea ipsa per se luceat. Quamobrem Bertramus præbyter, lib. de corpore & sanguine Domini ad Carolum Mag, veritatem definit esse rei manifestæ demōstrationem, nullius umbrarum imaginibus obuelatam, sed puris & apertis, & vt clarius loquamur, naturalibus significationibus insinuatam. Addamus & Tertullianum, libr. qui aduersus Valentinianum. Veritas, inquit, docendo persuadet, non suadendo docet, & simplex est. Et rursum, nihil Veritas erubescit, nisi abscondi solummodo. Et D. Cyrillus Archiep. Alexandrinus, lib. 2. Dial. de sanctissima Trinitate, simplex Veritatis sermo, in simplicibus cordibus præcipuam & optimam habet sedem. Subscribit Irenæus, lib. 3. contra hæreses c. 15. suasorius & Verisimilis est exquirens sucos error: sine succo est Veritas. Et Lactantius, lib. 3. de fal. Sap. c. 1. Sed quoniam, inquit, Deus hanc voluit rei esse naturam, vt simplex & nuda Veritas esset luculentior, quia satis ornata per se est, ideoque ornamentis extrinsecis fucata corrumpitur. Mendacium vero specie placet aliena, quia per se corruptum canescit ac desinit, nisi aliunde ornatus quasi,

*circumlitum fuerit ac politum: equo animo
fero ingenium mihi mediocre fuisse concessum.*

- 4 Et Hippocrates epistola quæ ad Philepæmonem, in somnium quod sibi obtigerat, explicat, veritatis imaginem, quam Deam vocat, mortalium & immortalium comunè depingit, fœminam pulchram, magnam, negligenter & simpliciter indutam, palliatam & pellucetem. Philostratus etiam, lib. 1. Iconum in Amph. puram & simplicem nitidamque & splendentem ostendere volens veritatem, pictam fuisse antiquitus scribit virginem niueis vestibus, & per se apparere, neque veritatem egere miraculorum ostentatione, vel arte violenta, tradit & Philostratus lib. 6. de vita Apollo. c. 5. Quamobrem & dum vera effari & veridicum dicimus, qui neque plura, neque pauciora, quam sciat, dicit, vt etiam scribit Aristoteles, lib. 1. Magno, Moral. cap. 33. & addit cap. 7. & 8. eius libri plura sibi arrogare, iactantia esse: minus verò, dissimulationis: inter hæc esse veritatem.

- 5 Diximus in finitione, *secuti est*, quia nulla immutatio fieri potest veritatis, falsitatis autem & mendacij plures species sunt. Atque modus venandi veritatem, ille potissimus est, vt consideremus ea quæ semper, similiter, & vbiq; se habent sine mutatione, vt

ser
in
per
bi
qu
tis.
Eu
8. I
ryl
18.
fco
do
fid
ho
sed
E
inf
Gm
ret
qu
ta.
ist
Py
ve
tit
ice
gir
m
in

scribit Aristoteles, lib. 11. cap. 5. Et Plato, lib. in Minone siue de lege, quod similiter semper est, verum esse dicit. Fas enim non est sibi ipsi dissentire veritatem ac repugnare, neque duobus inter se maximè contrariis datis, eandem vtriusque causam esse, vt scribit Eusebius, in Hieroclem, dum confutat, libr. 8. Philostrati de vita Apollonij, atque D. Cyrillus Archiepiscop. Hierosolymit. Cathec. 18. illuminat. multiplicem cōtradictionem, sed simplicem veritatem esse notat. Et Theodoretus Cyrensis Episcopus, lib. 1. contra infide de curatio Græca. affectio. siue de natu. hom. *Falsitas*, inquit, *non solum ipsi veritati, sed sibi ipsi quoque cōtraria est: veritas autem, & sibi est concors, & etiam solum falsitatem infestā habet.* Cicero etiā, 2. de Oratore. *plus vno*, inquit, *verum esse non potest.* Theodoretus rursum, lib. 2. de curat. Græca. affectio. *quia antiqui*, inquit, *à vero aberrarunt, multas & diuersas doctrinas sibi fecerunt. Multifide namque sunt mendacij &c.* Et Plato & Pythagoras iubent fugere multitudinem, vt veritatem simplicissimā consequamur. Multitudo in primis est exterior vulgi opinionū, item interior varia affectuū, sensuum, imaginationum: opinionum inde pendentium multitudo, vt scribit Proclus. in comment. in Alcibiad. primum Platonis.

6 Et quia veritas nullo alio indiget, per se perspicua & vincit omnia, quæ illam obnubilât interdum, non statim quidem semper, sed tãdem & in fine: nam veritas tegi potest, sed quia quæ tegunt accidentia sunt, fragilia, diuque obsistere nequeunt, & tempore abolentur, tolli illa non potest. Sic multis argumentis disputatur & concluditur fortio- rem esse veritatem. 3. Esdræ c. 4. Et apud Iosephum Historiographum. libr. Antiquit. 11. c. 3. Reuelat namque omnia tempus, qualia- cumque sint, & reuelatione, falsum quod nõ est, cū detegitur, quod est, interiit. Sic Aulus Gellius, lib. 12. noct. Attic. c. 11. postquam cita- uit hos duos versus Sophoclis,

πρὸς ταῦτα κρύπτει μηδὲν, ὡς ἀπὸνθ' ὄρων
 καὶ πάντ' ἀκούω καὶ πάντ' ἀναπτύσσει χρί-
 σθ, 1,

*Nihil occultat, quia omnia scidens,
 Et omnia audiens, Et omnia reuelat tem-
 pus.*

Cōcludit filiam esse tēporis veritatē, quia eo gignatur, vel melius appareat. Cicero pro Marco Cælio dicebat etiam, ideo mag- nam esse veritatis vim, quod esset innume- rabilis, Et Epicetetes, ἢ ἀλήθεια παρ' αὐτῆ νικᾷ, ἢ δόξα παρὰ τοῖς ἕξω, Veritas apud se vincit, opinio autem apud exteros. Et Demosthenes, orat. de fal. legatio. τῆ λυθῖς, inquit, ἰσχυρόν ἐστι.

καὶ

νεὴ τὸν ἀπὸ τοῦ ἀδύτου, 1, Veritas potens est, & contrarium infirmum. Et Cicero orat. 25. pro M. Cælio. exclamat, o magna Vis Veritatis, quæ cetrâ hominum ingentia, calliditatem, solertiam, contrâque fictas hominum insidias, facile seipsam defendat: Et D. Augustinus, explicans. Psalm. 61. occultari potest Veritas, Sinceri non potest, florere ad tempus potest iniquitas, permanere non potest. Nolite igitur sperare in iniquitate. Et Iurisperiti dicunt etiam prævalere veritatem consuetudini, & eam consuetudinem quæ pugnat aduersus veritatem, potius esse antiquitatem erroris. in can. consuetudo 8. dist. in 1. par. Decret. Et Dominus dixit, Ego sum Veritas, nō, ego sum consuetudo. Quamobrem inuenta ratione & veritate, cedat cōsuetudo contraria. oportet, vt ait D. August. lib. 4. de Baptismo c. 5. & 6. & lib. de baptis puero. Et refertur in canon. si consuetudinem, & cano. qui contempta, 8. dist. in decret. Grat. 1. par. & in cano. vsus, 11. dist. Et Isidorus in dizlogo vel de synoni. hom. & ratio. Hinc fit, vt maximi etiam Oratores falsum dicentes à causidicis mediocribus sæpè vincantur, quòd tanta est potententia veritatis, vt seipsam, quamuis in rebus exiguis, sua claritate & luce defendat, vt scribit Lactantius lib. 3. de fal. Sapien. c. 1. Sic etiam rudes Apostoli, Philosophorum

errores validè subuerterunt, & ora leonum eloquentum obstruxerunt. Et D. Paulus. 2. Epist. ad Corin. c. 13. b. vers. 8. *Non enim possumus aduersus Veritatem, sed pro Veritate.* Quare autem veritas remanet, & quæ aduersus eam molimur defluunt, ea ratio est, quia cum mendacium malum sit, non potest in eadem sede permanere, sed semper mutatur in penis, donec bono medeatur, & ita variabile est. Sic & Sophocles scribit,

ὅπου τὸ φίλον τὰ μὲν ἔργα μὲν ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς,
ἀλλὰ κείνῃ τι,

res improba non possunt in eodem statu manere, sed subinde mutantur.

Et Thucidides in 2. opinioῦ rerum, *Veritas delet.* Et D. Cyprianus Episcopus Carthaginensis, lib. 1. Epist. epist. 3. *Hæc est, frater, Vere dementia, non cogitare nec scire, quod mendacio non diu fallant: noctem, tandem esse quandiu illucescat dies: clarificato autem die & Sole orto, luci tenebras & caliginem cedere, & quæ grassabantur per noctem, atrocissima, cessare.*

- 7 Multum differt à vero veritas, vt ait D. Chrisosto. tomo 3. homi. 79. in c. 17. D. Ioan. Et inter verum & veritatem interesse, scribit Galenus, tomo 8. lib. de historia Philosophica. Cuius verba hæc sunt, vbi agit de vero: *Verum est quod alicui, oppositum, cum re conuenit.*

conuenit. Differt autem Serum a Seritate, substantia, constitutione, potentia: substantia, quoniam Serum incorporeum est, cum dignitas sit quæ ab omnibus proloqui solet: Seritas autem corpus. Nam omnium rerum, scientia est. Scientia principalis animi facultas: principalis autem facultas spiritus esse uidetur, qui merito corpus esse existimatur. Constitutione, quia Serum euidentis est, et ego disputo: Seritas autem a nobis inquiratur oportet, cui bona uniuersa comprehendat. Potentia, quoniam Serum malis & ineruditis hominibus, nam Sera interdum & ipsi dicunt: Seritas autem non nisi probis & eruditis inesse potest.

Veritas ergo qualiscumque sit à Deo & Dei gratia habetur. Deus namque cum vera essentia sit, seque ipsum, ut est, cognoscat, & se cognoscendo reliqua perfecte etiam in substantia agnoscat: ipse veritas vera est. Et quia omnia ab ipso essentiam acceperunt & substantiam, ideoque omnes res veluti in artifice perfectius in Deo sint, quam nunc in seipsis: ipse verò lux & veritatis erit manifestator & doctor. Et D. Thomas, lib. 1. contra Gentil. cap. 1. primus, inquit, author & motor uniuersi est intellectus. Oportet ergo & ultimum finem uniuersi esse bonum intellectus, hic autem est Seritas. Oportet itaque Seritatem esse ultimum finem uniuersi totius, & circa eum

considerationem principaliter sapiētiam consistere. Et ideo ad Veritatis manifestationem diuina sapientia carne induta, in hunc mundum se Venisse testatur. Dum ait in Euangelio D. Ioan. cap. 18. g. versic. 37. Ego in hoc natus sum, & ad hoc Veni in mundum, Et testimonium perhibeam Veritati: omnis qui ex Veritate est, audit Vocem meam. Sed & primam philosophiam determinat Philosophus esse scientiam veritatis, non cuiuslibet, sed eius veritatis quæ est origo omnis veritatis, scilicet, quæ pertinet ad primum principium essendi omnibus, vnde & sua veritas est principium essendi omnibus. Forſan eo spectabat Olympias, dum ait, ἀλήθειαν διῶν ὁμόπολις, Veritas calſciuis, μὴν διῶνς οὐρανίου μὴν. sola fruitor cœlestium. Et Trimegiſtus in Pymandro, τὸν πρῶτον ἀθέβαιον vocat, ἵνα καὶ μόνον τῶτον, τὸν μὴ ἐξ ὕλης, τὸν μὴ ἐν σώματι, τὸν ἀχρόματον, τὸν ἀσχημάτιστον, τὸν ἀτρικτον, τὸν μὴ ἀλλοιούμενον, τὸν ἀείδοντα. Primam Veritatem, & unum & solum illum qui non est ex materia, qui corpore non continetur sine colore, sine figura, inalterabilem, semper existentem. Et Philo Iudæus, lib. 3. de vita Moſis veritatem à Deo non ſeiungi ſcribit. Pindarus etiam, Olympio. ode 10. καὶ θεοῦ θυγατέρα διῶνς, Veritatem filiam Iouis. & Pythagoras, beneficium Deorum veritatem

rit
 de
 Pl
 nu
 rita
 den
 eti
 bon
 erit
 que
 listu
 der
 sent
 solu
 non
 Gen
 puri
 na v
 rel. A
 ibi D
 est v
 D. H
 tur.
 rurſu
 est d
 nard
 quit,
 Chriſ
 pſal.

ritatem complecti, vt scribit Ælianus lib. 12. de var. histor. cap. 59. Alcinous libr. de doct. Plat. cap. 10. veritatem dixit Deum: Et Galenus, tom. 8. libr. de histor. philosophi. Veritatem omnia bona vniuersa comprehendere. Id autem quod bona vniuersa complectitur, aliud quam Deum esse non posse, in bonitate docuimus. Quamobrem ipse vera erit veritas, & veritatis omnis lux. Quæcunque etiam ab eo procedunt vera. Ideo & Callistus summus Pontifex scribit, in can. ponder. 50. distinct. in 1. par. decr. Grat. *Hæc sententia quodcunque solueris in terris, erit solutum in cælis &c.* Matth. 16. *aut Domini non est, aut vera est.* D. Thomas lib. 1. contra Gentiles cap. 61. docet & probat, Deum esse purissimam veritatem. Et cap. 62. quod diuina veritas sit summa & prima veritas. D. Aurel. August. libr. 2. de fide Christian. cap. 18. ibi Deum esse nos intelligere debere ait, vbi est veritas. Quia vt idem scribit, epist. 28. ad D. Hieronymum. à quocunque verum dicitur, illo donante dicitur, qui est veritas. Et rursus, sup. psal. 180. *Beata Vita, gaudium est de Veritate, quod est Deus.* Et ideo D. Bernardus, de interio. domo cap. 68. quando inquit, *Veritatem intelligis, vel intelligere facis Christum gignis.* Tertullianus in enarrat. psal. 118. dum interpretatur illud, *Principium*

Verborum tuorum Deus, Veritas. principium
 ad Deum refert, cumque veritatem increa-
 tam interpretatur, à quo, veluti à capite pro-
 cedunt mandata & iussiones Dei. Dicitur &
 Deus in scripturis sanctis verus, vt apud Hie-
 rem 10. *D. Dominus autem ipse Verus est.* Et
 Apoc. 3. b. 7. *Hec dicit sanctus & Verus, qui
 habet clauem David, &c.* Sic psalm. 50. b. ad
 Deum clamat Dauid, *Ecce Veritatem dilexi-
 sti, &c.* Et, psal. 118. l. *Omnia mandata tua
 Veritas, &c.* Quamobrem, & Sap. 3. b. scribi-
 tur, quòd, *Qui confidunt in domino, intelligēt
 Veritatem, tanquam a Veritatis, inquam, fon-
 te aurientes.* Et Deus filius, cum incarnatus
 est, visus est plenus gratiæ & veritatis, vt sen-
 bit D. Ioan. Euang. cap. 1. b. Et cap. 14. a se vi-
 esse & veritatem dixit. Idemque Dominus
 noster IESVS CHRISTVS patrē Deum
 rogans in Euangelio D. Ioan. cap. 17. c. verfic.
 17. *Sanctifica, inquit, pater discipulos in Veri-
 tate, sermo tuus Veritas est.* Qua ratione ac-
 cidit, vt qui à Deo elongantur, veluti à pura
 veritate præcipientes, in infinitos errores, Deo
 auerso labantur etiam inuiti: non secus ac
 qui decreuit ex fenestra se præcipientem agere
 tantum palmum, nihilominus vsque ad imū
 profundi, domum egressus delabitur: qui
 domum Dei relinquunt, veluti hæretici, etiā
 in minima aduersa ecclesiæ opinione, præci-
 pites

pites statim ad infimam erroris decidunt. Et abyssus abyssum inuocat. Et modica à veritate cum præsumptione recessio, iam initio magnos parat ad infinitos errores aditus, non secus ac qui semel viam ignotam ingreditur, & aberrantes quantò plus incedunt, tantò longius a verò itinere aberrant. Sic Tertullianus ait libr. de cultu fœminarum. Nihil verum, in his qui nesciunt Deum præfidem & magistrum veritatis.

De partitione veritatis.

C A P. L.

Clemens Alexandrinus, lib. 6. Stromatôn ¹
Veritatis, inquit, *alia quidem est pars que versatur in cognitione, alia serò in actione, profluxit autem à contemplatione.* Et hac diuisione vel partitione non cõtentus, aliam postea adfert, hoc modo: *Dua sunt ideae Veritatis, nempe, nomina & res: nomina in ornatu & elegantia versantur: res, apud barbaros.* Nam vt idem scribit, lib. 1. Stromat. aliter quis dicit de veritate, aliter veritas seipsam interpretatur: & aliud est veritatis coniectura, aliud veritas, aliud similitudo, aliud id ipsum quod est. Et altera quidem accedit disciplina, altera verò potestate & fide.
 Est

Est enim domini doctrina pietatis, gratia verò fides. Veritas Deus dicitur, quoniam omnis veritatis principiū est: vt sol vniuersi quoque luminis est pater: quia omnium causa cælique totius mētem, & mundi animam ad sui ipsius exemplar ornat, vt scribit Alcinous lib. de doctr. Plato. c. 10. Nos iam tradidimus lib. 4. Syntax. c. 8. veritatis diuisionem, cuius partes aliquas nunc explico. De omnibus autem scribit Rabi Aben Tybbo. lib. Rouach achem, lib. Spiritus gratiæ cap. 5. *Vera, inquit, res naturaz, extra animum reperiuntur, in intelligentia quoque insunt, atque in oratione: quæ tria cum inter se consentiunt, tum vera sunt omnia, & oratio intelligentiam imitatur & intelligentia res & intellectum.* Et Clemens Alexandrinus, in orat. adhortatoria ad Gentes. Veritas in summa, inquit, tribus completur, consilio, actione, verbo.

- 2 Veritas rei, est proprietas, esse vniuscuiusque rei quod stabilitum est ei, in quantum nata est facere de se talem æstimationem: Et in quantum sui rationem quæ est in mēte diuina, imitatur. Et hæc est finitio Auicennæ. in lib. 2. & 11. 2. siue Metaphys. c. 4. Hinc nihil detrahit nostra assertio vel negatio. Falsitas autem vel mendacium dicitur, cum res apparet aliter quàm se habeat, vel cum con-
- fusa

falsa est, vel dum apertè quid sit, non dicitur, ut scribit Aristoteles libr. 1. Ethic. ad Eudemum. Sic nō omne quod apparet verum est, ut idem scribit Aristoteles. Metaphys. c. 4. Sed quod similiter semper apparet, ut scribit Plato, lib. 7. in Minoe, vel de lege. Sic semen verū dicitur, Hier. 2. c. res omnis sua essentia perfecta, nullis vitiis extraneis obnubilata, & deturpata. Et apud Paulū Iurisc. substantia rei ponitur pro veritate: cui opponitur falsa opinio, in l. 2. pro empto. lib. 41. §. tit. 5. Et apud eūdem Paulū, in l. quoties. l. 14. de Iureiu. lib. 12. §. tit. 2. & apud Martianum in l. 1. §. qui in rationibus, ad l. Cor. de falsi. 48. §. tit. 10. res accipitur pro veritate, ut illud, propter rem iurare, & rem amouere, & falsum in re committere, pro veritate, rem iis locis vsurpantes. Refertur & id quod fieri oportet ad veritatē, ut scribitur à Paulo Iurisc. in l. verbū oportere. l. 37. de reg. iur. lib. 50. §. tit. 17. Dicitur & mendaciū rei, ut hypocrisis, fucatio.

Veritas intellectus, est adæquatio rei intellectæ ad intellectum. est finitio quā ferè³ omnes tradunt finientes veritatem in genere: ego tamen existimo propriam intellectus veritatis: eo quod veritas rei non pendeat ex nostro intellectu, ut hæc. Hanc autem tradit Rabi Isaac, & D. Thomas, in 1. q. 16. & in q. de verit. quæst. 1. & Chrysostr. Canapitius Iauellus

D. Thomas etiam dixit, veritatem intellectus esse intellectualem perfectionem operationis. libr. i. contra Gentil. c. 60. Clarior tamen illa, quæ adæquationem rei intellectæ ad intellectum exprimit. Caterum adæquatio illa, fit non ratione actus, sed ratione formæ, quæ est similitudo rei intellectæ, secundum quod per ipsum, intellectus rei adæquatur, ita quod similitudo non est formaliter veritas, nisi ratione illius adæquationis.

Quamobrem hinc notandum est, quod quemadmodum similitudo & imago concipitur, interdum perfectè, interdum imperfectè: nempe imperfectè sicut quando informatur specie intelligibili, sed actualiter non considerat. Perfectè quando actualiter intelligit & format conceptum rei conformè: Ita invenitur veritas in intellectu, & imperfectè ratione speciei intelligibilis præcisè sumptæ, & perfectè, ratione conceptus formati de re. Quæ in causâ adhuc notandum, quod dum dicitur apud D. Thomã, in quaestio. de veritate, tum alibi. cognitionem esse veritatis effectum, illud intelligitur, de veritate imperfectè sumpta: cum autem dicitur, veritatem pertinere ad id quod dicitur, intelligitur de perfecta, & completa veritate, ut annotavit Frãnciscus de Sylvestris, ad cap. 59. lib. i. D. Thomæ contra Gent. Sic falsum &

& mēdaciū intellectus, dicitur omne peccatum siue id ignorantia, siue malitia cōmitatur. Ignorantia enim culpabilis est, in his quæ faciēda non sunt, in non committendis curam non adhibere, vt aliās diximus. Malitia dolum, & mendaciū decipiens habet. Quamobrem omne peccatum mendaciū est, veluti cū ignorantia id dicimus bonum esse quod non est, sic falsum dicentes & sentientes, sicuti antiquorum alij in voluptate, alij in aliis fælicitatem ponentes, falsi sunt & errarunt. Sic quādiu peccatum quis cōmittit id malum esse forsan non existimat, veruntamen mendaciū ille admittit si in eo decipiatur.

- 6 Orationis veritas, vel solius eius quod cogitamus vel rerum quas exprimere volumus. Sic Galenus in Isagogicis, li. de optima secta circa princ. *Verum, inquit, sane ex orationis cum rebus concordia aestimabitur.* Hoc modo forsan Senusippus. lib. de definitio. Plato. videtur definisse veritatem, dum ait, esse habitum in affirmādo vel negando rectum, & scientiam veri. Et D. Augustinus, Serm. 25. de verbis Apost. Et scribitur in cano. cum humilitatis, 22. q. 2. *Veritas ipsa est, Est quod est, dicas: non quomodo est Veritas, Sibi est falsitas.*

De Veritate assequenda.

CAP. LI.

Galenus lib. de medi. art. constitut. in
 Isagogi. ad verum intelligendum septē
 requirit, quæ antè omnia principio accuratè
 contemplanda. Primum est acere ingenium,
 vt quodcunque edoceatur præceptum, im-
 pigre assequatur. 2. educatio à puerili ætate
 atque exercitatio, vt in primis versatus sit,
 disciplinis, potissimum in Geometria &
 Arithmetica. 3. Oportet aures omnibus qui
 optimisua tempestate viderentur esse, ac-
 cōmodasse. 4. Nullis ipsū laboribus parcere,
 vt præter disciplinas alud nihil die noctuq;
 meditetur. 5. Veritatis amore capiatur, eiq;
 vni in tota vitaspretis cæteris omnibus, quæ
 vulgò studiosè expetita sunt, sedulā operam
 nauare. Et alibi de cuiusque animi peccator.
 notitia. natum ad veritatem veritatis inda-
 gatorem expostulat. Deinde optima atque
 liberali indagatione natū esse. *Nam, inquit,*
qui in Veritatem explorādā minime natura
feratur, & in flagitiosis inhonestisq; studiis
altus fuerit, nequaquam iste aut sponte com-
motus, aut ab alio concitatus, Veritatem un-
quam appetere valebit. 6. ab iis methodum
 quandam perdiscere, qua verum & falsum
 discernitur, necessarium ducit. 7. præter hæc

Exercere methodum, quò non ipsam solum cognoscere, sed vti quoque liceat.

- 2 Deinceps consideranda sunt impediméta quæ impediunt, veritatis notionem, quæ quatuor ponuntur à Rabi Mosce Ægyptio, in lib. ductoris dubitationum. c. 30. & rursum. lib. 2. c. 23. cuius verba hæc sunt Latine conuersa. *Dicit Alexander, tria sunt quæ impediunt apprehendere Veritatem rei, amor multitudinis seu magnitudinis, & extremitatis vel excellētiæ. 2. est subtilitas in apprehendendo, & profunditas rei inuestiganda. 3. ignorātia inquisitoris, & breuitas potētia siue facultatis ei⁹ in apprehēdēdo. adde 4. quod est consuetudo nutritionis, siue popularis siue praeceptoris, quoniam id fermè natura sequitur hominis amor quidam, qui allicit ad sequendū eum cū quo quis nutritar: vt facile coniciet quilibet ex rusticorum more, qui eiusdem pagi & oppidi, quibus iidem mores & verba. Imo vt Calixtus Papa scribit, Epist. 2. ad episcopos Gallia, & refert Gratia. in canone consanguinei, 3. quæst. 5. propinquitatis, familiaritatis ac dānationis affectio veritatem impedire solēt: amorque corporeus & timor atque auaritia plerunq; sensus heberāt humanos, & peruertunt opiniones, vt quæstum pietatem putent, & pecuniam quasi mercedem prudentiæ.*

3 Aliam

3 Aliam viam cognoscendi veritatem tra-
dit Galenus, tomo 3. lib. de cuiusque animi
peccato notitia atque medela. Si quis, inquit,
Veritatem exploraturus, prius arrogatam, ta-
ctantiam, nimum sui amorem, honorum &
bonorum immoderatam libidinem, falsam
persuasionem Sapientia, atque auaritiam, ex
animo suo extirpauerit, iste plane ad ipsam
peruenit non mensibus modo, sed annis multis
postea, cum ante sese exercuerit, atque placita
ad beatitudinem & ad calamitates dicere
Sapientia indagauerit.

4 Ut sensibilia multa, multis de causis
mentem effugiunt, sic rationem quoque ra-
tionabilia multa prætereunt. Quod cum
ita sit, quisquis sincerus amator veritatis ex-
titerit, nec ab euidenter cognitis, ob ea que
nondum comperta habet, recedet, nec ob-
euidenter cognita, his quæ adhuc sibi incom-
perta sunt, accedet, vt ait quoque Galenus,
tomo 1. lib. an sanguis in arter. natu. conti.

5 Alia Galeni regula, tomo 3. lib. de sym-
ptom. differen. Veritatis, inquit, studiosus
agere debet, nempe res ipsas, quæ inter se na-
tura sint similes, eoque minus aduertuntur
ostendere. Dein nomina his imponere, potis-
simum quidem si potis est, quæ maxime sint in
usu: sin hæc non nouit apta fingere. Ante om-
nia Verò singulis rebus singula, ne quæ in-

sermone & obscuritas ex homonymia nascatur, indeq; sophismata oriuntur, & res illa omittatur. Illud vero rectene an non recte, & proprie an improprie nomen sit impositum, per longius otium aestimare, cum res ipsas iam intellexerimus, quippe in harum rerum cognitione, successus operis consistit, non in nominibus. Ac nos quidem sicuti dixi, tum consuetas vulgo nomina rebus imponimus, tum res quae inter se sunt vicina, distinguimus, ceteris nominare quidem sicuti libet, permittimus, rem aliquam indefinitam relinquere non permittimus. Atque D. Chrysostr. tomo 2. Homilia 23. in Mattheum in opere ut vocant imperfecto, per collationem rerum & indagationem à sapientibus & doctoribus parari veritatem, etiam ignorantissimo scribit: sicut qui vestimenta velit emere etiam bonitatis impos, tamen distinctionem bonitatis intelligit, dum apud plures mercatores diuerterit: & is qui iter ignotum ingreditur, non propterea resilit, sed quos inuenerit, de itinere in itinere sciscitatur.

- 66 Alia regula Galeni, in Isagogi. li. de optima ad Thrasibulum. Oportet, inquit, semper sermonem & praeceptum ad speciem proposita rei, de qua sermo est atque praeceptum, referre: ac si de re aliqua sensus euidentis sit, illam accommodare: si vero de re sensus oc-

culpa considerandum, nun. alicui occultarum rerum sit consentiens. Iudicia autem de rebus sensui euentibus atque occultis, differunt. Quæcunque enim sensui euentium rerum, per se de seipsis notitiam pariunt, sensu diiudicantur, vt album & atrum. Sed euentium quidem sensui, non per se autem cognitorum, iudex est obseruatio eorum, dico quæ per signa percipiuntur. Iterum, sensui abstrusarum rerum, sicut plures sunt differentia, ita & diuersa iudicandi instrumenta. Ex abstrusis autem sensui, aliqua intellectui perspicua sunt, vt hoc natura corporea fieri non posse, vt idem homo Athenis simul atque in Ægypto sit: aliqua per ostensionem cognoscunt, per consensum cum his quæ ab omnibus conceduntur, diiudicatur rursus concessi diiudicatio in plura diuiditur: Aut enim ex consensu cum sensui apparentibus, aut cum perspicuis intellectui, aut cum demonstratis concessum discernitur.

7 Alia eiusdem Galeni norma ex sententia Hippocratis. quam refert tomo 1. lib. 9. de decret Hippocr. & Plato. *Quo igitur modo, inquit Hippocrates, rerum natura inueniri potest? Si à maximis facilimisq; exordiamur. Maximis inquam & su: facillimis autem quantum ad nostram cognitionem spectat. Natura siquidem & traque hac nobis largita est, & ipsa*

Iudicia & fidem, quam sine ulla disciplina iudicis adhibemus In argumento in Menone Platonis. Iudicia sunt instrumenta ipsa sensuum, quæque instrumentis vtuntur, facultates fides & persuasio, quæ sine vlla doctrina, natura duce non tam in hominibus, quam in aliis omnibus animalibus, inest. Nam cum accedentem aliquem viderint aut strepitum vocemque audiuerint, cõfestim si maius est id animal, quod accedere conspexerunt, aufugiant: quieta verò permanent, si minus imbeciliusque aduentare senserint.

- 8 Potest etiã veritas elici ex redargutione falsitatis: nam contrario summoto, quod verũ est remanet, sic tradit Marfil. Fiscinus. Redargutione autem non aliter accidit veritatem detegi, quàm chalybis splendorem, dum à rubigine perpolitur. Ita enim sublato quod veritatis candorem subtraherat oculis, quod non videbatur apparet. Et in hac parte imitãdi sunt metalli inquisitores, qui antequam ad venam metalli perueniant, maximis laboribus ante profcindunt moles môtium, dein cuniculis pluribus, non sine vitæ discrimine actis, metallorum venas inueniunt, & effossa, magna postmodum ignium vi à fœcibus perpurgant. Neque enim absque ingenti negotio lucidum aurum vel metallum, in vsum moneta: vel aliorum operum traducant. Hæc

nos veritatem etiam maximis laboribus inquirentes, fodere in altum ibi iubemur, ubi putamus tam lucidum aurum inueniri, cuius venas postea inuenientes, à facibus, hoc est, dubiis & inuolutionibus opinionum, maximo & feruentissimo igne mentis continuoq; studio, perpurgare debemus, vt postmodum in monetam optimam idoneamq; vsibus & negotiis hominum moderandis, transferamus.

Quo in loco annotandum est, tria genera hominum in veritatis disquisitione esse, sicuti in metalli effusione: sunt enim qui perquirunt in fodinis & facibus intermixtum inueniunt, qui plerumque aurum facibus informe, purgare non norunt. Secundo sunt qui excipientes illas faeces, igne aurum separant. Deinde tertio sunt alij, qui vsum & formam & vim auro dant, vt principes qui nummos certa forma & materia purgata, percuti obsignatos iubent, quos non licet alio modo mutare vel adulterare. Similiter sunt aliqui qui rudi Minerua veritatē inueniunt, verum confuse & quid dicant non intelligunt, vt metalli rudes effusiores. Secūdo sunt alij qui separant quidem veritatem à falsis: veluti philosophi, disputatores, & quisque in sua arte peritus, theorice. Sed sunt alij qui ad vsum perpurgatam veritatē & praxim transf-

ferunt, quam obſignant formæ certiffima, quaſc obſignata indubiè quiſque vtitur, quã qui mutare conatur, non minus puniendus venit, quam adulterans publicum numum, niſi pari authoritate & labore factus expertior, cum ratione ſe iuſte id tētare & immutare demonſtret.

10

Ex quibus colligimus primum, nos maioribus fere omnem acceptum ferre debere ſplendorem, per quos factum eſt, vt inuenta, explicitaque per ſucceſſores ad nos peruenirint: ij enim fuerunt qui maximis cum laboribus, ingenio acri non longè à primæua creatione & veritatis cognitione abeuntes, in ætatis diurnæ inuenta, determinata, & probata reliquerunt, quæ poſtmodum cum tempore exulta interdum ſalicius interdum obſcurata malitia hominum fuerunt. Qua ratione prouidus & ſapientiffimus omnium rerum creator Deus, in prima ætate ſeculi, diutius homines viuere permisit, vt ſuis laboribus poſteris neceſſaria, inuenta probarēt & traderent. Nec enim eſt aliquid dictum, quod non dictum ſit prius, *Nec Aliquid ſub ſole nouum, nec ſolet aliquis dicere, ecce hoc recens eſt: iam enim præceſſit in ſeculis qua fuerunt ante nos.* Eccleſiaſt. c. i. c. verſ. 10. Sic Galenus tomo 4. lib. de dignoſc. pulſib. *Sordis*, inquit, *ſenioribus, qui hac magna cura inueſt*

inuestigastis, referimus acceptum, Si quod nos inuenimus boni, non inuenturi cerse, nisi quia ad Vestrâ scripta, qui glaciem secusistis, Et Viam nobis ad ea aperuistis, meditati sumus.

2. Sequitur, difficile esse, neque dormientibus obuiam inuentionem veritatis, atque circa eius inuentionem laborandum. *Non enim, vt ait D. Augustinus, in princip. lib. 1. quaestionum super Genesin. disputatio Veritate, sed Veritas disputatione acquiritur.* Sic Arcadius Iuriscōf. in l. numerum, l. 16. §. mixta munera, de mune. & honor. li. 50. π. tit. 4. scribit. *Herennium Modestinum inuenisse Veritatē notando Et disputando, quod mixtorum numerum nomine Genesret.* Neque enim vt decipitur Protagoras, verum id omne est, quod cuique videatur, neque quod Cyrenaiorum statuebat secta, qui prater pranotiones intimas, nihil putabant esse iudicij. Neque quod putarunt Epicurei, qui omne iudicium sensibus, & in rerum notitiis & in voluptate constituebant: sed quod Plato dicebat, omne iudicium veritatis: & ipsam veritatem abductam ab opinionibus, & à sensibus cogitationis ipsius & mentis, vt refert Cicero. lib. 4. Academ. quaest. Huc accedat longa & cōtinua disquisitio: sicuti animalibus mūdis illud proprium dicebatur, quod ruminat.

rent. Leuit. 11. & Deute. 14. Nobis etiam quæ didicimus remandenda, id est, quodammo-
do examinanda sunt, antequam pro veris
recipiamus. Sic & D. Paulus, 1. ad Thessal. 5.
c. vers. 21. *Omnia probate, quod bonum est te-
nete.* Et D. Ioānes, Epist. 1. c. a. vers. 1. *Charis-
simi, nolite omni spiritui credere, sed probate
spiritus, si ex Deo sint.* Sic in cano. graue, 25.
q. 8. in 2. par. Decre. dicitur, veritatem sæ-
pius recensitam splendere.

- 12 Tertiò hinc colligimus, cognitam verita-
tem, nullomodo esse immutandam, non ab-
fcondendam, nō minuendam, vel fueandam.
Nisi possumus aperte demonstrare, quæ
pro veritate habentur, falsa esse. Se obiiciunt
inquisi- onī veritatis, veluti lapidosi montes
metalla perquirētibus, ira, quæ impedit ani-
mum ne possit cernere verum: pertinacia,
mūnera, consuetudo praua, malitia, nimius
amor sui seu philautia, & id genus alia. Sic
pertinacia obduratum est cor Pharaonis, ne
cognosceret veritatem annunciatam à Mo-
se. Sic & in peccatis callum obducentes, veri-
tatis nuntium & salutis rei eiciunt. Fit autem
illa obduratio, ex fallacia peccati, cum mala
pro bonis suis malitiose sequitur, vt collig-
gitur ex epistola ad Habreos cap. 3. c. Cuius
autē aures clausæ veritati sunt, vt nec ab ami-
co verum audire nequeat, huius salus despe-
randa

randa est, ut scribit Cicero in Lælio, vel de Amicitia. Munera etiam excæcant cor sapientum, ne cum veritate & pro ea sentiant, Exodi 23. a. non accipies munera, quæ excæcant prudentiam, & Deuter. 16. d. & Eccles. 20. d.

Non parui momenti etiam est assuescere ¹³ verum dicere: nam qui ab anniculis mendaciis lactantur, vix eius perniciosi obliuiscuntur: & contra veritatem loqui consueti eam vnquam regere nequeunt. Quod & exemplo apparet Aristidis, qui propter virtutes in Rempub. collatas, iusti cognomen meruit: is enim constantiam, modestiam, æquitatem à vero coluit, neque mædaciū, nec in Deos intemperantius dictum, nec fraudē vel ioco probare potuit, ut scribit Plutarchus, in vita Aristidis. Et malitia etiā obcæcat cor Sapient. 2. d. potissimum, & malitia vel nequitia mulieris, immutat faciem eius, & obcæcavit vultum suum, tanquam versus, Eccles. cap. 25. c. vers. 23. Et Sapient. 4. b. de iusto dicitur. raptus est, ne malitia mutaret intellectū. Philautia, videlicet amor sui, multos decipit, ut ¹⁴ supra docuimus, dum quis plura se scire, quam nesciat, existimat, propriis erroribus hæret. Sic in fine seculi quando omnis error & falsitas Antichristo viam parabit, erunt homines seipso amantes. 2. ad Thimot. 3. a.

15 Iouianus Pontanus lib. 2. de Sermone c. 2
 veracis viri proprium esse ait, non simulate
 aut dissimulate de seipso loquus: non obscure
 aut insinuanter minimeq; oblique, Serum
 aperte, palam, directe, liberaliter: quod etiam
 est magnanimis, nihilq; quod sibi non insit, aut
 rebus suis adiungere: aut quod ex parte desit,
 per simulationem effingere: Erigitq; oratio eius,
 aut ab omni iactatione vacua, sic nullo pacto
 nimia, quæue satietatem audientis afferat: si
 careat supercilio, sit tamē seuera & grauis &
 grauitati suo loco sit adiuncta grauitas, si
 sit dispositio ordōne commodus sine
 fūco, si amplificatio temperata,
 qua dicentem non extollat,
 Et praco, &c.

* * *

ABACVS

A

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

ABACVS VERITATIS.

SYNOPSIS EORVM

quæ veritatem
referunt.

His repugnant.

1 <i>Adæquatio.</i>	<i>Adulatio.</i>
2 <i>Approbatio.</i>	<i>Ambitio.</i>
3 <i>Authoratio.</i>	<i>Arrogantia.</i>
4 <i>Confirmatio.</i>	<i>Calumniæ.</i>
5 <i>Essentia.</i>	<i>Contingens.</i>
6 <i>Fides.</i>	<i>Deceptio.</i>
7 <i>Lex.</i>	<i>Dolus.</i>
8 <i>Prædestinatio.</i>	<i>Error.</i>
9 <i>Probationes omnes, Et testes,</i> <i>instrumenta, &c.</i>	<i>Fabula.</i>
10 <i>Quiditas.</i>	<i>Falsum.</i>
11 <i>Ratificatio, seu ratihabitio.</i>	<i>Falsitas.</i>
12 <i>Regeffum.</i>	<i>Fictio.</i>
13 <i>Vestrum.</i>	<i>Futurum.</i>
	<i>Hypochrysis.</i>
	<i>Iactantia.</i>
	<i>Ironia.</i>
	<i>Mendacium.</i>
	<i>Ostentatio.</i>
	<i>Periurium.</i>
	<i>Proditio.</i>
	<i>Suffragatio.</i>
	<i>Simulatio.</i>

Quæ

Quæ omnia ferè seipsa manifestant, vel referre veritatem, vel repugnare eidem. Atque superioribus capitibus quoque, quæ, qualiæ sunt, explicauimus: vt nō sit necessarium diutius in illis immorari, & eandem cantilenam, vt est in prouerbio. canere. Pauca tamē de istis adiciere non pigebit, in gratiam tyronum. Idque in summa

1 Adequatio, cū referat existentiæ similitudinem, & existētia omnis vera sit, erit & illa vera.

2 Quod approbatum est etsi in se verum interdū non sit, tamen in quantum approbatum, pro vero habetur, saltem approbanti. Neque quod quis semel probauit, ex eadem causā reprobare potest. Si approbata non sit contra ius, & sine errore seu scienter probata sit, & alteri nō noceatur, reg. iur. quod semel placuit, c. 2. l. 1. lib. 5. Sex. tit. 5. l. 1. Componius, 10. de negot. gest. π. Quō fit, vt cōmunis opinio dicatur ius facere, & pro veritate haberi, l. 1. de testam. li. 6. G. tit. 23. l. ad S. C. Macedo π. cum similib; à glo. nota.

3 Authorisatio cum approbatione consentit, eaque pendet vel à potestate publica, vel priuata. Sic negotia rata dicuntur approbata ab eo qui potestatem habet probandi vel reprobādi, putā à summo Pōtifice, rege, magistratu, prælato, vt in c. causam, de iudic. c. 1.

de

de procurat ap Greg. tutore, curatore, tit. de
 author. tut. de author. prest. & c. à maioribus,
 c. dudum, de electio. à bonis probis & peritis
 authoribus seu scriptoribus, nomothetis seu
 eorum legibus, vt §. cogitatio, vt iudic. sine
 quo. suffr. in Authen. c. septimo mense, de sta.
 homi. Vnde & probatio vt veritati consona,
 auctoritate sapè ducitur.

4 Confirmatio quoque addit verum: nam
 si firmum verum sit: confirmatio quoque
 quæ refert firmum, vera erit. Callistratus l. 3.
 §. eiusdem, de testibus π . respondit, testimo-
 nium veracis confirmare fidem rei. Et con-
 firmationem pro approbatione, quam verū
 habere diximus, accipi nemo ambigit, regul.
 iur. non firmatur, lib. 6. Sex. tit. 13.

5 De essentia, in principio bonitatis & ve-
 ritatis dictum est.

6 De fide dictum est in cognitione.

7 De prædestinatione quoque ibidem, &
 cum Deus sit verax, necesse est eius præde-
 stinationem esse veram.

8 Probationem veram habere causam cō-
 stat, per naturam probationum sufficiētium
 ad fidem faciendam, vel per testes, vel per in-
 strumenta, vel aliis receptis modis, l. in exer-
 cendis, 15 de fide instr. C. l. 2. ad leg. Cor. de
 fals. c. Extant in iure Pontificio & ciuili tit.
 de testib. & proba. de fide instrum.

9 Lex pro veritate, quia auctoritatem habet, & seruanda est, l. leges vt generales, & l. leges sacratissimæ, C. de legib. cum similib.

10 Quiditas idem quod essentia, quæ veritatem habet.

11 Ratificatio vel rati habitio approbationem, & ideò verum, habet. Sed hæc probatio ad tempus præteritum trahitur, siue ad id quod in tempore præterito dictum, gestū, factūmue fuit, l. fi. ad S. C. Mace. C. cū simul.

12 Regestum, quod vocant registrum, ex nomine veritatem ostendit. Sic enim liber dicitur, quod in eo quæ re ipsa gesta sunt, conscribuntur: vel auctoritate publica, veluti per tabellionis, l. contractus, de fine instrument. C. Guil. Pap. decis. 19. & cons. 84. argentarius, l. quædam sunt personæ, 9. §. fin & largētarius, 10. vers. 1. de eden. ¶ & iudicium amanuenses, c. quoniam contra, de probatio. apud Gregor. vel priuatorum consuetudine, veluti per mercatores calendaria, libri rationum, qui à mercatoribus integræ fidei habitis conscripti, fidem iam olim faciebāt, Guido Pap. decis. 441. Interpr. ad l. instrumenta domestica, & l. rationes d. functi, de probat. ¶ Steph. Aufre. in decis. capell. holof. 496.

13 De vero iam dictum. Sequitur vt pauca latius de mendacio, & eius quibusdam speciebus paulò latius agamus.

De veritate assequenda.

C A P. L I.

Mendacium, ex diametro orationis, veritati oppositū est. Nam vt D. Chrysost. scribit, tomo 1. homil. in psal. 14. *Si occultatur Veritas, tyrannidem obtinet mendacium, Et tanquam ex agris qui carent dominis, ex animis pradas agit: Sin autem Veritas ducat exercitum mortuum iacet quod falsum est. Quemadmodum enim tenebre a luce deuorantur: ita etiam mendacium a Veritate sepelitur.* Et D. Ioannes, Epist. 1. ca. 3. cap. vers. 21. *Omne mendacium ex Veritate non est.* Et Salomon, Eccles. 34. a. vers. 4. *A mendace quid Verum dicetur?* Et Prouerb. c. 26. d. vers. 28. *Lingua fallax non amat Veritatem.* Et Philo Iudæus, li. quis rer. diuinar. heres. *Maximū, inquit, bonum a natura datum, sermonem plurimi contempserunt acceptum, ingrati perfidique hoc et si contra largitricē. Hi sunt adulatores, praestigiatōres, inuentores Sophismatū persuasibilium impostores fallaciarū peritissimi, de mendacio sciando haud solliciti, Et insuper affectatores obscuritatis. Est autem obscuritas, res profunda in sermone, res commodissima furibus. Quamobrem Moses summum Pōtificem ornas claritate, Et Veritate: Solē perspicuam simul*

e e e

Et veracem esse viri boni orationem. Hæc Philo.

- 2 Et quemadmodum Deus est pater veritatis, sic Satan dicitur pater mendacij. Euang. D. Ioan. c. 8. f. & cano. cauete 22. q. 5. in decre. Gratia. Et can. cito turpem, 1. q. 1. Et de Spiritu Dei dicitur à Sibylla lib. 3. Oraculorum. *ὁ πνεῦμα γὰρ πρὸς τὸν θεόν, πρὸς τὸν κόσμον καὶ τὸν ἄνθρωπον, 1,* non mendax est Spiritus Dei mundo. Nec est Deus quasi homo, et mētiatur. Numero 23. c. Mētiri Setanam quis calumniatorem authorem habet, quia is subministrat mentiendi stimulos, quibus assentimur maximo cum nostro malo. Actuum c. 5. a. Cōstat & ex verbis D. Petri ad Ananiam, *Cur tentasti Satanam cor tuum mētiri Spiritui sancto.* Agnosce Spiritum illum magnum, qui dixit coram domino. *Ego decipiam Acham, & ero Spiritus mēdax in ore omnium prophetarum eius.* 3. Reg. c. 22. d. vers. 22. Et 2. Paralip c. 18. vers. 21. Inde homo factus est mendax, quia peccato & mendacio primo credidit, dum ille impostor dicebat, *Eritis sicut Dñ.* Genes. 3. Quamobrem scribitur, *Omnis homo mēdax,* Psal. 115. a. 1. Ut D. Chrisostomo placet, *Sanctitati & mendacio obnoxius.* Et rursum, Psal. 61. *Mendaces filij hominum.* Qui autem Deo adhaeret, quanto feruentius ei amore iungitur, tanto à peccatis mendacij seungitur. Sic enim

enim & ferunt Anub Monachum Ægypti post confessionem pro Christo in persecutione factam, nunquam postea mendacium dixisse, & nihil terreni concupisse, tanquam Deo acceptum ideo, vt quæcunque ab eo expetisset, obtineret, vt scribit Nicepho. Calist. lib. 9. Hist. cap. 14.

Quamobrem & Deus omnibus modis & 3
omni tempore admonet, vt caueamus à mendacio, Exod. c. 23. a. vers. 1. *Non suscipies serba mendacij, nec iunges manum tuam, et pro impio dicas falsum testimonium.* Et postea, vers. 7. *mendacium fuge.* Et per D. Paulum, ad Ephes. 4. f. *Depoñentes mendacium, loquimini Veritatem.* Huic præcepto obaudiens Iob c. 27. a. vers. 3. & 4. ait, *donec superest habitus in me, & Spiritus Dei in naribus meis, non loquetur labia mea iniquitatem, nec lingua mea meditabitur mendacium.* Et in Deut. cap. 20. *Non loqueris contra proximum tuum falsum.* Est & finis malus, ob quæ mentitur communiter. Nam voluntas mentiendi vel fugendi eorum maximè est, qui opes appetunt, vel luca desiderant, vt scribit Lactatius. lib. 1. de fal. relig. cap. 4. Et quia contra naturam esse mihi videtur mentiri, cum natura essentiam exhibeat, vt opera Dei prout sunt. Mendacium autem taceat, & tollere desiderat. Hocque visum est execrabile omnibus

gentibus naturaliter, & sacris literis & profanis detestatum Sic Aristoteles, 4. Ethicor. ad Nicom. cap. 7. mendacium per se improbum esse, & vituperabile dixit Philo Iudæus, lib. de Iudice 1. peccatorum præcipuam causam, assuetudinem, mendacij scribit, quo ab incunabulis nutrices matresq; & alia tum seruorum, tum ingenuorum turba alumnum suū imbuunt, dictis factisque astruentes, id animo quasi agnatum naturaliter, cum potius extirpari debuerit per honesta studia, etiam si à natura fuisset inditum Et lib. 2. de Monarchia dum de veritate cum claritate in rationali pontificis agit, scribit *textus alter* *Veritas, per hanc subindicatur non esse fas & illi mendacio cælum ascendere, quod totum inde ad terrestria loca relegatum sit, & demigrarit in animos scelestorum hominum.*

- 4 Plato, lib. 34. Dialog. 3. de legib. *mentiri, inquit, non licet ququam, nisi forsitan principibus reipublica causa, id est, alicuius grauisissimi mali euitandi gratia.* Nam & conuenit interdum etiam bonum virum mendacium dicere, & quidem nonnunquam de lenioribus causis, vt in pueris ægrotantibus vtilitatis eorum causa, multa fingimus multa non facturi promittimus, nedum si ab homine occidendo grassator auertendus sit, aut hostis pro salute patriæ fallendus, vt scribit Quintilian. lib.

lib.12. Inſtit. Orator. cap.1. *Qu*anquam hoc ego potius ſimulationem & ſolertiam, quàm mēdaciū dixerim. Adhuc & ipſe Plato ait, 2. de legib. Mendaciū & Deo, & hominibus odioſum, & ciuitatis calamitatem adfert, ideo tollendum ex hominum commerciis, vt conſentit Cicero 3. Officio. Facilis enim via ad periuria ex mendacio ſequitur, vt idem Cicero ſcribit orat. pro Roſcio Comedio. in quo & De^o grauius duplici modo, & contemptu & mendacio offenditur. Plutarchus, mentiri, tanquam ſeruile maximum opus abominatur, lib. de libe. educan. vt Plato, lib. 13. in Theæteto vel de ſcientia. Mentiri ait eſſe turpe. Nec Perſe turpius quicquā mēdacio ducunt, vt ſcribit Herodotus. in 1. Apud Indos magiſtratus, qui Indorū cuiuſque vitam poſt obitum ſtatim ſcribit, ſi in mendacio eſt deprehenſus, aut deceptus ipſe vnquam fuerit, hac multatur pœna, vt nullo amplius magiſtratu, aut dignitate fungi poſſit, quia communem hominum ſocietatem mentiēdo fraudauerit, vt ſcribit Philoſtratus. lib. 1. de vita Apollo. c. 12. Scribit & Plutarchus in vita Alex. Mag. Antigonum Monoculum mendacij conuictum, ab Alexandro aula euictum, & præfectura priuatum. Tollendum itaque ex omnibus cōtractibus mendaciū putat Cicero, 3. Officio. & Ale

xander ab Alexan. lib. 6. genial. dier. c. 10. referè Artaxerxem ita mendacium auersatum, vt mendacis hominis linguam triplici clauo officii iusserit. Et hoc lucratur solum mēdax ex consuetudine mentiendi, vt cū postea verum dixerit, nō ei credatur. Quamobrem & sordidi putantur, qui mercantur à mercatoribus, quod statim vendant. Nihil enim proficiunt nisi admodum mētiantur, vt scribit Cicero. 1. Officio. Sic idē Cicero, pro C. Rabio Posthumo. *Vbi quis semel peierarit, ei credi postea, etiam si per plures Deos iuret, non conuenit*, Legimus & Zenonem Eleatū tormentis à Dionysio tyranno, mendacium dicere interrogatum, linguam dentibus amputasse, & in Tyrannum proiecisse, ne cogere-
 retur falsum proloqui, vt scribit Eusebius, libr. 10. de preparat. Euangel. & D. Gregor. Nilfenus, li. de voluntario. cap. 1. & Amianus Marcellinus libro 14. histor. eadem refert: idemque fecisse ob eandem causam, Eusebium quendam calumniis impetitum, atque tortum, vt falso alios accusaret, tempore Galli & Constantij Caesarum. Mendacium etiam iure Ciuili prohibetur, & plectitur. Nam & qui negat se iure pignoris quam possidere, à tertio creditore cōuentus, amittit priuilegium iuris retentionis, pro hypotheca, & tenetur possessionem rei mēdaciij

daciꝝ conuictus, transferre, priusquam in iure suo audiatur. vt scribitur Auth. licē possessor, qui potior in pigno. habean. li. 8. C. tit. 18. Item qui contrahendo mentitur se patrem familias cum filiusfam. esset, priuatur beneficio Macedoniani Senatusconsulti, & potest legitime conueniri eo non obstāte, vt scribit Marcell. Iurisc. in l. qui cum se, l. 10. de re iud. li. 42. §. tit. 1. Vlpianus, & expressius, in l. cum qui, l. 6. quod cum eo qui in alie. pot. li. 14. §. tit. 5. & expressius Pertinax Caesar. in l. 1. ad Senatusc. Macedon. lib. 4. tit. 28. Sic ob mendacium, quo quis minor se maiorem dixerit, restitutione in integrum priuatur. Alexand. Cesar. in l. 1. & Dioelet. & Maximia in l. 2. si minor se maior. dixer. lib. 2. C. tit. 43. Sic de similibus. Et breuiter, mēdax in iure priuatur beneficio, in quo mentitus est: & si improbitas cum mendacio detegatur, etiam iudicis sententię subiicitur. vt scribunt Theod. & Valen. in l. & si legibus l. 5. si cont. ius vel vili. publ. lib. 1. C. tit. 25. Et Zeno in l. fin. de diuersi. rescrip. lib. 1. C. tit. 26. cum similibus ibi nota. Iure Canonico, nūquam mentiri etiam pro sua vel alterius vita conceditur. Semper enim imminet peccatum. Verum autem tacere, cum sit aliud à mēdacio, & falsi expressione, licet interdum & cum ioco, vel pro amici salute mendacium admittitur, sed nō

sine peccato veniali, vt expresse docetur ex
 Augustino, in psal. 5. in cano. ne quis arbitretur,
 2. 2. q. 2. in dec. Grat. & ab Alexan. 3. pōtif.
 in can. super eo, c. 4. de vsur. lib. 5. Decret. Greg.
 tit. 19. Minus mentiri licet, imo & puniuntur
 mendacia iure diuino: Scriptum quippe,
Perdes omnes, qui loquuntur mendacium.
 psal. 5. 6. Et omnibus mendacibus pars illo-
 rum erit in stagno ardentis ignis, & sulphu-
 ris, quod est mors secunda. Apocalypsis. c. 21.
 c. versic. 8. Opproprium itaque nequam in
 homine mendacium, & in ore indisciplina-
 torum assidue erit. Potior est fur, quam assidui-
 tas viri mendacis: perditionem autem
 ambo hæreditabunt. Mores hominum men-
 dacium sine honore, & cōfusio illorum cum
 ipsis sine intermissione. Eccles. c. 20. d. versic.
 26. seq. Rursum, *Tum diligentissime perscruta-
 tos iudices inuenerint falsum testem di-
 xisse contra fratrem suum mendacium, redde-
 rent illi sicut fratri suo, facere cogitauit, &
 auferes malum de medio tui, & audientes
 ceteri timorem habeant, & nequaquam ta-
 lia facere audeant: Non misereboris eius, sed
 animam pro anima, oculum pro oculo, dentem
 pro dente, manum pro manu, pedem pro pede
 exiges.* Deuter. c. 19. d. Iterum, *testis mendax
 peribit.* Prouerb. 21. d. versic. 28. Testis autem
 falsus iure ciuili etiam pœna talionis puni-
 tur,

tur, id est, simili pœna, vt scribitur in l. 1. §. 1. & ibi Bartolus, ad leg. Corneliam. de falsis in ¶. Panormitanus in cap. 1. de crimin. falsi. Baldus, in l. Præsbyterum, Cod. de Episc. & clericis qua pœna & iudex tenetur, vt eod. Bald. inquit. qui testem ad testimonium illud falsum ferendum induxit. Quod de laicis dicitur. In clericis namque statutum, vt si falsum testimonium ferant, deponantur, & in monasterium detrudantur. in cano. si Episcopus, §. 0. dist. In reliquis quàm in criminalibus negotiis aduersus testes falsum deponentes iure ciuili datur actio duplex, ciuilis & criminalis: ciuilitèr agitur actione in factum, & ad id quod interest testimonium non esse ratum. Sicuti & in eum qui prætoris supposito nomine falsas literas exhibuit, vel edictum proposuit, vt scribit Vlpian. in l. qui nomine, l. 2 §. ad l. Cornel. de sicar. lib. 48. ¶. tit. 10. Et de vtraque accusatione & ciuili, & criminali tractant Gratia. & Valens. in l. penul. & à glo. in l. querelam, ad l. Cornel. de fal. lib. 9. C. tit. 22. Tenetur & de falso, non tantum qui falsum committit, sed & qui falsis vtitur, vt scribit Valens & Galen. Hodie ex constitutione Regia Francisci primi lata anno 1539. in Gallia, cum falsi testes, tum qui hos ad falsum committendum persuadent, capitali pœnali plectuntur, & laqueo

suspenduntur. Sic Plato etiam lib. 34. Dialo. 12. de legib. pœnam mortis falso testi, si ter falsum testimonium dixisse cōuineatur, imponit. Offendit enim tres personas falsidicos testis: Deum, cuius iudicij præsentiam contemnit, cuiusque nomine veritatem dicere adiuratur: item iudicem, quem mentiendo fallit, postremo innocentem, quem mentiendo lædit. in c. 1. de fal. lib. 5. Decret. Gregor. tit. 20. Et quia hi omnes læsi à falso teste indubiè iis satisfieri omnibus debet ab eodem: parti in damno & honore; iudicis authoritati & Deo per pœnam, quia læsus omni iure satisfacere debet nocēs, antequam absoluat, vt in simili scribitur ab Alexandro 3. pontif. in cap. parrochianos, c. 9. de sentent. excommun. lib. 5. Decret. tit. 39. Sed de falsis criminibus, copiosè alibi per nos cum iurifconsultis abundè disputatur, lib. 36. Syntagmatis iuris vniuersi, per prima quinque capita.

De fmitione, & diuisione mendacij.

C A P. L I I I.

EX superioribus generaliter colligimus, mendacium rei & sermonis, prout opponitur veritati, esse representationem seu exhibi

exh
alite
vel
& M
tenc
in fa
l. 2. d.
ibi l
S
quor
quã
vt vi
tane
hoc
sua
tudi
in fa
scrib
21. c.
ras C
lib. c
deri
alieu
dicit
sum
Con
P
giste
anin

exhibitionem vel rei vel orationis factam aliter quam se habeat. Sic enim est excessus vel defectus in representatione. Et Dioclet. & Maximian. Cæsar. in tacendi fraude pro tenore veritatis, & in iuris falsa narratione, & in facto, mendacium poni posse dixerunt. in l. 2. si cont. ius vel vtilit. publ. lib. 1. C. tit. 25. & ibi latè per glo. & interpret.

Sic hypocrisis rei mendacium erit, fucns quoque. Nam hypocritæ alias facies exhibet, quàm habeat exterminant enim facies suas, vt videantur ab hominibus: Matth. 6 b. imitantur, & videri volunt esse, quod non sunt, hoc enim nomen explicat. Mulieres, facies suas minio, cerusa, & aliis pingunt, vt pulchritudinem quam non habent, mentiantur. Et in falsis & simulatis operibus, mendacium scribit esse D. Ambrosius, & in can. caucte, 21. q. 5. vt si quis Christianum se dicens, operas Christianas non faciat. Et D. Augustinus, lib. de vera religio. mentitur ille qui vult videri quod non est. Mentitur sermone is qui aliud, quàm in mente sentiat, fallendi animo dicit, quamquam & id ipsum quod dicit, falsum sit, vt ait idem D. August. li. de mēda. ad Consentiū. c. 4 can. B. Paul. §. est enim, 22. q. 2.

Plato, in Theæteto, vel de scientia & Magister li. 3. 38. dist. sententiarū. Dicitur fallēdi animo, vt differat à simulatione, & iocosa
abac

abnegatione, quæ quamuis culpa non careat propter veritatem tacitam, tamen peccato mendacij non æquantur, vt idem D. Augustinus docet. lib. de mendacio, c. 5. & lib. contra mendacium. c. 10. Atque etiam non omnem tacitam veritatem esse mendacium, ex scripturis sacris. Quamobrem ex substantia mentiendi, scholastici theologi omnes notant, illud esse, vt quod dicitur sit falsum, saltem ex intentione dicentis. Astesa in summa, parte 1. lib. 1. tit. 4. 36. art. 1. D. Thomas 2. 1. q. 110. art. Alexand. de Alex. in 3. par. sum. tractatu de mendac. art. 1. S. Bonauen. & Richar. in 3. sentent. dist. 36. art. 1. q. 1. Quò sit, vt cõcludatur, respectu illius prauæ intentionis fallendi, si quis iuret quod putet esse falsum, & tamen sit verum, pro mendacio ei imputari, vt scribit D. August. serm. 28. de verb. Apost. & in can. homines. 22. q. 2. & Hugo de sancto Victo. lib. 1. de sacram. par. 12. cap. 12.

Mendacium, inquit, *est falsa significatio*

- 4 *locis, cum soluntate fallendi.* Differunt autem mentiri, & falsum dicere, quia qui mentitur, ipse non fallitur, sed alium nititur fallere: qui verò mendaciũ dicit, & fallit & fallitur, vt scribit Aulus Gellius. li. 11. Noct. Attic. c. 11. can. is autem, 22. q. 2.

- 5 Diuidunt mendacium Magister sentent. lib. 3. distin. 36. & ibi ceteri scholastici. in id quod

quod commodum alteri est, quod iocosum,
quod ex malitia est. D. August. li. de Menda.
c. 14. & in can. primum est, 22. q. 2. gl. interp.
in d. cap. primum. octo genera ponit,

1 Mendacium in doctrina religionis, capi-
tale, nullo modo sequendum.

2 Lædens alium, & nulli utilitatē afferens.

3 Iuuans vnum, nocens alteri.

4 Sola mentiendi fallēdiue libido, mirum
mendacium.

5 Ex placendi cupiditate prodiens.

6 Quod nulli obest, prodest alicui : ad vi-
tandum periculum damni.

7 Quod nulli obest, prodest alicui, ad vi-
tandum periculum personæ vel vitæ.

8 Quod nulli obest, & alicui prodest, ad
conseruandam pudicitiam.

In nulla autem specie, nec aliqua occasio- 6
ne, licet mentiri : vt ibidem dantur rationes.

Attamen in his, tantum quis minus peccat,
quantò à primo genere recedit, quod est
grauius genus mendacij : Christiano igitur
nunquam vlli mentiendum decipiendi po-
tissimum aut nocendi causa. Est enim nefas
eū qui veritati studeat, in aliqua re esse falla-
cem, atque ab ipsa quam sequitur, veritate
discedere. In hac iustitiæ virtutumque om-
nium via nullus mendacio locus est &c. vt
admonet Lactantius. lib. 6. vel de vero cultu,

c. 18. Et rursus, in epitome diuina. Instit. c. 5. *Eiusdem, inquit, legis Dei est, falsum testimonium non dicere, quod & ipsum latus patet, si mendacium nocet ei contra quem dicitur, & fallit eum apud quem dicitur.* Nunquam igitur mentiendū est, quia mendaciū semper aut fallit aut fallitur, Nec adulari licet, quia perniciosa & deceptrix adulatio. Et Eccles, c. 7. b. dicitur, *noli & nolle mentiri omne mendacium, assiduitas illius non est bona.* & in cano. mihi. 12. q. 2.

De Hypocrisi, simulatione, & dolo.

C A P. L I I I I.

Hypocrisis, simulatio dolosa, dolusue ipse sub prima & secunda specie diuisionis mendacij D. Augustini contineri possunt, ut ex dicturis apparebit. *insignis* vocatur apud Græcos, imitatio & assimulatio alterius personæ, vel negotij, vel facti: & breuiter, dum quis quæ non habet se habere simulat, aliã uel personam induit. Vocat itaque hypocritam D. Chrysostomus, in posteriorib. homiliis in Matth. homil. 18. in c. 7. doctorem, qui anteaquam faciat bona, ea docet. Sic vocauit Deus Christus I E S U S hypocritas, simulatores iustitiæ Phariseos,

cum

cum nihil magis ab eis verè abesset, quam iustitia. Matth. c. 6. & c. 23. & Luc. c. 6. & c. 12. Et rursus Lucæ 12. vocat hypocrisis Pharisæorum fermentum. Imitabantur enim piorum hominum mores, cum longè ab iis abessent, nō minus quàm hi, qui, vt ieiunantes videantur, exterminant & fucant facies suas, vt tales, quales non sunt, existimentur.

Quod facillè quidam impostores faciunt, qui è fabarum polline tenuissimum in modum contritarum, manè sibi vultum afflatim inspergunt, quo subflauis & laborates videantur, vt ille faciebat puer, qui Grammaticam, & literarum studia exosus, patri vultum exhibuit morbidum, vt extraheretur à ludo, quod & contigit, vt scribit Iouianus Pontanus. lib. 2. de serm. c. 13. Sunt & alij qui sulphuris excepta euaporatione & suffitu pallorem mentiuntur, & faciem tetricam reddunt. vt scribit D. Mattheus. c. 6.

Quo in ordine ponendi sunt, qui laruis personatis vtuntur dicti, Masque, à nomine מַסְכָּה masca, id est, id est, velamen, à radice נָסַח nasac vel נָסַח masac. Velant enim, qui laruati sunt, vultum, ne agnoscantur, quod commune illis est cum his qui mali quippiam agunt qui agnosci nolunt, qui enim malè agit, odit lucem. D. Ioan. c. 3. Et *Et ingulenti homines surgunt de nocte latrones.*

Sic

Sic & vultum abscondit Tamar, dum pro meretrice in biuio cum Iacob concubuit, mutata veste etiam, vt scribitur Genes. c. 38. d. versic. 15. Quam imitantur isti, equi hinnientes, vel passeret salaces, qui limina pudicarum familiarum laruati tentant, seducunt, polluunt, & dirruunt, sæpè induti vestibus muliebribus, participes maledictionis abominationis, quæ fertur à Deo in eos qui veste faminea induuntur. Hi enim iniuriam hypocrisis illa Dei beneficio irrogant: quod pulchra facie, quam tegunt, ditati fuerint, quæ ad imaginem Dei facta nullo opprobrio inficienda est, vt scribit Constantinus Imperator. in l. si quis. l. 17. de pœnit. lib. 9. C. tit. 47. Taceo quod sexus diuisiones confundât, & naturam quodammodo incusent, quòd tales quales imitantur non sint.

- 4 Hypocritæ sunt etiam mulieres, qui facis innumeris faciem à Deo creatam, dealbant, & incrustât, vt parietes sepulchrorum, abutentes rebus necessariis in victum, non voluptatem à Deo creatis, & in honorem Dei, non ad eius operis deformationem, nempe lacte caprino, medulla panis, limonibus, ouis, liliis, gummi Arabico, amylo, farina tritici, aqua, oleo rosaceo, cerussa, argento viuo, pinguedinibus galinæ vel hædorum, addentes tartarum album vel fecem vilem, vinum

cum
cem
flor
nia
med
infic
mac
arte
ipsum
opus
dam
coru
vult
tract
4. d
N
ars q
sed
Et ic
so, l
men
inqu
exar
veter
cuita
merc
fitu
mar
scrib

cum ipsum, rosmarinum, serpentariae radicem, crystalum, corallum, limaces, fabarum flores, camphoram, succinum, pullos Ciconiae implumes distillatos, caseum lactitium, medullam pedum arietum, ceram albam, inficientes labia, & genas minio, & aliis pharmacis, quibus se opplent, vt videantur velle arte perditam, vultum naturalem, opus Dei, ipsum Deum arguendo, reformare, diaboli opus imitantes, qui Dei operibus inuidet, damnandae etiam cum diabolo eorum furcorum artifice, vt praevanicantes veritatem vultus mendacio, vt scribit D. Cyprianus, tract. 2. de habitu virginali, & D. August. lib. 4. doct. Christ. c. 2.

Non enim noscet Deus cultum suum, quem ars quaedam contaminavit & transformavit: sed ille cum diabolo comburendus tradetur.

Et ideo etsi exsufflato habitu, croco praemanso, laruae hae non deteguntur, remanent tamen in senectute nota, fuci, turpes cuticulae inquam atridae pergamineae, liuidae, tetrae, exaratae, rugosissimae, in modum mammarum veteris bouis depilis: in anima modestiae vacuitas & pudicitiae, erga virum & cunctos meretricium stercus, zelotipiae flamma, prostituta, insignis turpitudinis naturalis nota, mariti fastidium ex vnguentis, & alia, quae scribit. D. Chrysostomus. homilia 31. in c. 9.

Matth. tomo 2. D. Paulus hypocrisim vocat, hæreticorū mendaciū cōtra religionem, dum 1. Timot. c. 4. a. scribit, *Spiritus quidem manifestè dicit, quia in nouissimis tēporibus, discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrina demoniorum, in hypocrisis loquentium mendaciū, &c.* Et rursum 2. ad Tim. 3. a. vers. 5. tradit habere eos specie quidem pietatis, virtutem autem eius abnegare. Et ita eos delineauit Domianus noster, Matth. 7. c. *Veniūt ad eos in Vestibus ouium, intus autem sunt lupi rapaces.* Exprimit id D. Paulus ad Romanos, c. 16. c. vers. 18. dum de his loquēs, *per dulces, inquit, sermones & benedictiones, seducunt corda innocentium.* D. etiam Ignatius, epistol. ad Trallia. morem hæreticorum esse ait, *Et cauonētes Verbum Euangelij, venenum erroris cōmisceant, dulci blandimento, sicuti puro melli Virus: Et qui biberit illius poculi sensuales illecebras, improvidè mortis addicatur.* Annotat & id in illis D. Irenæus. lib. 3. con. hæref. c. 11. & 12. & c. 19. D. Chris. tomo 2. in posteriorib. homi. in Matt. hom. 51. scribit hæreticos & Iudæos hypocritas: Nam cū Iudæi se Iudæos dicant, non tamen sunt: & hæretici, cum antichristi sint, se Christianos pariter dicunt. Hæretici namque ne pellantur deprehensi, fraudes & laqueos paulatim facie Christiana subseminant,

nant
front
cto
pecc
Noc
terio
mo 8
Capit
neat
tion
Sic e
mini
viden
de A
Mat
in G
lias I
Dom
torib
tatur
& bil
priis
occid
D
stom
niūt
ouis
non
rapit

nant, & pelliculam veterem retinent, sed fronte politi, astutam rapidò seruant sub pectore vulpem. Et ita dolosè seminantes, in peccatum per maximum mendacij incidunt. Nocentior enim est hostis, capitalior, & deterior eo, qui domesticū se simulat. can. nemo 83. dist. Vnde de his Cantic. c. 2. dictum, *Capite nobis Sulpeculas, qua demoliuntur Sineas.* Nemo quippè dubitat, vineæ appellatione, in sacris literis intelligi Ecelesiā Dei. Sic enim scribit Iesaias, cap. 5. b. *Vinea Domini exereituum, domus Israel,* (id est, viri videntes Deum) Et alibi, psal. 79. b. *Vineam de Aegypto transfulisti, & plantasti eam.* Sic Matth. 20. *Deus conduxit operarios, & tinent in Sineam suā.* Et Matth. 21. *Erat paterfamilias Deus, qui plantauit Sineam,* in qua filius Dominus Iesus Christus, occisus est à vintoribus, qui eam conduxerāt, sicuti Prophetatum erat Noe, Gene. 9. qui plantauit vineā, & bibit, & inebriatus ex ea, irrisus est à propriis filiis, & in 2. Reg. cap. 21. Nabotho, qui occisus ob vineam suam.

Deteguntur autem secundum D. Chryso-
stomum super Matthæum hæretici qui veniunt in vestibus ouium, actu, voce, pastu. Actus: ouis, vt Christianus pastor, neminè morder, non percutit, nec lacerat: lupus & hæreticus rapit, sibi que quæ aliis inutilia dicit, iungit,

dispergit, lacerat, mactat, & occidit. Euang. Ioan. c. 20. Sic à fructibus malis cognoscetis eos. Matth. 7. c. vers. 16. 2. Vox ouis, balatus humilis dilectionis plena. *In hoc cognoscetis quia discipuli mei eritis*, inquit Christus, *si diligatis inuicem*, D. Ioan. c. 8. & 13. *& discete à me, quia mitis sum & humilis corde*. Matt. 11. Hosque tantum Deus beatos, mites inquam, dicit. Matth. 5. a. Sic enim prædictum per prophetam, psal. 24. b. *Docebit mites Scias suas: quoniam* ut scriptum, psal. 85. a, *Tu Domine, suavis & mitis*. Præterea vox ouium vnica est, & vnum sentit ecclesia & fideles, & vnū sunt. ad Galat. 3. d. ad Ephes. 4. a & ad Roma. 15. b Ioan. 10. & Zachar. 14. d. Quod edificatibus turrim, antequam superbia intumesceret, datum erat, Gen. 10. cum terra esset labij vnus. Porro diuersum in lupis hæreticis, nã in illorum vocibus, superbia prima, cõceptus sacrorum, doctorum, regum, principum, voces iniuriis fœdata: sic *superbia eorum qui te oderunt, Domine ascendit semper*, ut scribit Dauit. psal. 73 d. Et, psal. 16. *Os eorum locutum est superbia*. Et rursum. psal. 72. a. *Tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate & impietate sua: prodixit ex udipe iniquitas eorum, transferunt in affectum cordis. Cogitauerunt & loquuti sunt nequissimam, iniquitatem, in excelso loquuti sunt: posuerunt in cælum os*

suum

suum, & lingua erum transibit in terra.

Deinde quàm diuersas voces emittât, nemo est qui nō videat, sibiipsis enim cōtrarij sunt, nec secta illorum per annum remanet immutabilis, sed modo huc, modo illuc, quolibet vento falsæ doctrinæ circumferantur. Dū enim in iudicio proprio fidunt, & in doctrina hærent noua & hominum, non in firma ecclesiastica, ideo cum iudiciis & cum hominibus perpetuò obnoxiiis mutationi, vt vnda superuenit vndam, necesse est mutantur. Sic probi argentarij, qui suspectam benè coloratam & percussam habent numorum materiam, secundo loco ex colore ad tinnitus & sonitus argumentū numi, se conferūt. Tertio pastu dignoscuntur. Nā oues & Christiani virtutes animi omni studio consecrari properât, & carnis mortificationem, ieiunia, virginitatem, orationes, vota, & huiusmodi, hæretici, voluptatibus, pollutionibus, ingluvie omnino, veluti equi in sterquilinio, cōputrescunt, animi curâ abiiciūt. Detegunt & aliis modis se ipsos cum curriculo temporis: Siquidem quod fucatum & simulatū est, fucum eom tempore amittit: sic auri colorem aliquādiu chymica & adulterina metalla referunt, sed tãdem euanescit tinctura fictitia: & gemmæ adulterinæ pro veris suppositæ, si vndequaue probè inspiciantur, mutabilem

vitri, vel cryſtalli, vel alterius materiæ qua adulterantur, variabilè & inæqualè, referunt colorè, cū tamen veræ æqualem retineant. Et nos noſtro infelici ſeculo ſcimus, hæreticos, qui hypocrifiſis ſimulatione decipiebant mētes leues, euomuiſſe tandem venenum, quod latere ſub adulterino colore diu non potuit Dei gratia, vt ſtantes adhuc, ex fructibus eos cognoſcentes, & ne caderent. Hic eſt lapis ille Lydius, & ignis probatio vltima qua numus qui materiã & formam publicã aſtutè & mirificè imitatur: exploratur tempore & fine.

8 Simulationem autem malã & dolum paucis nunc percurramus. Latius patet hypocrifiſis ſimulatio: Nam non omnis ſimulatio, hypocrifiſis eſt, quamquam omnis hypocrifiſis, ſit ſimulatio. Ideo D. Gregorius, libro quinto, moral. in Iob. c. 16. Tygridis nomine, ſignificari hypocriftã ſcribit, quia ſicut illa eſt aſperſa maculis, ſic ille ſimulatione plenus ſcedatur: & ſicut illa prædã ſibi raptu parat, ſic omnis hypocrifta, qui vitã iuſtitiaſque ſibi ſimulando, iuſtorum ſibi laudẽ uſurpat, alienum rapere & tollere dicitur. Deinde, nõ omnis ſimulatio ita mala eſt, ſicut hypocrifiſis apud ſacros auctores & dolus. Eſt namq; triplex ſpecies ſimulationis. 1. quæ fit ad cautelam, & hæc in tempore exercẽda ad cautionem exemplo

Iehu

Iehu, qui iussit congregari sacerdotes Baal, ut eos occideret, simulans velle se idolum adorare, Reg. 20.d. Exemplo David, qui faciem mutauit corā Abimelech, ne occideretur. 1. Reg. 21.b. Et aliis exemplis, de quibus ex D. Hieron. tractatur in decreto Gratiani. in can. vtilem, 22. quæst. 2. in Decret. Grat. 2. par. Et hæc mihi non vera simulatio, sed cautio, quia finis non est veritatis occultatio, sed alicuius conseruatio, & occultatio per accidens. Extant & exempla & admonitiones celeberrimæ, pulcherrimæ, salutiferæq; apud Senecā. lib. 2. de iura, vbi agit de dissimulanda iniuria.

Aliam speciem dicunt instructionis, neq; ¹⁰ reprobam: ut dum Deus Christus, volens discipulos erudire, finxit se longius ire, Lucæ c. 24. Et quædam alia eruditionis causa, finguntur in parabolis sapius, ut per faciliora ficta ad vera perueniatur: sed neque hanc dico propriè simulationem, sed modum docendi. Tertia est simulatio fallax, quæ ultra simulationem habet actum quo quis simu- ¹¹ lationem nittitur tegere, & consultò fucare veritatem. Et ut ait Gallus Aquilius Iurisc. *Dum aliud est simulatum, aliud actum, & cū animo decipiendi*, ut scribit, Cic. 3. Offic & Vlpianus, l. iuris gentium, l. 7. §. pactorum autem, de pact, lib. 2. tit. 14. qui cum Labeone

cōsentit Iurifconsulto. Nam & Labeo etiam definit. *Dolum malum esse, omnem calliditatem, fallaciam, machinationem, ad circumueniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibitam.* Quæ definitio Labeonis Vlpiano probatur, in l. 1. §. dolum malum, de dol. mal. lib. 4. π. tit. 3. qua, in d. l. 1. §. non fuit, dulus bonus à malo dolo distinguitur, quod bonus dulus pro solertia apud veteres acciperetur. Sicut & apud D. Paulum, 2. ad Corinth. c. 12. e. vers. 16. *ἵππὸ ὑπέκρουε πνεύματος δίνω ἰμῶν ἰναβῶν, cum essem, inquit, astutus, eos dolo cepti.* Postea tamen id non factum fuisse per circumuentionem & fraudem docet: dissimulationis enim illa non est mendacium. Nam quanuis dicatur aliquid alienum ab eo quod fit, tamen verum est pertinere ex mente facientis ad id quod fit, dum, aliter se futurum, non expressit. Et hic dulus licitus. in caus. 2. 2. 2. q. 2. vbi plura exempla sacrae scripturae adferuntur. De malo dolo illud intelligitur, Job cap. 36. b. *Simulatores & calidati, prouocant iram Dei, & morietur in tempestate anima eorum.* Et Prouerb. 11. *Simulator ore decipit amicum suum.* Atq; in vniuersum illa est regula generalis, omnem simulationem dolosam & decipientem improbam & iniquam esse. Et Vlpia. dolum delictum vocat.

in lib. 1. §. plane, ibi, proprii delicti, nempe doli interim pœnam subiit, de tutel. & ratio distrahendis, libro vigesimo septimo π. titulo secundo. Et Maximi. Tyrius Sermone philosoph. 2. *Bonorum, inquit, iustitia est, improborum dolo. Et iustitia quidem comprobata res est, adulterinus penitus dolo: illa salda, hic debilis, illa stultitate prædita, hic stultitatis inanis.* Sic & dolosa statera, dicta iniqua, qua fraus committitur, dicitur, quæ abominabilis coram Deo. Prouerb. 11. a verficulo primo.

Philo Iudæus de dolo Caini loquens, sic scribit: *ignorantia leue malum, quod iniustis obrepat, facile habet remedium, disciplinam scilicet. Calliditas autem, morbus animæ voluntarius, agrè vel potius nunquam sanatur, vel repellitur.* Callidos vocat Cicero, 3. de natura deorum, quorum, tanquam manus opere, sic animus usu concaluit. Et versutos eos, quorum celeriter mens versatur Sic Salomon. cap. 12. c. vers. 6. *qui dissimulat iniuriam, callidus est.* Et postea eodem.

Dolus in ore corde cogitantium mala.
In quatuor actibus, iuris prudentes, ex tacitis actibus dolum colligunt: Primo si quod palam fieri solet, clam fiat.

Nam qui palam delinquunt in actu illegitimo, errantes videntur: alij dolosi. vt. Paul. in l. fin. de rit. nupt. li. 23. π. tit. 2. & Callistr. in l. non intelligitur, l. 3. §. si quis palam, de iure fisc. lib. 49. π. tit. 14. Secundo, cum quis non facit, quod facere tenetur, dolo notatur, si facere potuerit, nec facere velit. Vlpian. in l. si procuratorem dedero, l. 8. §. dolo facit, & in l. dolus, l. 44. mand. li. 17. π. tit. 1. Tertio fraus re ipsa & dolus præsumitur, cum negotium gestum malum est, vt homicidium, nisi contrariū doceatur, vt scribit Imperat. Antonin. in .1. ad l. Corn. de sicca. lib. 9. C. tit. 16. & c. 1. de præsumptio. lib. 2. Decret. tit. 2. 4. Fit & re ipsa dolus, cum est in contractibus emptio- num deceptio vel inæqualitas, vltra dimidiã iusti pretij partem. vt apud eccles. & Maxi. Cæsa. in l. 2. de rescin. vendit. lib. 4. C. tit. 43. Arguit vltimo dolum, qualitas personæ, veluti qui multos habent creditores videntur in illorum fraudem dolo alienare. Vlpian. in l. omnes, l. 17. qua in frau. cred. lib. 42. π. tit. 9. in reliquis regula est, dolum non præsumi, nisi probetur. Vlpian. l. quoties, l. 8. §. qui dolo, de probat. lib. 22. π. tit. 3. Dioclet. & Maxi. Cæsa. l. dolum, l. 6. de dol. mal. lib. 2. C. tit. 21.

David psal. 33. admonet dolum fugiendum,
 14 *Prohibe linguam tuam a malo, & labia tua
 ne loquatur dolum.* Atqui prædictum huius-
 modi

modi dolosos non ingressuros regnum cœ-
 lorum, psal. 14. a. Et Deus dicitur iudicaturus
 in ira eos qui lingua sua concinnant do-
 los, psal. 49. d. & eos destructurus. psal. 51. Nā
 & psal. 71. c. deiicit dolosos, dum alleuantur.
 Precatur Dauid muta fieri labia iā doloso.
 psalm. 30. Et virum sanguinum & dolosum
 abominabitur Dominus, psal. 5. & Salomon,
 Prouer. c. 14. b. vers. 15. Filio doloso nihil erit
 boni. Et rursus, Eccles. c. 1. a. vers. 8. *rgenum*
transfertur de gente in gentem, propter iniu-
sitias, & iniurias, & contumelias, & diuer-
sos dolos.

De Iactantia. C A P. L V.

Iactantia, est mendacium oppositum ve-
 ritati, cū quis de se aut suis, amplius quā
 inquit, aut quam appareat, eloquitur: teste D.
 Thoma. 2. 2. q. 112. Et secundum Cicero. 4.
 Tusculan. *Iactatio est coluptas gestiens, & se*
offerens insolentius. Aristotel. lib. 2. Ethic. ad
 Eude. assentatorē esse dicit, qui plura quā
 deceat, laudet, odio prosequens, paucio-
 ar. Iactabundum vel assensatorem, ineptum,
 qui se pluribus dignum arbitratur quam de-
 ceat. Et li. 3. Ethic. ad Eude. circa finem. verus
 inquit, & simplex, quem ridigum vocant,
 inter dissimulatorem & iactabundū medi-
 nam qui sua deteriora mentitur, quam sunt,
 idque

idque non ignorans, dissimulator: qui verò
 maiora prædicat, iactabundus est: verum qui
 vt habeat, exponit, verus, & iuxta Homerū
 sapiens appellatur. In hac peccatur quadru-
 pliciter. 1. mendacio. 2. laude inordinata. 3.
 arrogantia, quæ istius causa efficiens. 4. ina-
 ni gloria, ob quā quis se iactat. Iactatiæ no-
 men, ab eo quo quis sæpe extollit, plus quā
 par est, & sapius quam oportet, tractum vi-
 detur, & ita à iacere inclinat Macrobius, li.
 6. Satur. cap. 7. cū tamen secundum Se-
 necam, lib. 1. de benef. retrahenda sit ina-
 nis iactatio, expectandūq; vt res loquan-
 tur nobis tacentibus, *Non enim qui seipsum
 commendat, ille probatus est, sed quem Deus
 commendat, vt scribit D. Paulus, 2. Cor. cap.
 10. & Salomon, Prouerb. ca. 26. nos admo-
 net, Laudet te alius, non os tuum, aliena la-
 12 bia, & non lingua tua.* Exēplum præbuit ille
 Phœnix & absq; peccato natura, solus Deus
 noster, *Iesus Christus*, dum ait, D. Ioan. ca. 5.
*Si ego testimonium perhibeo de meipso, testi-
 monium meum non est verum.* Et neminem
 iactare se debere docet D. Ambr. exemplo
 D. Petri protapostoli, & Davidis, cuius ver-
 ba habentur in decretorum lib. Gratiani, in
 decret. lib. Grat. in can. imitare Petrū, 6. q. 1.
 Et Cic. 1. de Offic. *Deforme est de ipso prædi-
 care, falsa præsertim, & cū irrisione audien-
 tium*

tiā
 in
 me
 Ar
 stit
 affi
 Sar
 mi
 si ca
 nō
 nes
 car
 cre
 fet,
 mi
 iact
 tian
 Nes
 des
 F
 rē
 tio
 6. ti
 fals
 aut
 rat
 est.
 dif
 ver

tiū, imitari milite gloriosum. Et alibi, actione in Verrē arrogantia. molestā esse omnē, sed molestissimam, quæ ingenij & facultatis est. Aristoteles, libello de virtuti. comites iniustitiæ addit, calumniā, iactantiā, humanitatis assimulationē. Et C. Plinius li. 1. epist. Pōpeio Saturnino scribēs, quid de hac sentiat exprimit, *Sequi, inquit, gloriā, non appeti debet, nec si casu aliquo nō sequatur, idcirco quod gloriā nō meruit, minus pulchrum est: ij Sero qui benefacta sua verbis adornant, non ideo predicare, quia fecerint, sed ut predicarent fecisse credūt.* Si quod magnificū referēte alio fuisset, ipso qui fecerat recensente, vanescit. Homines enim cū rem destruere non possunt iactationē eius incessunt. Vetat hanc iactantiam Horatius, li. 1. epist. 18. ad Lolliū ver. 39. *Nec tua laudabis studia, aut aliena reprehendes.*

De Falso. CAP. 56.

Falsum generaliter dicitur, omne q̄ immutat, & aliquomodo & quacunque in rētiōe, veritatē. Et breuiter falsū est immutatio veritatis, iustū, §. 1. de instr. fid. & cau. coll. 6. tit. 3. in Auth. & Aristo. li. 5. Metap. c. 29. *res false, inquit, sic dicuntur, aut eo quod nō sunt, aut eo quod ph. it. asia ab eis facta, nō entis est, ratio Sero falsa, prout falsa est, quæ non entis est.* Hic itaque opus est, iudicio in eorum discretione, cum maxime sint falsa affinia veris, vt scribit Cicero. 4. Tusculan.

2 2. Accipitur minus generaliter secundum quosdam falsitas, pro mendatio, in quo ineft deceptio, cum prior esse sine deceptione possit: quanquam secundum quid ut dicunt, omne falsum, vel non verum, deceptionem concomitantem habere dicatur, nempe quod mendacium, vel eum qui dicit decipiat, vel eum cui dicitur. Et ita Plato. lib. 11. in Phil. vel de summo bono. falsum decipere dixit, quod & in anima, rasa tabula à falsa figura, imprimatur. Nam ut ait Aristoteles, Elencho. lib. 1. c. 14. occultatio fallendi gratia est, fallere autem deceptio est. Caterum alia est ab ista falsitas quæ dolo malo in alterius perniciem & malum vel bonorum, vel famæ, vel personæ iniuriam committitur, cuius tantum participes committendo vel utendo lege Cornelia de falsis puniuntur, ut scribunt Dioclet. & Max. Cæsar. ad l. nec exemplum, l. 20. ad l. Corn. de fals. lib. 9. C. tit. 22. Atque ut falsitas, vindicanda illa lege commissa dicatur, secundum Hostiensium, Azonem, & Tancredum in summis, Panormitanum, & alios, tria requiruntur: mutatio veritatis, dolus, & quod falsitas sit alij nocitura. quod colligitur ex d. l. nec exemplum, & Galien. & Valenti. in l. pen. ad l. Corn. de fals. lib. 9. C. tit. 22. & Paulo iurese. in l. quid sit falsum, l. 23. ad l. Cor. de fals. li.

48. π . tit. 10. Falsum autem hoc & dicto & facto & re committitur. Dicto, veluti dum testis contra veritatem deponit, vel contraria sibi apud Modesti. Jurisc. in l. eos qui, l. 27. ad l. Cornel. de fals. in π . & Paulum. l. qui falso vel varie, l. 16. de testib. lib. 22. π . tit. 5. cum similibus. Quod & in occultanda veritate locum habet, & in mendacio dicendo. in c. 1. de fals. apud Grego. tit. 20. Dioclit. & Maxi. in l. 2. si cont. ius vel vtilit. publ. lib. 1. C. tit. 25. Et diximus supra, de falsis testibus, & pœna eorum, dum tractabamus, omni iure mēdacium prohiberi. facto falsum committitur, & re, veluti dum falsa moneta fit, cui crimini mortis pœna, si perfectum crimen est, imponitur à Constantino Cæsare, in l. 1. de fal. mone. li. 9. C. tit. 24. Vlpiano, in l. quicumque numos, l. 8. ad l. Cor. de fals. vt Paulo in l. qui falsam, co. tit. ad l. Cor. de fal. tit. 48. π . tit. 10. Quod crimen ibi extenditur ad eos non solum qui formam & materiam mutauerunt, sed & qui numos tinxerint, raserint, finxerint & iniussu principis: itē qui exposuerint & miscuerint adulterinā monetā & qui cū prohibere id fieri possent, non prohibuerint, vt addit Vlpia. in l. lege Cornelia. l. 9. eod. tit. Item facto, si quis mutauerit, raserit, simulauerit. &c. vel alijs ex duodecim modis falsificauerit scripturam: diploma

diploma, vel rescriptum, vel aliud: de quibus & de pœna eorum falsariorum apud Innocentium 3. in cap. licet, c. 5. & c. quicumque, c. 6. & c. ad falsariorum, c. 7. de fals. lib. 1. Decreto. tit. 20. & Paulum iuriskon. in l. quid sic falsum, l. 2 3. ad l. Cor. de fals. in π .

De Calumnia, tergiuersatione, & præuaricatione.

CHAP. LVII.

Sed & dicamus pauca de Calomnia, tergiuersatione, & præuaricatione. Marcellus iuriskon. in l. 1. ad S. C. Turpilia. lib. 48. π . tit. 16. Scribit, tripliciter delinquere accusatores: aut enim calumniantur, aut præuaricantur, aut tergiuersantur. Calumniari, est falsa crimina intendere. Præuaricari, vera crimina abscondere. & de hoc etiam Vlpia. alibi. in l. 1. & 2. de præuaricat. li. 47. π . tit. 15. Tergiuersari in vniuersum, ab accusatione desistere. Qui non probat quod intendit, calumniari videtur: num autem probauerit, num uero errore iusto excusandus uenia sit, ad iudicis cognitionem pertinet, idque uerbis solet declarare sententiæ. Nam si dicat, non probasti, absoluit à calumnia accusatorem: si autem dicat, calumniatus es, pœnæ eum subiicit

subiicit calumniantium, utique si ex defectu probationum quis plenè & sufficienter non probet, debet se purgare, non animo calumniandi crimen instituisse, alioquin reus calumniæ est, ut scribit Innoc. 3. in c. 2. de calumniat. lib. 5. Decreta. c. 2. Porro excusat à calumniæ reatu, imò à suspitione alienum reddit: quod notandum est, super vnum testem intentio probata, quanuis illius solius testimonium non sit sufficiens ad accusati condemnationem, ut scribunt interpre. in c. 2. de calumniator. & Panormit. in c. 2. cum dilecti, nume. 7. & 8. de electio. in volum. Grego. decretal. Huc pertinet Ciceronis locus orat. pro Sexto Roscio. *Accusatores, inquit, multos in ciuitate esse, Scitile est, Scit metu contineatur audacia: Serum tamen hoc ita Scitile est, Scit planè non illudamur ab accusatoribus. Et innocens est quidam, Serum tamen suspitione non caret, tametsi miserum est, tamen, et qui hunc accuset, possum aliquo modo ignoscere. Cum enim habeat aliquid quod possit criminosè dicere, aperte ludificari & calumniari non Scideatur. Vtiliusque est innocentem absolutus, quam nocentem causam nò dicere, ut & in l. absentem, de pœn. l. absentem, de accusatio. Calumniatorem lex punnit æqualitate supplicij, quod afficiendus erat, si nocens fuisset accusatus. in can. quis-*

quis, & ca. qui crimen, 2. q. 8. in decre. Graz. Seueri. & Antoni. in l. fin. de accusator. lib. 9. C. tit. 2. cum similib. ibi nota. à glo. vbi & de pœna tergiuersantis & prauaticantis. Hæc autem punitio à lege Rhémiana introducta est, vt scribit Marcel. in d. l. 1. §. calumniatoris ad S. C. Ruppillia. li. 48. x. tit. 16. Et idẽ statutum in Deutero. c. 19. d. Ob calumniã, Ioseph vir caesus in carcerem detrusus, Genes. c. 39. Susanna eecidit in discrimen mortis. Daniel. 12. Delationis autem opus, vt scribit Basilius Magnus Episto. 75. ad Neocesarienses. Manifestum habet magistrum & doctorem, nempe diabolum, qui cum ex multis male factis sit notus, ab ista tamen deferendi malicia designatur, ita vt ex hoc peccato nomen inuenerit. Grauia genera iniquitatum ex calumnia orta, quam Græci *διαβολη* dicunt, docuit ex eius pictura, falso delatus Apelles Ptolomæo ab æmulo Antiphiloi: is enim pro ea p̄nixit mulierem quidem pulchram & ornatam, sed aspectu in iram & rabiem concirato, cui assidebat vir magnis & asininis auribus: circum eam, duas mulieres, ignorantiam, & suspicionem, præcedebat vir pallidus, impurus, acutẽ intuens, nempe inuidia, eam duæ aliæ pone dirigeabant mulieres, insidiæ, & fallacia: à tergo sequebatur, pœnitentia lugens, pulla

pullata, quæ pudore affecta excipere veniētē
 veritatē videbatur, vt scribit Lucianus. orat.
 non temere credendum calumniæ. Scribit
 & plura Erasmus in oratione responsoria,
 quam Lucianicā fecit. Et Isocrates orat. 15.
 de permutatione. *Nō demiror, inquit, eos qui
 maiore tēpore in impostorum accusationibus
 morantur, quam in suis ipsorum defensionibus,
 neq; eos qui calumniam maximum esse
 malum asserunt. Quid enim ea peius repe-
 rietur? quæ mendaces gratos esse efficit: eos
 qui nihil iniuria intulerunt, Et iniuriū vide-
 antur, Et litigantes peierent, ac funditus ob-
 scurat veritatem, falsam audientibus opinio-
 nem exhibens, quæ quēcunq; cuiusum apprehē-
 derit, iniquē perdit.* Et Demosthenes, oratio.
 de Corona. *πονηρὸν ὡ ἀνδρῶν ἀνδρῶν αἰεὶ, πονηρὸν
 ὁ εὐνοφάντης αἰεὶ, καὶ πανταχίδου βάσιν υἱοῦ, καὶ
 φιλῆτιον, 1, malares est Athenienses, malum
 perpetuū calumniator, Et Undique res inus-
 diosa. Cuius quidem rationem reddit idem
 Demosthenes, oratio. con. Bbulidem. τὸ νο-
 μῖν ἴσθι ὁ εὐνοφάντης, αἰτιῶσθαι μὴ πάντα ἰξί-
 ληξαι δὲ μηδὲν, 1, ea est calumniatoris natura,
 omnia inquā criminari, nihil autem probare.*

Quamobrem tam sacri quàm profani au-
 thores huic obuiandum censent, & illam
 anteuertendā. Sic Basil. Magnus, epistol. 63.
 ad calumnias sacendum non est, non Et con-
 4

traducendo nos & leiscamur, sed ne mendacio inoffensum progressum permittamus, aut eos, qui seduli sunt d.ano inharere sinamus. Et D. Athanasius Patriarcha Alexandrinus, Apologia prima ad Imperatorem Constant. *Qui lapide, inquit, ictus est, quatit medicum: ictus autem calumnia grauius quam lapides feriunt. Est enim calumnia, claua, & gladius, & iaculum incurabile, Et ait Salomon. Sed his Veritas mederi potest: quia sibi negligitur, Sulnera acerbiora sunt.* Admonet & Menader *ὁ δὲ τοῦ διαβόλου καταφρονῆσαι, ἰδὲ τὸ σφοδρὸν ἠφροδῆσαι,* id est, non oportet contemnere calumniam, etiam si valde fuerit falsa. Clamabat itaque Dauid, psal. 118.

Redime me Deus à calumniis hominum.

Commeruit certè calumnia acerbissimè puniri, quia trux, & communis, & multorum malorum est causa, multiq̄ue iniuste per calumniam peierunt, vt scribit Aristoteles. in Rhetorica ad Alexand. vbi agit de exordiis. Narrat & Eutropius, lib. 10. & Nicephorus Calisti, lib. 7. Constantinum Magnum in Faustina vxorem capitis pœna animaduertisse, quod ei credens, delatū Crispum priuignum, quod sibi vim inferre voluisset, cum ille libidini eius sæpe ab illa prouocatus non concessisset, necari fecisset. Et Constantius

11. Eusebium quendam magnum virum, qui
Sylvanum

Siluanum grauem virum & ducem peditum
 & alios calumniatus erat, suspendio affecit,
 vt scribit Ammianus Marcel. lib. 15. histor.
 Refert etiam Nicephorus Calist. li. 4. histor.
 Eccles. cap. 26. delatorem, qui Apollonium
 Christianum accusauerat, quia non legitime
 actionem intenderit, Perennio, sententiam
 ferente, cruribus eius fractis, legitimas luisse
 pœnas, ex consuetudine quadam quæ contra
 eos Romæ intuluit, qui res tales ad iudices
 referret. Et Demosthenes oratio 1. cont. Ari-
 stogitonem, criminatorem, antequam mor-
 deat, vt viperam suadet occidendum. Titus
 Vespasianus Delatores & mandatores, qui
 erant ex licentia veteri assidue in foro, virgis
 & fustibus cæsos, ac nouissime traductos per
 Amphitheatri arenam, partim subici in ser-
 uos, ac venire imperauit, partim in asperi-
 mas insulas euehi, vt scribit Suetonius, in
 Tito Vespas. cap. 9. idemque tradit in Domi-
 tia. c. 9. Domitianum dixisse, principes qui
 delatores non castigant, irritare: ideo fisca-
 les calumnias, magna calumniantium pœna
 repressit. Prohibet Deus calumniam Leuiti. 8
 19. b. Non facies calumniam proximo tuo.
 Et ad milites de salute cōsulentibus, D. Ioā-
 nes Baptista respondit, Lucæ c. 3. c. versic. 14.
 Neminem concutiatis, nemini calumniam
 feceritis, contenti estote stipendiis vestris.

- 1 **P**eriurium autem nunc summariam consequatur notationem. Mendacij speciem nemo dubitat esse periurium, quem contentionis filiū scribit Hesiodus in Theogonia hominibusque perniciosissimum.

*ἔρημονδ' ἔς δὲ πλείστον ἐπιχθονίεσσι ἀνθρώπων
πυμίνων, ὅτι μὴ τις ἰκίων ἰπιέρον ὁμόση. 1,
Contentio genuit scilicet iuramentum, quod
plurimum terrestres homines ladir, quan-
do quispiam solens peierat.*

- 2 Atque deceptionē inesse periurio palam est: & proinde aliquando eo vsos plures ad decipiendos hostes, vt tradit Dion Prusicus Sophista, lib. *πρὶ ἀπιστίας*, de infidelitate, vel non temere credendum, his verbis,
*ὁ πάνδαρος ὁμοσι τῷ μεγαλοῦ ὠσπιρ καὶ οἱ λαττοὶ
τρῶες. ἀλλὰ ἔδιν ἡττορ ἴτρωσι αὐτὸν. τισαφίρησι
ἐν ὁμοσμίη τοῖς πρὶ κλιάρχον, τισὲ ὁ βασιλιε
ἔχῃ καὶ τὸς βασιλίεσσι θεῖς καὶ τῷ διεξίαν ἀπιστι-
λι: φιλιῶσος διὸ Μάκισον ἔ διτίλη καθάπιρ
ἄλλο τί τῶν ἴσι τὸν πέλιμον ἰυχρύσων καὶ τῷ
ἰπιορχίαν παρασκιασμίνοσ: καὶ αὐσὶ τὸς τισὲ
πέλιεσσι αἰρῶν, τῷ παρασπονδῆσιν, τῷ τὸς προδύ-
σοντας παρασκινέσει. τῷ παντί πρὸς ἰκῆν, νερ τῶν
τρῶων δεπέσις ἴχειν τοῖς μὴ γὰς προδίταισ ἀργύ-
ριον ἰὼ ἀνάγκη δεδίνασ, τοῖς θεοῖσ δὲ πρὶ ὄρῆσιν
υδῆρ ἰτίλησ. τῶν δὲ ἰλοσάνδρον τῶν λακισθασιωνιου
γνόμαρ*

γνέμην ἀποφίνασθαι λίγυσι, ὅτι τὸς μὲν ταῖς δαῖ-
 ἀπραγαλοῖς καὶ σφαιραῖς ἐξαπατᾶν δει, τὸς δὲ
 ἀνδραὶς ὄρεοις καὶ χρήμασι, ἢ κερδοῦν ἢ ἀλώ-
 ψαξ ἰτίρα ττε ἢν παρὰ ἀρχιλόχου, τὸν ἢ τὸ
 γλαυκὸς χρισμῖν, ἢκ οἱσι προτιγερ διδύχθαι τοῖς
 πλείστοις, τῶν ἀνθρώπων ὀμνεῖν, ἰπυ θάνατις γι
 καὶ ἕνορηορ μίνει ἀνδρα, id est, Iurauerat cum
 reliquis Troianis Pandarus, sed non ideò mi-
 nus fauctauit Menelaum. Iusurandum de-
 derat. Clearcho & ceteris ducibus Tissapher-
 nes, ipseque adeo rex diis regis testibus factus
 & dextris per interpretem, iunctis. Quid
 Philippus Rex Macedonum, nunquid inter
 alia bello gerendo necessaria habebat & periur-
 rium paratum duabusq; his rebus urbes ca-
 piebat, Sciolandis fœderibus, & comparandis
 proditoribus, Et ita quidem Et illo uteretur
 familiaris. Nam proditoribus merces soluen-
 da, iuris vero peierati nomine nihil pendendū
 erat Diis falsis. Non dissimilem sententiam
 fuisse ferunt Lysandri Lacedæmonij, qui soliti
 erant dicere, sicut pueri talis & psis cir-
 cumueniuntur: ita Sciros falli oportere iu-
 reurando, & largitionibus. Illa etiam astuta
 Culpecula apud Archilochum nunquid aliud
 significat? Glaucō vero datum oraculum non
 arbitraris probasse etiam plurimos antequam
 daretur, & peierare tamen soluisse, quan-
 doquidem fidei seruans homo constat orco.

Sed de iuramento & periurio in iuris tractatione plura vide lib. 50. Syntagmatis iuris vniuersi.

De ambitione, arrogantia, ironia, & ostentatione.

CAP. LXI.

1 **M**endacium in arrogantia & iactatione Milla reali superba inesse, docet Diogenes, dum ait, τῆς ἀλαφροσύνης καὶ ἀπειρώτων κίχρον σομίθου ὀπωλων, ἔχῃ ὁμοία ἴσθι πᾶσι τοῖς ἰπτοῖς. 1, *quod arrogantia est, simile est inauratis armis: nam externa interius similia non sunt.* Et Aristoteles 2. Rhetor. ad Theodec. cap. 6. de se multa dicere & polliceri, & aliena sua esse prædicare arrogantia esse scribit. Et Plato, lib. 9. dial. 6. de republ. à philosophia, quia ea veritatis studium est, reiicit ambitiones, arrogantes, & amantes, tanquam huic inhabiles.

2 Differre putat Iouianus Pontanus. li. 2. de Serm. c. 3. arrogantēs à mēdacibus, q̄ quædam vis videtur inesse in arrogantibus, cum supra partes suas merita, natales, actiones, ac vitæ genus vsurpant, nec captus sui rationē habent, & tales reipsa sibi vsurpant. Porro mendaces simplices, qui in dicendo de se

eloq

eloquuntur, suisque de rebus, amplius quam
 re vera insit tribuentes, atque supra meri-
 tum: Et hi mendaces, leues, futiles, impu-
 dentes, non autem violenti. Modus & spe-
 cies arrogantia videtur mihi ambitus vel
 ambitio, quae omnino vacet honoris appe-
 titione. Ita enim vocat ambitiosum Aristo-
 teles. lib. 2. Ethicor. ad Nicoma. c. 7. sicuti. li.
 7. Ethico. ad Eudenum. ambitiosum, quem
 natura nasci interdum ait velle amari & in
 admiratione esse, scribit. Itaque cum quis
 non recta atque quali oportet via, sed velu-
 ti obliqua, & per indirectum, quod non po-
 test, vel non meretur assequi, consecratur:
 eius enim rei gratia, oportet hunc alio me-
 dio quam veritate uti, nempe vel favore &
 falsa persuasione existimationis apud popu-
 lum vel principem, vel pecunia, vel aliis me-
 diis, quibus decipi potest, ut det is, cuius est
 potestas dare. Sed de ambitu latius pro-
 prio titulo in iuris explicatione agitur à no-
 bis lib. 36. Syntagmatis vniuersi iuris. c. 29.

Nemo non scit, *εἰρηνάειν*, figuram locutio- 4
 nis, quae ex pronunciationis modo vim assu-
 mit, atque quod dicit mentitur, vel dissimu-
 latione vel irrisione, ut scribit Quintilianus,
 lib. 9. Institutio. cap. 2. diuersum enim osten-
 dimus, quam voce exprimamus, & ita Cice-
 ro lib. 4. Academ. quaestio. *εἰρηνάειν* interpre-

tatur dissimulationem.

5. Possumus etiam simulationem dicere, nisi hoc inter simulationem & dissimulationem interesset, quod simulamus, quæ nullo modo vera sunt, quæque ipsi nec fecerimus nec dixerimus, quæ uè nec seruare in animo habeamus: Contra dissimulamus ea quæ dicta aut facta sunt, perinde ac si nec dicta fuerint vel facta, aut non exprimimus, quemadmodum concipimus animo, consilio uè, nec eo modo quo fecerimus, aut dixerimus. Simulatores ostentatoribus & iactantibus affines sunt: dissimulatores ironicis; ostentatores ironiæ modum omnes ferè norunt, dum malum significamus. dicimus tamen, & vanum virum, & id populus curat scilicet, &c.

6. De ostentatione dictum est in iactatione. Est autem ostentatio, propriè, ad vanitatem potius, & inanem quandam rerum suarum siue persuasionem, siue vanam usurpationem referenda. Ostentator enim iactat, ut videatur & appareat: hoc vitium commune pueris & mulieribus, & his qui maiori sapientia non utuntur, & seipsos non norunt, vel qui quales sunt, nolunt agnosci.

De Proditione. CAP. LX.

1. **P**essimum genus mendacij, proditio: In ea enim est simulatio & dissimulatio, & ex
propo

Proposito malitia dolosa, pernicioſa, & abominanda: verbum enim proditiōis, præcogitatam longè, & anteaquam exeratur fraus, malitiam demonstrat. ex pro & do, compositum, quasi datio & traditio rei ante factę & determinatę, diuersa ab actu qui simulatur. Quamobrem proditoribus vt perniciosissimis mendacibus, nullo modo credendum est.

Nam vt Cicero tradit oratio. 6. actio. 3. 2 in Verrem. Nemo vnquam sapiens credendum esse proditori putauit. Hesiodus autem in Theogon. verſ. 772. mores & patrem proditorum expressit, sub descriptione Cerberi, sic scribens,

*Δεινὸς ἢ κύων προῶροιθε φυλάσσει,
Νηλεΐη, τίχηρ ἢ κακὴρ ἔχει. ἴσμεν ἴνταρ
σαίνει ὁμῶς ἕρη τι καὶ ἄσιν ἀμφοτέροισιν,
ἰξιλτήρ ἢ ἄκ' αὐτίς ἢ πάληρ, ἀλλὰ δοκίμων,
ἰδία ἔν κελάβουσι πυλίων ἱπποδιν ἴντα
ἰφθίμα τ' αἰδάσ καὶ ἰπαυνῆς περισφονείης,*

*Asper autem canis pro foribus inferum
Custodit seuus, artem autem malam habet:
Ad introeūtes enim adulatur quidē pariter,
Cυνδαγῆ, Ἐσ' auribus ambabus: exire vero non
Iterum permittit denuò, sed obseruans deuorat
Quęcunq; prehenderit portas extra existētem
Fortis Plutonis, Ἐσ' grauis Proserpina.*

Et propriè existimauerim, proditiōem esse, 3
eius

cuius qui se amicum simulat dolum, fraudem & malitiam : tantò peiorem , quantò magis teterrimus inimicus est lateens, omni momēto incautum & minimè sibi prouidentem lædens. Vt non immeritò Dion Prusicus Sophista, libro *περί ἀξιώσεως*, dixerit, *Inuenis animo, euerfas vrbes munerans, multo plures illarum proditione captas, quam si expugnatas fuisse: & crebriores rebus aduersis querelas amicorum ac necessariorum, quam accusationes inimicorum. Sunt obiecta aduersum hostes, in Urbibus mania, fossæ, & horum tantum aliquando & suis: sed quotidie amicorum, & eiusdem laris & consuetudinis & sanguinis oriuntur quotidiana ex amicitia acris inimicitia.* Scribit & Gemistius Phleton, lib. 4. de gestis Græcorum, post pugnam Mantineam Philippum post inuentas aurifodinas auro abundantes, numos quos vocari iussit Philippeos, euidisse: quibus stipēdiaries multos coëgit, & muneribus multis ad ciuitatū præfectos missis, eos ad proditionem celeriter induxit.

- 5 Quemadmodum Ioab occidit proditoriè minimeque prospicientem sibi Amasam, 2. Regum cap. 20. versiculo 9. & 10. dicensque Ioab ad Amasam, salue mi frater, & tenens manu dextera mentum, quasi osculaturus eum, alia manu eundem interfecit, & occidit

dit.
2. R.
dis
sum
quer
est. S
num
dæis
perat
bat,
scrib
de E
lib.1.
--- E
V
C
D
O
Et
bis in
prin
& cli
sus h
gunt
in l. o
tit. 16
træ v
cense

dit. Et idem Ioab, dolo Abner filium Ner,
2. Reg. cap. 3. e. Falsos nuncios nomine Dau-
dis ei mittens, & reductum ab itinere, seor-
sum ducens à via, ad medium portæ vt lo-
queretur, percussit in inguine, & mortuus
est. Sicut & Judas Iscariotn prodidit Domi-
num nostrum Iesum Christum, osculo Iu-
dæis. Matt. 26. e. Eius farinae Domitian^o Im-
perator, qui quos maximè interfectos cupie-
bat, magis se semper diligere simulabat, vt
scribit Xiphilynus ex Dione. in Domitiano.
de Eutrapalo quodam scribit & Horatius,
lib. 1. epist. 8. ad Lolium vers. 31.

--- *Eutrapalus cuiusque nocere solebat:*

Vestimenta dabat præciosa. beatus enim i. x.

Cum pulchris tunicis sumet noua consilia,

Et spes:

Dormiet in lucē: scorto postponet honestū

Officiū. &c.

Et quia fit vt naturalis quidam amor no-
bis innatus sit erga patriam, parētes, liberos,
principes, rempublicam, & nobis commissos
& cliētes: dicimus proditores eos, qui aduer-
sus hæc moliantur, consultant, agunt, dete-
guntq; tacenda. Sic Arrianus Iurisconsultus,
in l. omne delictum, l. 6. de re milit. lib. 49. n.
tit. 16. exploratores, qui secreta nuntiant pa-
triæ vel exercitus hostibus, puniendos capite
censet, vt proditores. Et Paulus Iurisconsult.
in

in l. postliminium. l. 19. §. transfuge de capti.
 & postl. reuer. lib. 49. ꝑ. tit. 15. inter prodito-
 res enumerat, qui malo animo patriam re-
 linquit & alibi, in can. si peccauerit, 2. q. 1. in
 2. par Decret. Grat. Proditor dicitur, qui fra-
 tris & proximi cuiusuis peccatum quem
 tacite corrigere debet, manifestauerit, alio-
 quin sibi tantum cognitum. Similiter pro-
 ditor dicitur veritatis, in canon. nolite, vn-
 decimo, quæstione 3. non solum qui trans-
 grediens veritatem, palam pro veritate quam
 amare debet, mēdacium loquitur, sed etiam
 qui liberè veritatem non pronunciat, quam
 liberè pronuntiare oportet: non liberè veri-
 tatem defendit, quam liberè defendere de-
 bet. In iuris nostra tractatione de proditio-
 nis crimine plura tractantur à nobis libro 35.
 Syntagmatis iuris vniuersi, cap. 5.

- 7 Dicam tantum quæ aliquando obseruavi,
 omnes proditores miserè periisse, sicuti mi-
 serè aliis insidiati sunt: vel grauissima pœna,
 quæ mortis interdum vulgare supplicium
 excedit, vindicatos. Nam & scribitur de Ioa-
 bo, quem proditorem supra fuisse dixi, etiã
 à cornu altaris, vbi asylum, auulsum, occi-
 sumque iustè fuisse iussu Salomonis. 3. Reg.
 cap. 2. e. vers. 31. Dixitque Salomon, ad Ba-
 naiam de eo supplice ad cornu altaris, *Inter-
 fice eum, & sepeli, & amoue bis sanguinẽ inno-*

centem
 patri
 eius
 ros
 Abne
 dit, e
 miser
 erat
 Actũ
 fat, q
 miser
 popu
 vt scri
 etiam
 abole
 imag
 eius t
 Oro
 quocq
 imm
 perpe
 Het
 Beth
 ca. 12
 Sabir
 dit, &
 occis
 bene
 lcllor

centem qui est effusus Ioabo, à me, & à domo patris mei. & reddet Dominus sanguinem eius super caput eius, quia interfecit duos viros iustos, melioresque se. Et occidit eos gladio Abner & Amasan: Iudas laqueo se suspendit, euomitque per intestina infelicem & miseram animam, non per os, quo osculatus erat filium Dei. Matth. cap. 27. a vers. 5. & Actū 1. cap. vers. 18. Flavius Decimianus Cæsar, qui proditoria arte valebat, ipse viliter & misere à suis trucidatus est, & cadaver eius populari sadapili, per vespillones exportatū, vt scribit Tranquillus, in eius vita ca. 17. qui etiam c. fin. tradit senatum, eius memoriam aboleuisse, scalas ei inferri iussisse, clypeos & imagines eius iussisse detrahi, & erradi vbiq; eius titulos, quæ & Eutropius, libro 7. atque Orosius li. 7. c. 7. testatur Nemo, vt opinor, quoque ignorat, quot qualesue vindictas immiserit Deus Dauidi & posteris eius in perpetuum, quod per prodicionem Vriam Hetaum occidi curasset, vt potiretur liberè Bethsabea eius vxore. 2. Regum cap. 11. & ca. 12. Legimus proditricem Tarpeiam, quæ Sabinis capitolium & arcem hostibus tradidit, & patriam prodidit, clypeis de monte occisam, deturbatam, in præmium scelerati beneficij vt scribunt Plutarchus, ca. 31. Parallellorum. Valer. Maxi. li. 9. cap. 6. Meminit & Ouidius,

Ouidius, 1. Fastorum vers. 261. incipiens, *Et q̄,
leuis custos armillis capta Sabina* &c. Item
& 14. Metamor. ibi, *Proximus Ausonia* &c.
& Propertius. Sic Brennus dux vel rex Gal-
lorum plebeiam virginē, quæ Ephesum ciui-
tatem prodidit eo pacto, vt milites Brenni
manuum ornamenta aurea præstarent, eam,
ciuitate accepta vi auri opprimi vitam &
enecari iussit, vt author Clitophon, lib. 1. re-
rum Gallica. & Plutarchus. libro 1. Parallell.
cap 30. Seribit & Parthenius Pyrridem Me-
tymneam puellam regis filiam, prodidisse
ciuitatem Achilli, quem in virum ea proditi-
one habere futurū erat, dum ille aliter ex-
pugnare Metymneam non posset. Cæterum
Achillem, potitum per proditiōē Metym-
nea, exortatum esse milites, vt puella, quæ
patriam & parentes prodidisset, lapidibus
obruerent, quod & factum est.

8 Sunt & alia similis vindictæ, tam nefarij
sceleris exempla, quæ prætermitto, cum su-
periora sufficiant, vt doceant proditiōnes
nulli esse probatas, neque etiam eis quorum
gratia fiunt. Probant enim vtile illis, scelus
cæterum, proditores vel tollunt, vel à se om-
ninò abiiciūt: eò quod qui proditiōni animū
semel intenderit, vix etiam si recipiatur, cō-
tinere se potest, quin & recipientem tandem
prodat. Ex certè ego lubèter dico, quod cho-

rus ad Mercurium dicit apud Æschillum.
in Prothéo ligato circa finem.

τῶν προδοτῶν γὰρ μισεῖν ἴμαθον
ὡς καὶ τὴν νόσον, τῆς δ' ἕντιν' ἀπίπτουσα μῆλ-
λον, id est,

*Didici enim odisse proditores,
Nec est vitium quod magis hoc respuam.*

De susurronibus, & adulatoribus.

CAP. XVI.

Susurrones & adultores utriusque menda-
ces sunt: sed susurro in detrahendo taci-
tè & inuolutè: adulator, in fingendo astutè,
& applaudèdo rei quæ non est, versatur. Ra-
bi Kimi super cap. 29. Iesaiæ 127B virgam
& 127 rogen, bilinguem, & susurronem, ex-
ponit pro eo, qui aliud verbis ostendit, quàm
in corde gerat. Susurrones esse mendaces
colligitur ex Salomone, cap. 26. *Susurro-
nis*, inquit, *verba quasi simplicia, & ipsa per-
ueniunt in intima cordis.* Et alibi, Eccl. ca. 5.
d. *non appelleris susurro in vitâ tua, & lin-
gua tuâ ne capiâris & confundaris.* Super-
furem, est confusio & penitentia: & denota-
tio pessima super bilinguem: *Susurratori au-
tem odium & contumelia.* Sed clarius in li-
bro Sapientiæ, Sapient. cap. 1. vers. 11. *Cu-
stodite vos à murmuratiõne, quæ nihil prodest*

Et à detractione parcite lingua: quoniam sermo obscurus (ecce susurrationem) in vacuum non ibit. Os autem quod mentitur (ecce detractionem & vtrumque) occidit animam suam. Rursum, Eccles. 28. b. sociatur bilinguis susurrioni, & maledicto, dum scribitur, *susurro Et bilinguis maledictus, multos enim turbant pacem habentes.*

- 2 Rursum apud Græcos, *ψιθύριον*, vt *ædyllo* primo vers. 1. apud Theocritum, stridor ille qui ex arboribus à ventis impulsis, editur: deducta vox, *ἀπὸ τῶ ψιθύριον ἰπ τῆς δόξης*, id est quod leuem & tenuem, sonum, ad aures referat, vt annotat post reliquos Græcos Fridericus Iamotius in annotation. in illud 1. *ædylion*. Nam & eo frequenter vtuntur Græci, vt Aristophanes in *Nebulis* pro collisione arborum. Hinc dicitur *ψιθύριον* & *ψιθύριος*, susurro, quia non planè qui susurrat & murmurat, dicit nec exponit quæ vult, sed veluti frustratim oculit mentem, & mentitur quæ decreuit. Et Sophocles in *Aiace*, *ἀγρὸς ψιθύριον πλάσσειν*, pro calumniosis verbis accipit.

- 3 Dicimus itaque susurrionem & detractorem in materia & forma, vel in mundo loquendi, conuenire: vterque enim malum in proximum occultè dicit. Et ideò promiscue hæc ponuntur nomina, vt scribit glossa ordi-

naria

naria
appe
quoc
tare
tem
store
mobi
c. no
Vtra
& in
Tho
1. &
quod
quoc
est ca
maxi
Prou
tract
detra
pente
iung
ne. E
Et de
Psal
perfe
latam
12. b.
serpe
nicio

naria prima in c. 5. Eccles. in illa verba, *Non appellaberis susurro*. Differunt autem in fine quod detractoris finis sit, obliterare vel notare famam bonam proximi: Susurronis autem finis, amicitiam proximi soluere. Detractorem propriè dicimus maledicum. Quamobrem uterque damnatur in Leuit. cap. 19. *c. non eris criminator, nec susurro in populis*. Vtraque certè nobis chara, fama & amicitia: & inter hæc plaris facit amicitiam diuis. Thomas in secunda secundæ quæst. 64. art. 1. & ideo peiorem susurronem detractores, quod maius bonum impugnet. Et scriptum quoque, Eccles. 6. *quòd amico fideli, nulla est comparatio*. Sed mihi etiam detractio maximum videtur peccatum: quia scribitur, Prou. c. 24. a. ver. 9. *abominatio hominum detractor*. Et rursus, eod. cap. c. ver. 21. *cum detractoribus ne commiscearis, quoniam repente consurget perditio eorum*. vtrumque iungunt, & literæ sanctæ vnica maledictione. Et prima ad Corinth. 12. g. *susurrones & detractores sunt Deo odibiles*. Et David, Psal. 100. *detrakentes secreto proximo suo, hos persequabar*. Puniuit detractionem Mosi illatam ab Aarone & Maria, Deus. Num. cap. 12. b. Et detractor similis, Eccles. cap. 10. c. serpenti, qui in silentio mordet, vnde & perniciosum genus delicti, vt proditorium, &

tamen diu latere non potest, & proinde facer Ecclesiastes d. cap. 10. vetat etiam in silentio & solitudine detrahere: quia tantæ id sit abominationis, vt etiam aues referant verba maledicta in publicum, vt qui authoritatem habet, maledicum indicet. Admonet & idem diuus Iacobus Epistol. cap. 4. & ius pōtificum, grauisimum hoc scelus demonstrat in can. deteriores, & can. ex merito, 6. quæst. 1. can. homicidio, in 1. de pernit. dist. 1. can. hoc ipsum, 33. quæst. 2. Pununtur & maledici & detractes pontifici apud Clementem tertium. in cap. 1. de maledict. li. 5. Decret. tit. 26. Item blasphemii in Deum apud Gregorium 9. in cap. 2. eod. titul. de maledict. Quæ quâ Cæsares Archad. Theo. & Honorius, in lib. 1. si quis imperatori male dixerit, lib. 9. C. tit. 7. detractio enim de se facta, ad suum reuocent arbitrium, & plerumque maledictum ex leuitate procedentē contemnendum dicant ex iniuria, miseratione dignum existiment: ex iniuria, dignum indulgentia. Quod tamen cæteri principes vix patiuntur, cum nec inulta sit detractio contra priuatum facta: siue ea verbis, siue scripto, veluti libellis famosis fiat: utroq; enim modo detrahitur, & vindicatur. Detractio, nec solum eos qui libellos factitarunt, sed & qui inuentos legerint & non combusserint

vel

vel qui lectos retulerint, obligat ad pœnam, can. ex merito, 6. quæst. 1. can. 1. & can. si qui, 5. quæst. 1. quam capitalem imponunt Valentinianus & Valens Cæsares, in l. vni. de famo. libel. lib. 9. C. tit. 36. quæ transcribitur alibi, in can. fin. 5. quæst. 1. Videndus etiam textus, qui de hac latius materia tractat Vipiani, in l. lex Cornelia. lib. 5. §. fin. & Paulus iuriscōsul. in l. quod Senatuscons. lib. 6. de iur. libel. 47. π. tit. 10. vt cum similib. testib. ibi nota. latè à glossis.

Adulator dicitur Græcis, κίλαξ ἢ κίλος, ὅς ἐστι ταπεινὸς, καὶ μὴ ὀνόμιλος, vel παρὰ τὸ κολάσθαι, vt scribit Cælius Rodiginus, lib. 11. c. 33. 1. ita dictus, quod sit *mutilus*, id est, *humilis nec integra sortis*, vel ab eo quod se iungat, & consentiat, & applaudat omnibus. Et ita mentiatur cum mentientibus, & mentientes laudet, extollat, & approbet & verè quidā ideo adultores, ob viles mores & serviles, à *κίλος* Græco, deriuarunt, quasi seruilis, sit assentatio. Videndus hac de re & Iouia. Ponn. lib. 1. de sermon. cap. 24. Aristoteles etiam libro 2. Rethor. ad Theod. capite sexto, præsentem laudare, adulationis esse dicit. Item si bona nimium laudas, & probè delinias, & si vehementius dolenti condoles.

Parasitus idem ferme facit, sed cur hæc faciat, *cibus est*, cuius ratione adulatur in mo-

rem muscarum: quare & dicitur *παράσιτος*, quod *παρά τῶ σίτις* id est, à cibo omninò dependeat. Sicuti & olim parasiti honesto nomine, dicebantur comites sòdalésque Pontificum & magistratum, quibus etiam ius dicendi sententiam erat, absoluebántque sacra menstrua vnà cum sacerdotibus, vt scribit Athenæus, lib. 6. Deipnosoph. cap. 5. Et qui in Prytanæo Athenis, ob honorem aliti, parasiti dicti, vt scribit Plutarch. Nunc pro iis qui mensas consecretantur, mentiontúrque audacter & liberè, vt ventrem & intestina repleant. Et Poetæ antiqui parasitos adultores vocabant. Scribit autè Caristius Pergamenus, lib. de Doctrinis. Parasitum huiusmodi ab Alexide de vtroque Athen. li. 6. cap. 5. & 6. primum repertum. Quod indicat ille eximius parasitus Artotrogus apud Plautum, in Milite glorios. act. 1. scena 1. vers. 22. is enim cum multum laudasset vanum militem medaciisq̃ pauisset, rursus ait.

--- Nihil hercle hoc quidem,

Præ Et alia dicam, tu qua nunquam feceris
Periuriosorem hoc nomine: si quis sciderit
Aut gloriolarum plensorem, quam illic est.
Me sibi habeto, & ego me illi mûcupi dabo,
Si Senum Epityrum edam apud illum in-
sane

Et

Et paulò post,

*Venter creat omnes has arumnas, auribus
Peraudienda sunt, ne dentes dentiant:*

Et assentandū est, quisquid hic mentibitur.

Sed melius alius parasitus Ergasilus exprimit horum naturam apud Plautum in Capti. a. 1. scen. 1. vers. 7. sic de se loquens,
*Verū herclè, Serū nos parasiti, planius
Quos nunquam quisquam neque vocat neque
inuocat*

Quasi mures semper edimus alienum cibum &c.

Et circa finē narrat, quomodo assentatione cibos consequatur, laudans & flens simul cum rege Ætolia. Eadem de se ferè refert parasitus alius Curculio, apud eundem Plautum. in Curculio. act. 2. scena 3. Omitto aliū Peniculum, inquam Menedemi, alium Sationem in Persa, Charundem in Audente, Gelasinū in Stilcho. facile enim sed longius explicant ij parasiti a pud Plautum officium, vt & Gnato, qui in Eunucho Terentij act. 2. scena 2. vers. 17. inter cetera.

*Est, inquit, genus hominum, qui esse primos
se omnium rerum solunt,*

*Nec sunt: hoc confessor, hisce ego non paro
me & rideant*

*Sed his <tro arrideo, & eorum ingenia
admiror simul:*

*Quicquid dicunt, laudo: id rursum si negāt,
laudo id quoque.*

*Negat quis, nego: ait, aio. Postrema impe-
raus egomet mihi*

*Omnia assentari, is questus nunc est multo
oberrimus.*

Et Plutarchus loquens de verbis quibusdam cancro dicatis, libro de discrimine adulatoris & amici, scribit, usque adeo non nouerat parasiti ingenium, qui credidit hos versus Iambicos magis cancro, quam assentatori. Est venter omne corpus, vndique intuens oculus, suisque bestia reptat dentibus. Nam huiusmodi quidem est imago parasiti, & amicorum qui patellam sequuntur, & ad prandia praesto sunt, quemadmodum inquit Eupolis. Et Athenæus lib. 6. De ipnosophi. c. 5. parasitum ita describit, introducto parasito sic loquente: *Quam seruendi rationem seruant adultores vobis explanabimus, sed vos animaduertite quaso, quam nos seruis seruis simus. Hos primum puer alienus persape sequitur. Duo mihi adsunt vestimenta elegantia admodum, quorum alterum semper assumens in forum exeo: ubique cum fatuum seruum aliquem, aut opulentum obseruo, plurimum circa hunc seruo: si quid dixeris hic diues hoc laudo, admiroque, ac eius seruis gaudere videor. Postea alio alius nostrum proficiscitur.*

Scribit

Scri
iniu
mo
gra
pha
y
I
I
E
de p
N
I
A
O
D
C
P
N
L
I
Poly
mat
scrib
gitor
adhu
tiph
loqu

Scribit & ex variis authoribus, hos ad omnes iniurias ferendas dummodo edent paratissimos, & omnibus quibuscunq; rebus eius rei gratia se accommodare, Quo, inquit Antiphanes in Gemellis sic accidat,

*Vt hunc cauilleris cachinnatur simul,
Amator, & ridiculus, & moribus
Iucundus, & miles, bonusq; & strenuus
Illi parata cœna si sit splendide.*

Et Aristophon Pythagorista, de Phylli pede parasito loquens,

*Nullum magis putato quam Phillipidem
Idoneum fami Tithymalon affore,
Aquis bibendis, Rana: Cœscier, Thynus:
Olereq; campe est: non lauando, scallidus:
Dormire sub dio, Et merula per frigora.
Aestus pati, meridies: multum loqui,
Cicada: olsum nec Sidere, nec Lini,
Puluis Sidetur: Ambulare grus pede
Nudo, crepusculum per ipsum, Noctua:
Dormire nil.*

Ita optimè certè exprimit mores instar Polypi vel Prothei, in aliorum volutate efformatos ob ventris necessitatē, vtnō immeritō scribat Persius, *Magister artis, ingensq; largitor, Senter, negatas artifex sequi Voces.* Sed adhuc audiamus alium paratium apud Antiphanē, in Progenitoribus ita ex Artheneo, loquentem, nihil pati, nihil non amoliti, &

mentiri eius gratia recusantem, in Prologo
suorum carminum.

*Morem meum nostis superbum non fore ,
Amicus a st huiusmodi sum : ad Verba ,
Sum massa ferri , quæ potest pati nihil :
Aderberandum, fulmen : ac ad quem piã
caciũ faciendum, fulgur : auferendoq;
Procella: suffocando quemlibet, laqueus:
Frangendo Sectes sanua, quassatio
Telluris : insiliendo, locusta ego :
Canisq; aduocatus, Et musca aduolo :
Non exeundo, sum puteus certe statim :
Cadendo & imperando, testimonia
Dicendo, quaq; consequi nullus queat
Verbis, gerendo cuncta, quam citissimus:
Omnes Vocant me fulmen hinc & iri: mihi
Sed nulla cura admittitur dicterij,
Sum quando amicus haud ego seræonibus
Solis amicus, ac magis rebus, bonus.*

8 Hæc Athenæus, qui cateruam magnam
insignium parasitorum enumerat. Inter alios
Ischomachũ, Phillipidem, Archephõtem, &
Sostratũ regis Antiochi parasitũ, Tithym-
malũ, Corydũ vel Eucratẽ, Philoxenũ, Mos-
chionem, Cherephontem, Euagorã Gibbum
Demetrii Poliorcetae, Phormionem Seleuci,
& alios eius farinae.

9 Erant & ex parasitis quidam diæti adu-
latores, similes iis quos plerique princi-
pes

pestenent & alunt in deliciis, certè in maximam & sui & Reipublicæ Christianæ, imò contemptum Dei, contumeliam, dicimus Gallicè *Plaisanteurs*, *faulsages*, ij simias imitantur, vt placeât quibus addicti sunt, nihil omittentes. Itaque mēdaces ex commo-
ta opera. Refert quā plurimū
perditos Athenarū
ter alia, de *patruos pacificos*

benet patru pacificos
eundem ligatus
is vii vulnerata fuisset Philippi
cum rege claudicans incedebat. Item

de Hegesio Nicesia adulate Alexandri refert, quòd cum muscas Alexander abigeret à se studiose, dicens se ab his morderi, dicebat multò certè aliis erunt fortiores, quæ tuum sanguinem gustauerunt. Fuit & alius Cryso- phus Dionysij Tyranni adulator, & alij duo colaces, qui & se non videre cibos in mensa simularent, & palpabant, quod ita Dionysio placerent, vt scribit Plutar. lib. De discrimine adulatotis & amici. Et cum sæpius solitus fuisset spuere Dionysius, in faciē, si vt cōspue- rentur porrigebāt, sputumq; ac vomitū eius labentes, multò suauius melle dicebant. De 10
reliquis qui ab eo Athenæo refuntur, taceo.
cū & illud vitiū adulationis ad philosophos tranfisse,

mentiri eius gratia recusantem, in Prologo
suorum carminum.

*Morem meum nosti superbum non fore,
Amicus aſt huiusmodi ſum: ad Serba,
Sum maſſa ferri, quæ poteſt pati nihil:
Ad Serberandum, fulmen: ac ad quempiã
cacum faciendum, fulgur: auferendoq;
ſuffocando quemlibet, laqueus:
a, quaſſatio
ego:*

*Dicendo, quaq; conſequi an
Verbis, gerendo cuncta, quam curamus:
Omnes vocant me fulmen hinc ſiri: mihi
Sed nulla cura admittitur dicterij,
Sum quando amicus haud ego ſertronibus
Solis amicus, ac magis rebus, bonus.*

- 8 Hæc Athenæus, qui cateruam magnam
inſignium paraſitorum enumerat. Inter alios
Iſchomachũ, Phillipidem, Archephõtem, &
Soſtratũ regis Antiochi paraſitũ, Tithym-
malũ, Corydũ vel Eucratẽ, Philoxenũ, Moſ-
chionem, Cherephontem, Euagorã Gibbum
Demetrii Poliorcetæ, Phormionem Seleuci,
& alios eius farinae.

- 9 Erant & ex paraſitis quidam dicti adu-
latores, ſimiles iis quos plerique principes

pestenent & alunt in deliciis, certè in maxi-
 mam & sui & Reipublicæ Christianæ, imò
 contemptum Dei, contumeliam, dicimus
 Gallicè *Plasanteurs*, *faulsages*, ij simias
 imitantur, vt placeât quibus addicti sunt, ni-
 hil omittentes. Itaque mēdaces ex compo-
 sita opera. Refert quā plurimos hui⁹ perniciæ
 perditos Athenæus, lib. 6. c. 6. memoratq; in-
 ter alia, de Clisopho adulatore Philippi re-
 gis. Nam vt scribit Satyrus in Philippi vita,
 cū oculus percussus fuisset Philippi, accede-
 bat ad eum Clisophus, eundem ligatus ocu-
 lum: at rursus vbi vulnerata fuisset Philippi
 tibia, cum rege claudicans incedebat. Item
 de Hegesio Nicesia adulatore Alexandri re-
 fert, quòd cum muscas Alexander abigeret à
 se studiose, dicens se ab his morde, dicebat
 multò certè aliis erunt fortiores, quæ tuum
 sanguinem gustauerunt. Fuit & alius Cryso-
 phus Dionysij Tyranni adulator, & alij duo
 colaces, qui & se non videre cibos in mensa
 simularent, & palpabant, quod ita Dionysio
 placerent, vt scribit Plutar. lib. De discriminē
 adulatōtis & amici. Et cum sæpius solitus
 fuisset spuere Dionysius, in faciē, si vt cōspue-
 rentur porrigebāt, sputumq; ac vomitū eius
 labentes, multò suauius melle dicebant. De
 reliquis qui ab eo Athenæo refuntur, taceo.
 cū & illud vitii adulationis ad philosophos
 tranfisse,

transisse scribat, & popolare vitium factum & principum: unde tot mala orta sunt, virtute, per adulationem quæ amplius quam insit tribuit, veluti mandragoræ malis, sopita: vt etiam hodie dicere possimus, quod olim Anaxandrides in Samia. Nunc comitas vocatur ipsa adulatio. Cum tamen comitas sit proxima virtuti, vt quæ vtatur verbis quidem iucundis, sed comptis, & doctrinam aliquam vel utilitatem afferentibus, vt accidit in Fabularum narrationibus: & vt breuiter absoluam cum is qui vt oportet iucundus est, amicus dicatur, vt mediocritas amicitia, is autem qui exuperat, si nullius gratia rei, placidus: si sui emolumentum gratia, adulator sit appellandus, vt scribit Aristoteles, lib. 2. Ethic. ad Nicom. cap. 7. & Cicero, in Lælio vtrumque & comitatem & assentationem distinguit his verbis, *In obsequio amici comitas adsit, assentatio autem scitiorum adiutrix, procul amoueatur, qua non modo amico, sed nec libero quidem digna est.* Nata certè ab ambitione adulatoris auctoratio. Nā propter illam inanem ambitionem plerique amari magis, quam amare volunt, quò fit vt ament adultores. adulator enim inferior est amicus, aut fingit se talem, & magis amare quam amari, vt scribit Aristoteles lib. 8. Ethic. cap. 8. & lib. 1. Rhetor. ed

Theod.

Theod. cap. 11. Et quia fere ambitio in omnibus & popularis est, adulatio etiam ferè omnibus placet, & noxia est, vnde Plato in Phædro, adulatorem dicit feram omnibus pestilentem, & similem impuro Dæmoni, incautos animos sub noxiæ voluptatis esca continuè corporis sordibus inquinanti. Et rursus lib. 30. in Menedemo, vel Epitaphio, adulatorem, cum priuatum, tum publicum dicit esse persimilem præstigiatoribus, beneficiumque, fure & homicida detentorem: quia ij extranea tollunt: at & adulator tollit intrinseca, mentem & iudicium, & in manifestissimis atrocissimè fallit, vt si quis deformis sit, formosum eum esse persuadet: si malus, bonum, & sic de reliquis. Neque etiã morbus alius quisquam hoc vulgariùs est, quia in primis nos ipsos eo nos decipimus, dum adulamur nobis, & nos alios esse, & meliores quàm simus, persuademus. Quo fit, vt cum alij de nobis falsò dicant quæ nobis persuasimus, falsò etiam id esse nostris erroribus cõfirmationem addentes, magis eos diligamus & amplectamur. Sic cocos, qui magis nostro palato seruiunt, amplius diligimus, item mangones, sophistas, & verborum Rhetoricani, & fucatorias artes, quæ partes sunt adulationis, vt scribit Plato lib. 24. in Gorgia vel de Rhetorica. Quantum autem

autem mali hinc nobis, bone Deus, dum in
vulneribus morbidis, dulci sed mortali un-
guento foti insensibiles perimus, & vt Iuue-
nalis ait Saty. 3. vers. 6. 8.

*Quid q̄ adulādi gēs prudentissimā laudat
Sermonem indocti, faciem deformis amici:
Et lōgum inualidi collum, ceruicibus aequat
Herculis, Antaūm procul à tellure tenētis,
Miratur Socē angustam, qua deterius nec
Illa sonat, qua mordetur gallina marito.*

Ecce que sequuntur huic loco accommoda.

Scribit Plutarchus adulatorum pestes ma-
ximè obnoxias, de discrimine adulatoris &
amici quod per eos, vitia virtutum nomine
falso & mendaciter laudentur. Sic Siculos
euerfos, quo adultores Dionysij Phallari-
disue crudelitatem, iustitiam, & sceleratorū
odium vocarent: & Ægyptum perditam,
quod Ptolomæi muliebritatē afflatus, eiul-
latus, liliorum ac tympanorum sculpturas,
religionem Deorumque cultum appellarent
14 hæc addit ornatum tragicum, & Imperatori
abominandum Neroni, tibi atq; Ptolomæo.

Hinc tot scurræ formantur, & ingentia
mala: dum voce dulci & aucupio loquērium
quis se irretiri laudibus patitur, & suauibus
venenis, dulcibus sermonibus, quos ego vel
ea sola ratione, quod suauiter proferantur
semper suspectos habeo, & ita dicentium

loquen

loquentiúmque suauiter mentes præcaueo,
 memor eius quod Moscus Siculus scribit,
 de Cupid. ne idolo amoris,

κακὴ φρενὶς ἀλλ' ἀλάλεια :

ὁ γὰρ ἰσὺν νοῦς καὶ φεγγεταὺς μίλαφονά; I, I

Mala mens, eloquium suauē,

Nō enī eadē sentit & loquitur, Sox mellea.

Et D. Chrysoſtomus tomo 2. homilia
 88. in cap. 2. Matth. si auersari nonnullos, in-
 quit, decet, adulatores magis quam contu-
 meliantes odisse oportet. Maior enim non at-
 tendentibus ex adulatione pestis, quam ex Si-
 tuperatione oriri solet, & facilius est hanc
 quam illam passionem superare. Quare in
 summa cōstitue hanc regulā veritatis, Quæ
 mēdacio accedunt, omnino esse vt suspecta
 à veritatis amatore condemnanda. Item ge-
 neralem aliam.

Non esse relinquēdam veritatem propter
 argumentorum difficultatem, neque consi-
 derare oportet argumentationes, quando
 alicuius rei habemus notiam meliorem ea
 quæ est per argumentationem. Aristoteles,
 8. Phisic. c. 3. & 8. Topo. Quod etiam intelli-
 gendum est de iis quorū notitiam habemus,
 per argumentationem scilicet nō esse relin-
 quendā eius veritatem, propter argumen-
 tationes, quando eā cognoscimus per meliores
 ac certiores rationes. Veritas enī oīa vincit.

De

De gloria & quòd omnia quandam gloriam desiderent.

CAP. LXII.

NVnquã mihi quicquam licuit contem-
plari animatorum aut inanimatorum,
quòd aliquomodo aliquando in conspectũ
hominum, atque in oculos prodire non co-
netur. Sunt enim omnia ad quendam vsum
& vtilitatem creata, *Cum nihil*, vt ait etiam
Aristoteles, *Deus & natura faciant frustra.*
Cuius impulsu naturali omnia, quæ à Deo
sapienter facta sunt, in vsum suum pergunt,
atque prodire desiderant. Ideo aqua & aër in
specubus latentes, nõ possunt contineri, quin
claustra violent, vt appareant & sui vsum
animantibus & ceteris communicent. Semi-
na terræ condita, quamuis putrida, propria
natura extra matris magnæ gremium, pro-
deunt, glebas perforant subactas, vt caput &
fructum exerant. Plantæ & arbores, capita
promentes extollunt, & producunt quotidie
altius. Metalla insuper & lapides, politione
nitidiores & præstantiores sese declarant.
Nec pusillum quodpiam est animal, quin
statim vt natum est, ad functiones perfectius
sux naturæ exerendas, non properet.

Conuertamus ad homines mentem, nul-
lus

lus
nus
pue
præ
dia
dot
nas
gat
mò
ri in
gun
& r
Qu
de h
ne i
qua
rès,
non
secu
pe r
tò f
& T
lita
æm
pe i
præ
non
Si q
niu

lus adeo vilis, sordidæve conditionis, non v-
 nus inter ipsos mendicantes, vilus non inter
 pueros, quin apparere, & excellere, vel
 præesse vel præstare desideret. Inter crepū-
 dia fingunt Reges pueri, magistratus, sacer-
 dotia, & alias huiusmodi magnatum perso-
 nas: mendicantes inter se, quandam præro-
 gatiuam & imperium exercere videntur: i-
 mō sciunt mendicantes studioso & felicio-
 ri ingenio, & arte fingere personas, quas a-
 gunt, vt crumenas mulgeant, & pauperiores
 & miseri videri volunt magis quam sint.
 Quid de peritis, de doctis, de magistratib⁹,
 de his qui in gradu altiori sedent, dicam? nō
 ne inter hos similtates, vt alij & maiores
 quam sint, vi deantur: nōne gradu inferio-
 rēs, superiores adipisci omni studio inhiant,
 nōne & qui pari, & à cogitationibus huius
 seculi euulsi, contemnunt hæc omnia, nem-
 pe terrestria, vt superiora, caelestia, quæ mul-
 tō faciunt, vt par est, consequantur? Nōne
 & Tyranni contendunt & carnifices crude-
 litate præstare: num a tifices alijs eius artis
 æmulis liberè cedunt? idque accidit ob
 persuasionem laborum, ex quibus quitque
 præmium quoddam desiderat: hoc autem
 non possumus dicere aliud, quam gloriam. 3

Si quidē vt ait Cicero, . Officior. Six inuo-
nitur qui periculis susceptis, laboribusq; ad-

tis, non quasi mercedem rerum gestarum de-
fideret gloriam. Et cum quisque circa sua o-
pera cæcutiat, & facillè decipiatur: sic acci-
dit interdum vanè gloriam, interdum benè
aliquem aucupari. Nam vt legimus in frag-
mentis Crispi Salustij, oratio. de repub.
ordinanda, ubi bonus deteriores diuitiis cla-
rum magis, magisq; acceptum videt, primò
astuat, multaq; in pectore soluit. Sed ubi glo-
ria honorem magis in dies, virtutem opulen-
tia vincit, animus à solitudine à vero deficit.
Quippe gloria industria alitur: ubi eam dep-
seris, ipsa virtus per se amara, atq; aspera est.
Et c. Et cum gloria seu honor sit præmium
virtutis, vt scribit Cicer. pro Milone & pro
Archia poeta sub finem. sequaturque sem-
per gloria virtutem, vt umbra corpus, etiã
volentes, vt ait Seneca. lib. 11. Epistol. epist.
80. Et quia virtus ardua pertentat, in arduis
tantum gloria fortior inuidia, & quasi im-
mortalis. Sic scribit Demosthenes, olyth. 2.
μένοι ἀνθρώπων κρείττω τῶν ἐπι τοῖς ἔργοις διέσω
τῶν φθονύων κατέλιπον, soli homines melio-
ribus rebus gestis reliquerunt superantem
inuidiam gloriam. Et in paruis non esse glo-
riam scribit idem, oratio. contra Androtio.
ἕτερον ἐπὶ μικροῖς τίς σιμύνηται, τοσούτ' ἀπὲρ
τῆ τιμῆς τινὸς διὰ πᾶντὰ τυχεῖν ὥστε ἀπειρή-
ματος προσέδοξον εἶναι, 1, si in paruis quis
glorie

glor
 tere
 de
 dic
 tur,
 vnd
 quit
 mia
 labi
 C.V
 T
 G
 P
 Et S
 hor
 G
 Et a
 glor
 tiam
 M
 N
 Et q
 tus o
 fatic
 rio o
 nes,

glorietur, tantum abest, Et honorem propterea consequatur, Et ineptus propterea videatur. Multi sunt qui præmium sibi vendicant, qui tamen id, unde præmium debetur, non habent, falso tamé se habere putant: unde inanis, id est, vacua fundamento sequitur gloria. Interdum etiam homines præmia, nempe gloriam adimunt virtutum, & labitur statim virtutis profectus. Docet C. Valer. Flaccus lib. 1. Argonaut.

Tu sola animos mentesq; peruris

Gloria, te & iride & ides, immunèq; senecta,

Perfidis in ripa statem, iuuenesq; vocantè.

Et Syllius Italicus, lib. 6. vers. 333. trahere homines ad virtutem scribit,

Abripuit, inquit, traxitq; & irum fax mentis honeste,

Gloria, & incerti fallax fiducia Martis.

Et ad res arduas animum fouere & parare gloriam innuit Propertius, lib. 4. ad Cynthiam scribens,

Magnum iter ascendo, inquit, sed dat mihi gloria & ires,

Non iuuat ex facili lecta corona iugo.

Et quan plurimos ob gloriam egregios conatus oriri scribunt Angelus Policianus præfatione in Salustium, & Cælius secundus Curio oratione de gloria. Scribit & Demosthenes, Orat. contra Timocratem populum

nunquã valide de pecunia coaceruãda laborasse, sed ob gloriam pecuniam coaceruatã profugasse, & profudisse. Atque nec periculum vllum detrectasse, vt honorem sibi pararet immortalẽ. Scribit & Valer. Maximus, lib. 8. c. 15. in Scipione. Nullam, tantam esse humilitatem, quæ non dulcedine quadam gloriæ tangatur. Illam verò, interdum & à claris, ex humilibus rebus petitam.

De Definitione, & diuisione gloriæ.

CAP. LXIII.

GLoria est bonorum multorum ore celebrata laudatio, vt scribit Cassiodorus, in commentar. super psal. 23. & 28. & 70. & 148. & Aristoteli gloria est, cum virtuosus à multis æstimatur, aut id habere putatur quod omnes, vel plures, vel probi, vel prudentes expetunt. ad Theo d. c. 5. 1. Rhetor. Et secundũ Ciceron, 2. de Inuentio. est frequens de aliquo fama cum laude. Et 3. Tusculan. quæstio. est illi gloria quædam res solida & expressa, non adumbrata. Consentiens laus bonorum, incorrupta vox bene iudicantium de excellenti virtute. Forsan melius & generalius mihi gloria dicitur, claritas & splendor vel lux cum laude, ratione cuius id quod non antea conspiciebatur, vel non cognoscebatur, apparet.

libro

Libro autem 4. artis Mirabilis c. 9. post finitionem gloriae, summariam tradidimus eiusdem diuisionem, quam paucis explicare nunc oportet. Primūque agamus de vera gloria. Certē Macrobius, lib. 2. in Somniū Scipionis c. 6. & 10. in hoc seculo nec gloriam aucupandam, nec eam perpetuam esse, docet: licet apud nos, inquit, *Athlanticum mare magnum vocetur, de caelo tamen despicentibus, non potest magnum videri: cum ad caelum terra signum sit & punctum, quod diuidi non possit in partes: ideo autem terra breuitas, tunc diligenter essertur, & parui pendendum ambitum fame & vir fortis intelligat, quae in tunc paruo magna esse non poterit, & contentus potius conscientiae premio, gloriam non requirat.* Et postea, *Quin etiam si cupiat proles ista futurorum hominum, deinceps laudes vniuersusque nostrum acceptas à patribus, posteris prodere, tamen propter elusiones, exustionesque terrarum, quas accidere tempore certo necesse est, non modo non aeterna, sed ne diuturnam quidem gloriam assequi possimus, virtutis fructum sapiens in conscientia ponit: minus perfectus in gloria.* Repetit id ipsum alibi. c. 12. eius libri. 2. Et Menander, ob casus fortuitos, & volubiles rerum seculi, neminem gloriari viuum posse dicebat, ut narrat Plutarchus, lib. de tran-

quillit. animi. Atque cum omnes tū e-
thnici, tum sacri interpretes definiant, bo-
norum esse gloriam, optime constituemus
vllam perfectam non esse hominum viuen-
tium laudem: quia nullus est, qui perfectē
bonus sit, nullus qui aliquo peccato macu-
latus & sordidus non sit: *Si enim dixerimus,*
quod peccatum non habemus, ipsi nos sedu-
cimus, & veritas in nobis non est. Epistola
1. Diui. Ioan. c. 1. c. Dehinc nemo est, ne-
scio an aliquis sit pro momento ita bonus,
cui non immineat de gradu præcipitium:
nam scribitur, *Qui stat, & idem ne cadat.* ad
Corinth. 10. d. Et, *Tene coronam tuam ne al-*
ius accipiat: Apocal. 3. 6. Et *Castigo corpus*
meum &c. 1. Corinth. 9. c. Et placuit fun-
damentum istius gloriæ in hoc seculo esse
virtutem; itaque cum tolli ea & extingui
possit, sequitur ad eius subductionem lapsus
gloriæ, nam.

Collapsa ruunt subductis tecta columnis.

Et vbi fundamentum deest, superædificari
nequit. cano. cum Paulus, 1. q. 1. Adiungere
licet virtutes per se gloriã veram non mol-
liri inter Christianos: sed ad gloriam ve-
ram, quæ dei voluntatem & honorem pro
scopo habet, viam sternere & dirigere. Nul-
lus enim ex virtute fructus post mortē sine
dei scopo: & sine Deo virtus illa, ymbra vir-

tutis

tutis & fluxa: cū Deus immortalis, & gloria
 similiter eius, vt disputat Lactantius. lib. 5.
 vel de falsa sapientia, c. 27. & lib. 6. de vero
 cultu c. 17. & 18. Adde, nihil in nobis boni
 esse, tanquā ex nobis, sed à patre illo boni-
 tatis profluere, & à bonitate ipsa, Deo inquā,
*Omne bonum optimum & perfectum de sur-
 sum descendens à patre luminum*, Iacob. 1.
 Quamobrem laus quæ bonum consequitur,
 nobis verè non competit, sed ei qui largitus
 est. Sic Diuus Paulus. 1. Corinth. 4. 6. *Quid
 habes quod non accepisti? Si autem accepisti,
 quid gloriaris, quasi non acceperis?* in psal. 21.
 Et ibi, *Tu autem in cælo habitas Deus, laus
 Israel.* Deus dicitur laus Israel, quia propter
 Deum quæ colebat, esset gloriosus & lauda-
 tus is populus. Et apud D. Lucam, c. 2. 6.
Gloria in altissimis Deo. Et, *et gloria in secu-
 la seculorum.* ad Galat. 1. c. Vocatur & P sal.
 23. rex gloria. Sic Mercurius Trimegistus,
 in Pimandro, Sermone, 3. *Deum gloriam om-
 nium dicit, & principium vniuersorum.* Et
 quia Deus per Iesaiam c. 42. b. & c. 48. te-
 statur, se gloriam suam alteri non daturum,
 sciendum est gloriam quandam à Deo ho-
 minibus & rebus communicatam: aliam
 propriam sibi & suam reseruasse. Nam re-
 bus dedit singulis proprietatem, quibus laus
 illarum inter homines crescit, & decætat.

In qua splendor quidam diuinæ maiestatis & potentia, in illis representatur. Et ideo illæ gloriam & laudem à Deo acceptam, in Deum referunt. Prædicant de Deo omnes res, ostentâtes supranaturales potentias, admirandas pulchritudines, effectus, & artificium naturale, quod scribitur, *quia ipse Deus fecit nos, & non ipse nos* Psal. 9. quodque D. Ioannes ait. c. 1. Euangel. *Omnia per ipsum facta sunt, & Apoc. 3 c. 14. ipse est principium creatura Dei.* Et quod Salomō, ca. 36. 17. *à principio, creaturae tue sunt.* Et Psalmista postquam locutus est de creatione, *tui sunt dies, tuus est Sol, tua luna, tu dominaris potestatis maris &c.* addit, *quoniam Virtus eorum tu es &c.* Atque si quisquam ethnicus suspecta tam sanctissima & inuictissima habeat virtutis testimonia, ad res ipsas animū transferat, & paulum consideret, quis tam exiguis animalibus, quod aliàs admiratus sum, ut visus etiam Lynceis effugiant, initio

5 intuitus, tam celebri artificio ordinauerit, tum pedes, tum oculos, alas, colores, symmetriam, firmitatem, organa bibendi, coquendi, expellendi, sentiendi: quis acari posset membra distinguere, qui tam valenter tamen manus exarat? quis tinea dentes exiguos & fere inuisibiles non miretur vestes depopulari, & pannos & chartas? Quis non

mir

mir
ab
Gr
pisc
laru
nos
illis
tran
rian
& in
testa
oban
vt ag
reip
git,
tam
conf
bo I
bo I
c. 3. &
& 4
sus
post
uora
c. 2
nari
clau
17. S
Paul

miretur in magnis tinnis cariem & mortem
 ab vno vermicello inuisibili penè, qui *uis*
 Græcis dicitur, adferri? Omitto miracula
 piscium & auium, herbarum, lapidum, stel-
 larum, quadrupedum. Quæ etiam minima
 nos admonent sua vi, gloriam suam non in
 illis remanere, sed in artificem & creatorem
 transferendam: sed adhuc manifestius glo-
 riam suam in Deum creaturas irracionales
 & inanimatas referte, nec sibi eam vsurpare
 testantur, dum verbo Dei & seruatorum eius
 obaudiant, propriè laudi & naturæ cedentes
 vt agnoscant gloriam vnus Dei & opificis,
 re ipsa. Ignis tres pueros in camino nõ arti-
 git, & in se contra naturam in auræ vim læ-
 tam conuertit. Daniel. 3. Mare in murum
 consurgens, contra naturam iussu Moysis ver-
 bo Dei constitit. Exodi. 14. b. Iordanis ver-
 bo Eliæ, 4. Reg. 2 & verbo Iosuz. Iosuz
 c. 3. & 4. Sol contra Gabaon. stetit. Iosuz 10
 & 4 Reg. 20. tempore Izechielis retrogres-
 sus venti, mare, terra obedierunt Christo, &
 postea discipulis. Vrbi obedierunt Eliæo, de-
 uorantes pueros qui eum irridebant. 4. Reg.
 c. 2. Ignis descendit de cœlo in quinquage-
 narios, iuxta Eliæ verbum. 4 Reg 1. Cælum
 clausum, & apertum verbo Eliæ. 3. Reg. c.
 17. Sic ficus maledicta à Deo exaruit. Sic
 Paulus à colubro inuiolatus permansit. Sic

Apostoli & sancti obturauerunt ora leonum, ad Hebre. 11. Et Daniel illæsus à famelicorum leonum lacu saluatus. Daniel. c. 14. & 6. Et generaliter omnes creaturæ Deo deseruiunt. Iudith. 16. c. & Sapien. 16. d. Itaque & laudatur & gloria tribuitur & creaturis ipsi, atq; ita gloria altius, ad Deum refertur. Sic ornata & quod præstat in reb⁹ laudatum, gloria dici possunt. Sic Deus Dominus noster Iesus Christus. Math. 6. & Luc. 12. Gloriam dixit Salomonis. quod facile ex eius verbis colligitur, *Videte, inquit, lilia agri quomodo crescant: amen dico vobis Salomon in omni gloria sua non fuit ita ornatus, & c. num ex eis.* Et in historia Hester, c. 1. Ponitur gloria pro excellentia & maiestate regni, dum scribitur Assuerum fecisse conuiuium, vt ostentaret diuitias gloriæ regni sui. Sic Ester c. 15. b. Ester tertio die accepit vestimenta ornatus sui, & circumdata est gloria sua. Et Iob, pro honore quo affectus erat & reuerentia, vsurpat, Iob, c. 19. b. vers. 9. *Spoliauit me gloria mea, & abstulit coronam de capite meo.* Et alibi c. 4. Accipitur pro dignitate. Et in psal. 48. ibi. *Cum multiplicata fuerit gloria domus eius & c.* accipitur pro maiestate & claritate Dei, per quæ elucet diuinitas, & radios suæ omnipotentia: internos manifestat, vt Iesaiæ 60. a. *Gloria domini super te*

ort.
chi
clu
rei
glor
gior
bus
ded
hon
glor
an
pra
prom
one
a se
tatē
sim
uit
Rom
& p
dem
Dec
ferr
pria
c. 9. g
diue
nosse
feru
tur:

orta est. Et in Exodo, c. 16. c. & c. 40. d. Ezechiel. 3. f. 3. Reg. 8. 6. Et vt vno verbo concludamus, gloria est laus omnis cuiuscunq; rei diuulgata, & multis nota. Et ita dicimus gloriam diuitiarum, scientiæ, doctrinæ, religionis, & similibum. Et sicut Deus animalibus brutis & inanimatis propria quædam dedit, ex quibus possent dici gloriosa: sic & hominibus quædam dat præstâtiora, quibus gloria ab illis parari possit, veluti, mentem, animum, rationem, religionem, corpus supra omnia animalia perfectius, faciem non pronam, sed sursum erectam, virtutes cantiones, vitã si velit æternã. Nam De⁹ *Christus ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatẽ, dedit dona hominibus.* Paralipo. 5. d. cû⁹ similibus. Et rursus, 1. Machab. 2. *Dilatauit Deus gloriã populo suo.* Et D. Paulus ad Roma. c. 2. b. vers. 10. *Gloria autem & honor, & pax omni operãti bonum, Iudæo primum dein & Græco.* Porro hæc gloria nostra, cû ex Deo dependeat, velut à causa, ad illum refertur à nobis debet, non autem à nobis propria usurpari. Sic scribitur apud Hieremiã c. 9. g. *Non gloriatur sapiens in sapietia sua, nec diues in diuitiis suis, &c. Sed in hoc gloriatur nosse me.* Et, quia gloria, etiam laus, & honos seruorum in dominos reuoluitur & reflectitur: sicuti & sermorum honos ex magnitudine &

& sapientia Domini, omninò pendet, ob quem seruis honos impartitur. Sicuti dixit Regina Saba, quæ inuifit Salomonè. 3. Reg. 10. & 2. Paralip. c. 9. Sic & nos qui serui Dei sumus, nihil nobis sed Domino Deo gloriæ, adscribere debemus. Et 1. Corinth. 1. D. qui gloriatur, in Domino gloriatur. Et alibi. 1. Corinth. 10. *Omnia in gloriam Dei facite.* In Domino autem gloriari, est omnes actus, & nostra, ad Dei honorem & laudem dirigere: & ita in actibus virtutis gloriari, quæ eo diriguntur, & in bonis operibus, licet: Sed non apud homines, quia gloriari ita non expedit. 2. Corinth. 12. a. Sed coram Deo & à Deo laudè expectantes eo placètes & in humilitate obsequij nec inflatione inani. Lapsi namque sunt antiqui & multi labuntur, qui dilexerunt magis gloriam hominum quam gloriam Dei, ut scribit D. Ioannes Euang. c. 12. f. vers. 43 & alij, ut scribit D. Paulus. ad Roma c. 1. c. vers. 23. *Communiuerunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & solucrum, & quadrupedum, & serpentium.* Et Hierem. c. 2. c. vers. 11. Nam & multi ex his & inanioribus rebus, gloriam sibi parare student. Quærentes gloriam ex rebus terrestribus, ubi esse nõ potest. Quia per se non subsistunt, & non sunt causa veræ gloriæ. Quia omnis creatu-

ra vanitati subiecta est. ad Roma. c. 8. Et omnia vanitas. Ecclesi. c. 1. a. & c. 12. c. Temporales istae res concessae nobis tantum fruendae, quia antequam issemus, creatae, & bonis & malis patent, & saepissime à pessimis possidentur. Quamobrem qui in illis fundamentum laudis humanae & gloriae causam ponit, valde admodum, si probe ipsas consideret, fallitur, & tandem quantum inaniter, id est absque causa gloriatur, videbit & animaduertet. Nubes & fontes sine aqua, ut scriptum est. 2. Petri. 2. c. vers. 17. & Iudae 1. vers. 11. hinc fermentum sumitur Thrasorum, militum timidorum, stultorum, garrulorum, superciliosorum, inflatorum, impulatorum, iactabundorum, & similium sordium hominum, qui gloriosi etiam dicuntur, quiae plura quam insit, sibi arrogant, aut scire se fingunt quae non nouerunt, ut scribit Aristoteles, lib. 1. magno. Moral. c. 34. Et Pindarus hanc kenodoxiam valde opera bona remorantem docet, sicut veram gloriam ea adiuquare dum ait,

--- ἀλλὰ βροτῶν,

πῶν μὲν κενόφρονες εὐχαι

ἔξ ἀγαθῶν ἔβαλον.

τὸν δῖον, καταμιμῆδεις ἄγασ

ισχίῳ, διέειπεν παρὶσφαλιν καλῶν,

χαρὶς ἔλκειν ὀπίσσω, θυμὸς ἄτολμος ἴων. 1,

Scd

Sed enim mortalium, alium quidem sana cogitantes gloriationses, a praeclaris expellunt: alium autem contra animus mendax existens inane trahens retro, a propriis honestis aberrare facit, coquestum nimium de viribus. Et sunt qui ita honoris studio vano, & gloriae inanis cupiditate aluntur, ut dum sua omnia pulcherrima facta videri volunt, succenseat melius agentibus, & infeliciter agentibus applaudant. Sicuti exprobrat Philippo eius vanitatis participi Demosthenes. Episto. ad Philipp. Scribit & Cicero 3. de Finibus. etiam in bonam famam, quam *ὡδοξίαν* dicunt Graeci, nec digitum, ut censuit Chrysippus & Diogenes, & assentitur Cicero, in eam esse porrigendum detracta utilitate: quamquam qui Carneadem sequuti sunt, voluerint eam sequendam, ut bene audiamus a parentibus, propinquis: & famae etiam propter liberos, esse confidendum etiam si posthumi sint, hinc infinita mala inter homines, dum quisque quis sit, non vult cognoscere, & amplius alius quam sit, velit apparere. Scire enim debemus nos esse vile & fatidum semine, stercoreum saccum, vermium seminarium, terrae idolum, pulveris recrementum, filo quodam tenuissimo in vita pendentes, homines peccato obnoxios, temporis exuias, vapores decedentes, quod ad carnem illam per-

net

tinere
mus.
morte
gine
in act
riam
habit
lachr
rum
tum.
fese i
no gl
Corin
pard
ritali
Qua
rum
lupta
viuin
re aff
confe
alijs
recre
verò
offici
ma, &
simul
ma et
res su

tinet quā tā cupidē & delitiose miseri foue-
 mus. Sed quod ad animū, animal diuinū, im-
 mortalis animæ, filij & cohæredes, & ad ima-
 ginē Dei, peregrini in terra expectātes terrā
 in æternū viuentiū. Quamobrem & ibi glo-
 riam parare debemus, vbi nostra futura
 habitatio, perpetua quies, ineffabile gaudiū,
 lachrimarum, & malorum liberatio, verō-
 rum agnitio, perpetuum gloriæ fundamen-
 tum. Et nunc peregrini omnia quæ in itinere
 sese interponunt, contemntes, in Domi-
 no gloriari oportet, vt scribit D. Paul. 1. ad
 Corin. & 2. Corint. 10 d. Am re, quæ eo nos
 parducant: quæ nos auertant, effugere. Spi-
 ritualia perpetua carnalibus fluxis præponere. 21
 Quauis enim corpus nostrum resurrectu-
 rum sit, tamen tunc non suis, sed animi vo-
 luptatibus & gloria fruetur, hic enim dum
 viuimus anima in ergastulo corporis, corpo-
 re afficitur, & eget, vt domus, in qua habitat,
 conseruetur. Sic homo, cibo, potu, somno, &
 alijs corporalibus indiget, quæ animam
 recreant, & in hoc corpore tuentur. Postea
 verò vbi pars illa corporalis, suacta fuerit
 officio naturali, corpori iterum sociata ani-
 ma, & in perpetuum victurum cum eo, sicut
 simul & semel & corpus perfectum, & ani-
 ma creata iuncta fuit in homine: anima vi-
 res suas, libera inter spiritualia locū nacta, in
 corpus

corpus exercebit, si digna fuerit diuina gloria, & si ad eam in corpore viuens mortali, eo iter suū direxerit: sicut contrā si voluptate & gloria corporis delectata fuerit, ea gloria cum rebus corporeis pereunte, illa post resurrectionem veræ gloriæ inanis reperta, in perpetuum barathrum gloriæ aduersum, cum corpore mittetur, perpetuo desiderio malo crucianda, quod gloriā, quam elegerat terream non possideat, ea nempe deficiente, atque perpetua pœna excarnificata, quod veram gloriā, Deum inquam, contempserit vel reliquerit. Et D. Marcus heremita. libro *πρὸς τοὺς πνευματικῶν ἀγχιὰ καὶ πρὸς κακίας κωδοξία καὶ ἰδούη, ὅτι μὴ μισήσῃς αὐτὰ ὅ μὴ πρὸς τὴν πόρην. 1.* Omnis mali causa est *Vanā gloria & Voluptas*, qui autem odio non habuerit illam, nunquam exonerabitur affectibus. Et Thalassius Monachus, hecatont. 1. de Charitate. *Et carnales virtutes humanam, ita spirituales Dei gloriā contrahunt.* De hoc cum Christianis agens Q. Septimius Tertullia. li. de cultu fœminar. *Nobis*, inquit, nullum gloriæ studium: quia gloriæ exaltationis ingenium est. Porro exaltatio non congruit professoribus humilitatis ex præceptis Dei. *Dem, si omnis gloria, scilicet mudi, Vanā & stuporata: quāto magis quæ in carne: no*

bis
tus
Qu
bus
glor
Et I
Glor
tia n
cerit
in gr
Itaq
ueno
facil
ad e
min
pote
ri. Q
inan
mile
mult
ris, al
bat,
tur. F
vt ait
bus i
mam
mou
decr
est,

bis duntaxat. Nam si gloriandum est, in spiritu bono, non in carne placere velle debemus: Quia spiritualium sectatores sumus. In quibus operamur, in illis & gaudemus. De his gloriam capimus, de quibus salutē speramus.
 Et D. Paulus, 2. ad Corint. c. I. c. vers. 12.
Gloria nostra hac est, testimonium conscientia nostra, quod in simplicitate cordis & sinceritate Dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conuersati sumus in hoc mundo.
 Itaque ab hac gloria inani, omni studio cauendū est, neque ea inuoluamur: nam in eam facile & minima occasione incidimus, & vix ad ea salui, etiam enitentes elabimur: non minus ac vterus vento semel tumefactus, vix potest omnino à vento, & si pressus, euacuari. Quamobrem & prisci patres, dum huius inanis gloriæ naturam describerent, eam similem capis & bulbis esse dixerunt, quibus multiplice veste contactis, cum vnam exueris, alia rursus quæ pone illam sequens latebat, quasi rediuvio ordine pullulans reperitur. Et hæc ubi in humanas mentes irrepfit, 73
 ut ait Climactius, iniectis, quasi harpagonibus infigitur, infixaque vinacem alit flammam, ut non facile à quoquam euelli, aut amoueri possit, quam qui enixus extirpare decreuerit, id quod de hydria serpente fictū est, accidere experietur, ut pro vno capite

truncato, septem audaciora insurgere videat. Quod & annotauit Maphæ⁹ Veggius. lib. 2. de Perseuerant. religio. c. 3. Vt consultius ego eius medelam existimen, omnem sementem inanis gloriae ante ex mente & opinione nostra auertruncandam, priusquam vel modicas radices agat: quod continget, si ei in tempore præcurramus, & iter obuertamus, secretò non palam ut videamur opera faciendo, vaniloquentiam & iactantiam vitantes. propriæ virtutis opinionem procul à nobis deportantes: si nostras infirmitates & animi & corporis memores percurramus: si aliorum præstantiorum efficaciam etiam latentem cõsideremus, si piorum hominũ exempla obseruemus, si vanitatem seculi, stultitiam, falsam opinionem, stolidum iudicium vulgi, variationem æstimationis cuiusque expendamus: si in cælum, ut arbores, si in pedes, ut pãuo, perpetuò spectemus. Et, ut cū Seneca loquar, lib. 1. de Tranquillit. vitæ c. de vana gloria. si assuescamus canare posse sine populo, paucioribus seruis uti, vestes parare in quod inuentæ sint, habitare cõtractius, si habeamus studiorũ rationem & modum. Sed & compendiosa alia via, si contempnamus nos ipsos, resque seculi. Dehinc, ut scribit Boetius. lib. 2. de consolat. metro. 7.

Quicumq;

*Quicumq; solam mentem precipiti petis,
 Summamq; credit gloriam,
 Latè patentés aetheris cernat plagas,
 Arcumq; terrarum situm,
 Breuem replere non valentis ambitum,
 Pudebit aucti nominis &c.*

Et interdum tamen gloriari licebit de vir-¹⁵
 tute, sed exigente tempore, quando nimirum,
 non ad ostentationem gloriamur, sed ad
 audientium commodum, hoc est, quando,
 illi huiusmodi gloriatio ad virtutum
 imitationem inuitatur, ut scribit Euthymius,
 super Psal. 130. Quia hæc gloriatio ad lau-
 dem Dei refertur, qui iussit diligere proximū,
 & unicuique mādauit de proximo. Ita Pau-
 lus dicit se gloriari, de gaudio Titi. 2. Co-
 rinth. c. 7. 9. vers. 14. Sic gloriatur in cruce
 domini. ad Galath. 6. d. & alibi. Sic Ioseph
 fratribus dicebat, c. 45 Genes. Nuntiate pa-
 tri meo gloriam meam. Et in Ecclesiastico
 c. 9. d. vers. 22. 1. permittitur illa gloriatio
 & bonis, & humilibus promittitur gloria. Iob
 22. c. & c. 36. b. reddit rationem utriusq; Euripi-
 des. in Rheso. actus 1. vers. 75. πονδία δ' ἄ-
 ξιον μισθὸν φέρει. παντὶ γὰρ προσκείμενον,
 κέρδις πρὸς ἰσχυρὰ, τὸ χάρις τίνεσσι διπλοῦν, 1. Sed
 laborantem decet præmia ferre, omnis enim
 res que habet præmium propositum volupta-
 tem parit. Et Plato. li. Dialo 12. de legib. ma-

*ximum sane atq; rectissimum est, & cum sis
 probus, ita gloriam queras, aliter minime, si
 modo perfectus vir futurus es. Crudelis est
 qui famam contemnit, & misericors qui
 eam complectitur: duo enim habes, consci-
 entiam quod ad te pertinet, & famam quod
 ad proximos, quam ne in scandalum labatur,
 tutari debes, cano. noli. 12. q. 1. cano. non
 sunt audiendi, 11 q. 3. cano. quatuor. 1. q. 2. &
 Curam habe de bono nomine vt ait Salomon
 in Ecclesiast. 41. c. & in Prouerbijs 20. *Provi-
 dere enim debemus bona, non tantum coram
 Deo, sed & coram hominibus, ne aliquis de no-
 bis inueniat male conuerti occasionem,* vt ait D.
 Paulus. ad Roma. 11. 6. d. & 2. Corint. 2. d.
Fama bona impinguat ossa. Ecclesi. 3. c. id est,
 inquit Nicolaus de Lyra, augmētat virtutes
 & vires, quia & p ossa corporis ostenduntur.
 Cæterū, alia est gloria Dei propria, nā Deus
 cū habeat substantiam ineffabilem & vir-
 tutuū virtutem, & ipse sit super virtutem,
 omnia quæ ad eius substantiam pertinent
 sibi soli propria, & sine vlla communicatio-
 ne habet. Alia illi, eius manifestatio apud
 homines, & ita gloria & laus eius tanquam
 Dei propria, nulli communicatur creaturæ.
 Quare Dominus noster Iesus Christus, cum
 Patrem orabat, Ioan. Euang. 17. rogabat vt
 Filium glorificaret gloria illa, quam prius
 habe*

hababer, antequam mundus esset, non de diuinitate loquens tantum, sed de hominū opinione: quoniam homo factus, homo tantum hominibus esse videbatur, rogabatque vt talem fidem largiretur hominibus de se, vt Deum illum agnoscerent, & crederent, vt scribit D. Cyrilius. lib. 10. Thesauri contra hereticos. Atque de gloria propria scribitur. Iesaja. 42. 6. *Gloriam meam aliter non dabo.* Et illam recusauit Angelus, quæ ad Deum solum dirigitur, cum D. Ioannes eum tanquam Deum venerari vellet, talem eum existimans sibi in forma angeli apparere: cui angelus, *Cave ne feceris, conseruus enim tuus sum. Et omnium fratrum tuorum, & eorum qui obseruant Verba prophetia huius.* Apocal. c. 22. b. vers. 8. & 9. facit textus cum glo. inc. venerabilis, de consecrat. dist 3. Et Rabi Mosche. lib. 1. ductoris Dubitatio. c. 63. de gloria Domini in hæc verba loquitur. *Gloria Domini, hoc est, lux creata, qua ostenditur in aliquo loco, ratione sanctitatis & sublimitatis, in modum miraculi.* Sicut dicitur, *Habitauit gloria Domini super montem Synai.* Et rursum. *Gloria Domini impleuit tabernaculum.* Quandoque dicitur de substantia & veritate creatoris, sicut dixit Moses *Ostende mihi gloriam tuam.* Et responsum est. *Non videbit me homo & & uiuet.* Quandoque e-

tiam ponitur pro laude, qua homines & alia creaturae dant creatori. Quia laus ea, vera est apprehensio illius, & omnis qui apprehendit maiestatem ipsius & perfectionem, honorat ipsum secundum suam apprehensionem. Homo tantum honorat dictis suis, ad ostendendum quod apprehendit intellectu suo, & reuelat alij extra se. Et si recurramus ad nostram gloriae finitionem facile intelligemus collatione facta luminis Solis, & claritatis Dei. Nam Sol aliam habet apud se claritatem, nempe puram, defaetam, non mixtam elementis. Aliam autem quam nostris exhibet oculis, quae quidem interdum purior, interdum opacior, interdum nubilosior. Sic Deus in se pura claritate fruitur, quae nullis contaminatur tenebris: sed quod pertinet ad nos, interdum ab aliquibus clarius quam ab alijs cognoscitur, secundum mentis capacitatem. Sicuti nec omnium oculi aequali vi, solem hunc intuentur. Nam nicticosaces veluti vmbra, lufci non plene, lippi folis radios non patiuntur: alij longius, alij vt aquila propius intuentur. Sic & varie, intellectus ad Dei claritatem & gloriam feruntur, nunquam tamen pure, vt in sua gloria est, intuentur. Nulla enim ad illud diuinum, increatum & immensum est proportio

tio oculi vel mentis creaturæ limitatæ. Deus
 autem vera lux hominum, & lux in tenebris
 lucet. Euang. D. Ioan. c. 1. De vtraque clari-
 tate & gloria loquitur Dominus, D. Ioan.
 Euang. c. 17. *Pater, inquit, clarifica me apud
 semetipsum claritate, quam habui prius quã
 mundus fieret apud te.* vide ibi Dei clari-
 tatem immensam, audi claritatem apud ho-
 mines: *Pater clarificauit nomen tuum super
 terram, manifestauit nomen tuum hominibus.*
 Existimarem etiam ego in Deo gloriã posse
 quoque accipi pro causã vnde laus & gloria
 nobis potius quam illi, qui nostra laude non
 eget, & est tamen nostræ perfectionis causa,
 dum eius gloria, id est, cum laudando & ho-
 norando, glorificamur & laudamur, item
 pro præmio nostro. Nam vt ait Origines, to-
 mo 3. li. 7. in cap 8. episto. ad Roma. *est &
 hac gloria, quam iustificat, quiq; in hac vita
 accipiunt: Est & illa qua speratur in futu-
 ro, cum corpus istud humilitatis reformatum
 surget in gloria.* Verissimum tamen est, splẽ-
 dorem lumenq; diuinæ maiestatis, quæ
 veluti testibus fide dignis, & omni excepti-
 one maioribus testatur, Deum bonum, ma-
 ximum, optimumque, gloriam Dei proprie
 dici, quasi laudationem suæ diuinitatis. Et
 miracula Dei, gloria Dei sunt: quia testan-
 tur Dei virtutem, & de honore illi præstan-

do homines admonet. Sic D. Ioan. Euang. c. 2. b. vers. 11. Post miraculum conuersionis aquæ in uinum, scribit, *hoc fecit initium signorum suorum Iesus, & manifestauit gloriam suam, & Lazarus infirmatus ad gloriam Dei.* Ioan. 21. a. Gloria ita & Dei est, ut homines Deum cognoscant, tanquam creatorem, & rebus omnibus prouidentem, & alia eius opera, ut scribit Theophylactus Episcopus Bulgariae super. c. 1. epistol. ad Hæbreos. *Et hæc est uita æterna, ut cognoscant te Deum uerum, & quem misisti Iesum Christum.* D. Ioan. c. 17. Prouide quia ij qui in fælicitate æterna erunt, perfectiorem notitiam rerum & Dei habebunt, cum nunc eum videamus in ænigmate, tunc autem uisuri simus faciem ad faciem, ut ait Paulus. Et quia laudem maiore expectare meno potest, quàm fructuonis Dei, eos qui id beneficium assequuntur, dicimus gloriam excellenter adeptos, quia in ea fælicitate, omnis eaque firma gloria est. Quod & Pindarus scribit. *ἡ δὲ ἰστυχία, ἔστι αὐτὴ ἐν φιλίᾳ,*
---πᾶσι θεῶν ἀνὰ πᾶσι *Omnis gloria summum.*
 Et nos cum de fælicitate loquuti sumus, docuimus cumulum omnium in ea esse bonorum. Et ideo illa gloria, præmium uitæ nostræ, secundum Dei mandata transactæ erit, quæ ita cæteris præstat, tamque præmium
 admirab

admirabile, vt nec omnes labores seculi, nec
 tormenta & alia passiones eius gratia à no-
 bis perpeſſæ, dignæ sunt, vt tali mercede re-
 munerentur per se, vt scribit D. Paulus ad
 Roma c. 8. c. Neque per nostra etiam meri-
 ta eam gloriam, quæ reuelabitur in nobis,
 consequi meremur, sed ex liberalitate Dei,
 qui eam proposuit, per mandatorum suorum
 obseruationem cuique obtemperanti. & in
 can. saluator 1. q. 5. quibus impellimur à cõ-
 temptu gloriæ humanæ, vt gloriam melio-
 rem, quamque intercipi potest à blanditijs &
 insidijs humanis assequamur. habent enim
 humana & sua præmia, quæ passim se oppo-
 nunt cælestia petentibus, vt in modum Cir-
 ces & Syrenarum, incautos & molles deci-
 piant, & iniectis anchoris detineant & re-
 morentur. Quod præuidens summus ille
 nauis Christianæ præfectus, perpetuò nos
 admonet, vt caueamus, *Sedete inquit, ne ius-
 titiam vestram faciatis coram hominibus, &
 videamini: tales enim recipiunt mercedem
 suam in hoc seculo.* Mathæi. c. 6. a. Et rursus,
 exemplo diuitis anonymi, & Lazari mendi-
 ci. *Memorare quia recepisti, o Diues, bona ter-
 ræ tuæ, hic autem mala: nunc autem hic
 consolatur, tu serò cruciaris.* Lucæ 16. &
 seq. Et rursus, *Nolite cõformari huic seculo.*
 ad Roma 12. a. & D. Ioan. 1. Epist. 6. 2. no-

lite diligere mundum &c. Et alibi, vt cautiores & tuciores nos redderet, iussit nos omnibus seculi rebus renūtiare, vt eam gloriam immortalem assequeremur. Luca. 14. g. Merces est gloria Dei, quæ cum illo est, vt scribitur in Apocalyp. c. 22. c. hanc mercedē plenam vocat D. Ioan. Epi. 2. c. 1. c. vers. 8. & nos gloriam plenā, videte, inquit, vosmetipsos, ne perdatis quæ operati estis, sed vt mercedem plenam accipiatis, famam quidē perennem parate res ipsæ per se omnes nos admonent, & vt ait Salustius, in proce. histor. *Is demum Siuere, atq; animatus qui aliquo negotio intentus, præclari facinoris, aut artu bona, famam quarit: Sic homines omnia quarant, nauigant, ædificant, Virtuti omnia parant.* Et duæ feruntur gloriæ illius ad rempub. via: vna pacis & ornamentum artium & doctrinarum: alia, belli, ad societatem hominum tutius conseruandam. Cæterū maximè periculosum est, ne in tam lubrico viuendi genere & gloriæ cupiditate hominū honor nobis delatus acceptus & gratus, nimium euacuet gloriā cælestē, quā speramus aut eripiat, & ita vacui illa præmiū celeste mittamus. Sic D. Paulus ad Corinth. 1. epist. c. 9. c. vers. 15. cum scriberet se neminem in sumptuum præstationem, dum prædicaret Euangelium, onerasse, subdit, Non ideo id dicere

dicere
& in
ced
stin
suru
mag
cuer
Eop
26.
Mo
c. so
si q
nibr
bet
glo
poet

D
qu
stan
prog
Sic
defe
mus
di, d
ra, q
Deu
vsqu

dicere, vt in posterum sumptus præstaretur, & ita prædicaret: quia accipiēdo illam mercedem, alioquin tamen vere debitam, existimaret se mercedem gloriæ celæstis amissurum, concluditque, *Bonum est enim mihi magis mori, quàm Et gloriam meam: quis euacuet.* quod ita explicat can. sacerdos, 1. q. 2. Eo pertinet admonitio, ad Galat. 5. d. vers. 26. ne efficiamur inanis gloriæ cupidi. Modumque tradit, ne *uidē* nos efficiamur. c. seq. 6. ad Gallatas. a. vers. 3. s. 4. *Nam si quis existimat, inquit se aliquid esse cum nihil sit, ipse se seducit: opus autem suū probet & nusquisq; Et sic in semetipso tantam gloriam habebit, Et non in altero.* Et quod poeta dicebat, --- *tecum habita,*

Et noris quàm sit tibi curta supellex.

Deinde periculum imminet, ne cū a sequuti simus ob res humanas gloriam, ibi fistamus & ad vltiora Dei, vbi vera gloria, progredi nos pigeat, & vtraque perdamus. Siquidem priora bona opera, quia in itinere defecimus: Deinde reliqua, quia nō proficimus. Et inter Christianos in via non progredi, deficere est. Deficiunt autem à fine opera, quæ verum finem habent gloriam Dei, & Deum, cum sibi quis ea vsupat, & ad Deum vsque non refert.

De inani & falsa gloria latius.

CAP. LXIII.

Gloria vana & falsa dicitur
in summa tripliciter, vel

Ex parte rei,
Ex parte tri-
buentis,
Ex parte re-
cipiētis.

Ex parte rei vana quoque
tripliciter, dum quæritur, ex

Re quæ non
est, vel
Re quæ mo-
dica & pau-
ca æstima-
tiōis est, vel
Re, quæ di-
gna est igno-
minia & vi-
tuperio.

Ex re quæ non est quærunt sibi gloriam illi
ampullati milites, qui, vt scribit Plautus, in
prancio Militis gloriosi. feriatam tantum
gestitant macharam. Vel vt Cicero de Do-
labella ait, alligati sunt ensibus, vel eos glo-
tine rubiginis cum vaginis immobiles habet
& sine sanguine. Qui nunquam in discrimi-
ne vel pugna muscarum gladium eduxerūt,
nihilque præter rapinas & itupra in stationi-
bus

bus & hibernationibus admiserunt nobiles,
 tamen titulos sibi fingunt superbè, rapinis
 ornati, producti ab aratris vel porcis, quo-
 rum antea curam gerebant, plane incogniti,
 tamen laruati & personam aliam, imò nobi-
 litatis maximæ, blasphemis, execrationibus
 & iuramentis sibi induentes, numerantes
 commeatus exercituum, in quibus fuisse se
 mentiuntur & pugnas commissas, cum in-
 terim forsan tempore pugnae in caueis deli-
 tescerent, cicatricesque quasdam aliqui o-
 stentant quas forsan pro meretrice vaga à
 similis farinae socijs acceperunt: narrant ob-
 sidiones urbium, quas nec à longe viderunt.
 Sic statim verbis obtundunt Herculeis, a-
 ctus Mirandonum, digni patibulo insigni &
 altissimo, vt è longiori itinere in throno,
 quo digni sunt, sedeant conspicui cum sua
 gloria, omnibus coruis & vulturibus in escâ.
 Cum enim maximo cum hominum malo,
 hominibus famosi fatis sunt, inter cælum &
 terram exaltari, & suspendi merentur. Sunt
 & huiusmodi inanis gloriae mancipia, qui se
 falso nomine familiarum nobilium exor-
 nant, vt maiori fauore & cum applausu reci-
 piantur, cuius temeritatis audacia, plures
 nacti sunt gloriam celebrem: hoc pacto vul-
 gus imo & præstantiores decipientes. Tan-
 dem tamen aliqui detecti, sceleris pœnas
 dederunt

dederunt. Quorum exempla narrat Valerius Maximus, lib. 9. c. fina. nempe de Equitio, qui Cæsaris familiam vsurpauit, de Erophilo, Equario medico, qui mentitus auæ C. Marij pari fauore quo C. Cæsar salutatus est: De alio qui se filium Octauiae sororis Augusti mentitus est: item de eo qui se Q. Sertorij filium asseruit: vt alius Clodij, alius Cnei Assidonis filium, vt proprium eius filium hæreditate deturbaret. Et nostris temporibus quidam mentitus vsque adeo subtiliter mariti nomen, vt se pro eo ab vxore & proximis viri viuentis & militantis adhuc receptus fuerit, & cū his diu habitauerit, filiosq; genuerit, donec maritus verus, militia solutus, domum repetijt, ab vxore vix agnitus, vt propè videatur fabula, quam refert Plautus, in Amphitrione. Imo non nisi multis exactis tēporibus, sub iudicibus, tū inferiorib; tum superiorib; lite agitata. Donec facta detecta est, & ipse fictiti; mariti; capite plexus arresto Tholosano, cuius ego pronuntiato adfui, & hoc arrestū dictum *de Martia Guerre*. Sic enim vocabatur impostor, insertum inter arresta Paponis quod commentario illustrauit Corraius. Et alij gloriæ causa alia finxerunt, veluti fuit quidam Antonius Picentes, ordinis hæremitarum nobilitatus, quod per quadraginta dies & noctes

perpe

perp
Sicil
mino
locis
tus, f
sitare
sistul
tacite
& ca
bus i
stasse
pocra
vixiss
tāden
gener
uit, ia
matre
esset v
perat
phon
mita.
minie
c. 16. S
mulat
les fab
ros fa
rorum
citato
terinu

perpetuò ieiunare, ferebatur, quique Italiã Sicilam, atque Hispanias compleuerat nomine sanctitatis & abstinentiæ, pluribus in locis à custodibus cella inclusus & obseruatus, si ederet, vel biberet, & angelos illum visitare rati. Verum ipsi, intus erant candelæ fistulatae, & in fistulis cānarū conclusa erant tacite farina infarta, ex cōtritīs Phasianorum & cauponū carnibus, zacharo & aromati- bus immixtis. Aiunt & eum cingulum ge- stasse fistulatum, plenum nectare, quod hy- pocriticum dicunt, & his epulis clanculum vixisse, vulgi opinione abstinentissimus, hic tādē tamen à vermiculis & à certissimo genere morbi absumptus, animam exhala- uit, iactans plurima conuitia in Christum & matrem eius. Mors hypocritæ digna, vt palā esset vindicatus reatus eius, qui palam dece- perat pios. Narrat hæc accidisse tempore Al- phonsi, regis Hispaniarum Antonius Panor- mita. liber 2. de fact. & dict Alphon. c. 9. Me- minit & Iouianus Pontanus lib. 2. de sermo. c. 16. Sunt & tales iactabundi, vaniloqui, si- mulatores, atque alij huiusmodi, certē simi- les falsis gēmis, quæ adulteratæ, inter igna- ros facile nitorem & puritatē vnio num ve- rorum mentiuntur, cum tamen in his exer- citatos non effugiāt oculos, qui probè adul- terinum distingunt colorem. Sunt qui glo- riantur

riantur ex re quæ nihili est, quæ ex culice, ut dicitur, elephantem mentiuntur. Hi similes mihi videntur puerulis & infantibus, qui vel minima quavis re, zona, vel galero, ensiculis, crepitaculis, & alijs crepundijs ad eò intumescunt, ut sibi regibus pares videantur: interim tamen puberibus & viris ridiculi. Talis gloria eorum qui gloriantur extra Deum in rebus seculi, sicut vana gloria, visa est Arphaxad regis Medorum qui gloriabatur quasi potens in potentia exercitus sui, & in gloria quadrigarum suarum. hæc gloria certe leuis & modici momenti, quanquã & totus orbis illi cederet: brevis enim vita nostra hæc, in qua frui ea gloria nobis non licet, & mortuos in bona & ad finem debitum regulata fuerit, non sequitur. Ut non immerito Xerxes Persarum rex & Medorum illacrymarit super numerosum exercitum, qui multitudine Scamandrum fluuium siccauerat vnico potu, qui Helespontum & Abidenum nauibus oppleuerat, idque postquam de eo ad Artabanum fuisset loquutus. Sequuta namque gloriacione pœnitentia & tristitia est, ob breuem potentiam & gloriam. ut pote quod ex tam instructo & sapienter ordinato populoso exercitu, nullus ad centesimum annum superfuturus esset ut narrat Herodotus. in Polymania lib. 7. De reliquis

rebus

rebu
null
la se
som
qui
som
bori
rebu
mor
& e
Prou
dorm
bitur
qui p
Vsq
Psal
mine
verf
niam
ter - c
glori
dere
sump
orbe
glori
riam
differ
storij
s. c. 1

rebus seculi conuicere idem licet, ex quibus
 nulla vera gloria parari potest. atque qui il-
 la se præstare putant, mihi similes videntur
 somnianti Micillo apud Lucianum, in gallo.
 qui diues sibi videbatur, & abundans per
 somnū, cum tamen quotidiano victu ex la-
 boribus procreato, vix satiaretur. Alij qui ex
 rebus malis gloriuntur, sunt ex genere pessimi-
 morum, *Latantur enim cum male fecerint,*
& exultant in rebus pessimis, vt scribitur
 Prouerbio. c. 2. c. & Prouerbio. 4. c. *non*
dormiunt nisi cum male fecerint. De ijs scri-
 bitur Psal 51. *Quid gloriaris in malitia tua,*
qui potens es in iniquitate. Et Psalm. 93. a.
Vsq; peccatores gloriabuntur, rursus, &
 Psal. 83. a. *Gloriati sunt, qui oderant te Do-*
mine &c. Et apud Hieremiam, c. 48. g.
 vers. 42. *Et cessabit Moab esse populat,*
quoniam contra Dominum gloriatus est. Fuit in-
 ter ethnicos & quidam tantæ cupiditatis
 gloriæ sacrilegæ, qui Dianæ Ephesiæ incendi-
 dere voluit, vt opere pulcherrimo com-
 sumpto, nomen suum per totum terrarum
 orbem diffunderetur. Contra cuius tamen
 gloriam statuerunt decreto iudices, memo-
 riam teterrimi abolendam. Quodque acci-
 disse, nisi Theopompus eius nomen in hi-
 storijs expressisset, vt narrat Valer. Max. lib.
 8. c. 15. Ex parte dantis, quo vana gloria

7 fit, cōsideratur & Dēmō, & homo. Dēmō
 multis inflat falsis pollicitationibus homi-
 nes, & q̄dā parua præstat, vt cælestia, & vitā
 nobis adimat, quo genere gloriolæ tentauit
 Dominum nostrū IESVM CHRISTVM.
 Math. c. 4. dum duxit eum in montem
 xelsum valde, & ostendit omnia regna mū-
 di, & gloriā eorum, & dixit ei, *Hæc omnia
 tibi dabo si cadens adoraueris me.* Et bone
 Deus, quot mala quæ non habet, malè agen-
 tibus, vt peius agant, pollicetur! Nam magi-
 stratibus si coniuuant iniqua, iniuria bonos
 afficiant, pollicetur statim magni alicuius
 fauorem, qui eos ad altiore prouehat gra-
 dum. Pollicetur remunerationem pecunia-
 rum, & huiusmodi terræ fæces avaris. Si v-
 suras exerceant, si furentur, & ijs qui se no-
 biles dicunt, si rapiant, si sæuiant, nomen fa-
 mosum, superbam familiam, posteritatem
 celebrem: & in reliquis idem conijcere cui-
 que facile est. De quibus tamen Dauid lo-
 quens Psal. 48. scribit, *Relinquent alienis di-
 uitias suas, sepulcra illorum, domus eorum in
 æternum. Tabernacula eorum in progenie &
 progenie, Vocauerunt nomina sua in terris
 suis. Et homo cū in honore esset, non intellexit
 & comparatus est iumentis insipientibus, &
 similis factus est ipsis. Hæc via illorum scan-
 dalū ipsis, & postea in ore suo complacent:*
 sicut

sicut oves in inferno positi sunt, mors depascet eos: & dominabuntur iusti in matutino & auxilium eorum & eterasceat in inferno à gloria illorum. Sic etiam in mundi Genesi, c. 3. decepti primi parentes, gloria ad transgressionem allecti verbis illius, *Eritis sicut Dii*, vititur namque Diabolus his fermè dolis, quibus seipsum decepit, dicens, *Ascendam in celum, & similis ero Alissimo*, quod tamen nec consequitur, imò & factus omnium 8 creaturarum abiectissima. E saia c. 14. Huic itaque veluti insidianti aduersari debemus, neque quicquam vel boni vel mali ab eo accipere, veriti vt semper suspectus, est hostis, ne aliquid mali & veneni latentis insit bono porrecto: est enim malorum subtilissimus ille artifex & trāsfiguratur se, vt fallat, in angelū lucis, vt scribit D. Paul⁹. 2. Corinth. c. 11. c. Quamobrem & quia omnia nouit Christus non sinebat dæmonia loqui, Marci. 10. d. quanquam eum confiterentur Christum: sciebat enim morem illorum qui cum vnica vel simplici veritate, multos dolos, & mendacia nocentia fucare soleant. Defert & mundus illam vanam gloriam nobis, vt cum quis ex diuitijs gloriatur, vt duobus contigit diuitibus, quorum vnus dum vt viueret suauiter in futurum recondidisset horreis 9 abundantijs, nocte vna reliquit insperato, vt

scribit D. Lucas Euang. c. 12. c. vers. 16. & sequentibus, & alius purpura, & bysso gloriatus, sepultus in inferno. Luca. 16. e. Vt Herodes ebrius gloria, vestimento, & admissis vocibus diuinis, vermibus in pœnam subito correptus. Actuum. 12. d. Hanc etiam vanam gloriam seculi expertus Cræsus, qui omnium opulentissimus, & honoratissimus, tandem in captiuitatem incidens, cognouit experientia, in rebus seculi non esse veram gloriam, vt scribit Plutar. in vitam Solonis. Herodotus, in 1. Xenophon, 2. Cyripæd. & alij. Corpus quidem bene Philosophantium in vrbe & locis quibusdam habitat, porro mens hanc vulgarem gloriam, & hæc omnia, parum, imò nullius prætij æstimans, passim volat, vt ait Pindarus, & quæ sub terra & quæ supra terram dimetiens, et arte cælum transcendens, omnem perferutatur naturam rerum omnium, quæ ad vniuersum pertinent. His autem quæ propè sunt solis, nullo modo applicans se, vt ait Plato lib. 13. in Theæteto, vel de scientia. Contempserunt & philosophi pecuniam, & bona fortunæ & seculi, etiam Ethnici, paupertatem voluntariam eligentes, & philosophicum esse putantes studium, se paupertati deuouere, vt scribit Seneca. lib. 1. Episto. epist. 17. Aristoteles, 1. Polytic. c. 8. At Q. Curtius

tius lib. 4. de gest. Alexan. Paupertatem pro-
 bitatis causam dicit. Multi philosophi, &
 præstantissimi viri patriam dereliquerunt,
 domū se abdicarunt, vt sapientiæ liberius
 vacarent, ne aliqua laude domestica remo-
 rarētur. De Homero, multæ ciuitates adhuc
 cōtrouertunt, vt scribit Plutar. & Xenophō
 in eius vita. Vlysem, proprijs relictis pere-
 grinatum per decenniū testantur Odysseæ 10
 Homeri. Considera scholas antiquorum, &
 gymnasia, Liciū, Academiam, Porticum
 Palladeū, & Odeum, & Peripateticos,
 omnes alienigenas videbis: è Sragyris, Ari-
 stoteles: Theophrastus, ex Epheso: Straton,
 è Lāpsaco: Glycon, è Troade. Aristō, è Cæo:
 è Phaselis Critolaus. Inter Stoicos Zeno
 Citie⁹, Cleāthes Lysiū, Solēsis Chrysisippus,
 Antipater Tharsensis, Diogenes Babylo-
 nius, Atheniensis Archidemus, ad Parthos
 vsq; profectus. Hi spontè quietē sequuti re-
 lictis omnibus suis, vt scribit Plutar. lib. de e-
 xilio, & Diogenes Laertius in 1. Anacharsis,
 regio sanguine Scytico ortus, omniaque se-
 culi contemnaens, in Græciam scrutandæ ve-
 ritatis causa profectus, vt ipse scribit ad Hā-
 nonem, & Cicero, 5. Tuscula & Diog. Laer-
 tius. in 1. eius vitæ. Et Bias Prianeus suis
 omnibus liberè verbo vno renuntiauit, ea
 sua omnia reputans, quæ secum sine metu

prædationis ferre posset, nempe scientiam, dicens omnia sua secum portare, vt scribit Cicero. Parad. 1. Et Laertius. 1. in eius vita. Et Diogenes, Cynici omnes, & Zeno, & Crater reliquique alij Philosophi renuntiarunt, veluti impedimentis, diuitijs, vt ait Plutar. lib. de vtilit. capi. ab Inimicis. Norūt itaque in his inanem gloriam. Cognouit & Dionysius. in l. honoribus. l. 9. §. Philosophiam. de vacatio. munerum lib. 5. π. titul. 5. Siciliae Tyrannus, qui ex Regis deturbatus gloria, coactus est in ludū moderandum literarum descendere Corinthi. vt scribit Trogus Pompeius, lib. 31. & Iustinus lib. 21. histor. Hi & alij coacti id experientia nouerunt, & maiorem sectantes forsan laudem terrenam, vel animæ inutile otium. Sed nos Christiani certius nouimus & prædicamus. Et ideo seculi omnia contemnenda, vt gloriam adipiscamur æternam. Præterit enim figura huius mundi, vt ait D. Paulus. 1. Corinth. 7. f. vers. 31. Et sic hoc mundo vtuntur, tanquam non vtentes. Cum amicitia huius mundi inimica sit Dei, & quicumque voluerit esse amicus seculi huius, inimicus Dei constituitur, vt scribit D. Iacobus. Epist. c. 4. a. vers. 4. Et quia satius est amicum esse Dei, & ei magis obedire, quam hominibus: mūdus, vt Deo inimicus, contemnitur,

calcatur

calcatur, & reijcitur à bonis Christianis, quia ex illius contemptu, Dei amor & salus animæ sequitur, vt contra ex eius amore, omnino indignatio Dei. Mūdus enim Deū non cognouit, hoc est homines mundo addicti Ioan. Euang. c. 1. & Deus Christus dixit se, non esse de hoc mundo perduto, D. Io. Euang. c. 8. d. c. 17. b. mundusque is spiritū veritatis non potest accipere, D. Io. etiam c. 14. 1. Hic est mundus, quem D. Ioan. 1. episto. c. 5. a. totum in maligno positum esse ait: & c. 2. iubet ne diligamus eum, & quæ in eo sunt. Quò fit vt quia mūd² perpetuò malignus bellū cum Deo gerit, ideo & eū odio habent Sancti Dei, quia sancti illum nihili pendūt. D. Ioan. Euang. 15. c. & 16. d. & c. 17. Et ideo D. Paulus dicebat factos nos esse, veluti purgamenta mundi. 1. Corinth. 4. c. Et alibi etiam, facta sibi omnia esse, veluti stercorea, vt Christum lucrifaceret, ad Philippen. 3. b. Et rursus, ad Galat. 6. d. mundū sibi crucifixum, & eum mundo. Deus autem Christus, nostrum exemplar, prior odio à mundo habitus, vt c. 15. D. Ioan. factus opprobrium hominum & abiectionis plebis, Psal. 21. b. sequendus, qui non sui causa id fecit, sed nostri: sciētes, quia nullam commutationem dabit homo sufficientem pro anima sua, & Quid prodest homini, si vniuersum

II

12 mundum lucretur, cum suæ animæ detri-
 mento. Math. 16. d. Marci 8. d. Luca. 9. b. Ex
 parte personæ hominum bona gloria quæri-
 tur, cum quis gloriam hominum, quæ pu-
 gnat cum gloria vel laude & testimonio Dei
 præponit. Veluti si quis gloriã capiat, quod
 ob cantus lasciuos & impudicos mulieribus
 fornicarijs vel alijs ex grege porcorum, pla-
 ceat. Quod optime ludat, quod insigniter
 maledicat, aut de similibus quæ vetat lex di-
 uina. Vani certè huiusmodi, & gloriæ falsæ
 alumni & mancipia sunt. Hi enim vt Domi-
 nus noster Iesus Christus ait. Euang. D.
 Ioan. c. 12. f. vers. 43. *Dilixerunt magis glo-
 riam hominum, quam gloriam Dei.* Hanc
 gloriam maxime obesse sibi. cetero iudicio re-
 rum, docuit idem Dominus noster Iesus
 Christus, Euang. D. Ioan. c. 5. g. vers. 44.
*Quomodo Vos potestis credere, qui gloriam,
 ab inuicem accipitis, & gloriam, quæ a solo
 Deo est non queritis?* Neque quisquam du-
 bitat hominum iudicia quam maxime
 falli & fallere: & ideo cū hi errare possint &
 labi, veram gloriam ab ijs aucupari tutum
 non esse, quod animaduertimus in vulgo
 mutabili, stolido, qui vel laudat vel vitupe-
 rat, quæ non oportet, vel si iuste laudat, mox
 ab opinione recedit, quin & odio haberi op-
 timos oportet si optimi, vt omnia scribit

Plato

Pla
 qu
 fu
 diu
 hab
 pro
 imp
 5.
 bat
 præ
 Et C
 titu
 bra
 com
 repu
 &
 quot
 Sars
 latur
 ba, &
 tur, &
 cidit
 ra est
 Serò
 reddi
 bus e
 tudo
 dnces
 fastid

Plato. lib. 31. Dialo. 6. de Repub. Neque unquam vel vix è millibus vnus reperitur, qui susurro vel aera populari erectus in gloriã, diu, vel vsque ad mortem eam continuatam habuerit. Nam quod vulgus sine ratione probat, eadẽ leuitate subito absque ratione improbat, & vt scribit Max. Tyrius sermo. 5. *Adeo hominis ingenium rem nullam probat perpetuo, semper est querulum, morosum præterea, ac proprijs rebus, minime contentũ.* Et Cicero pro Domo sua. *In imperita multitudine est Varietas & inconstantia, & crebra tanquam tempestatum, sic sententiarum commutatio.* Et alibi, pro Murena. *Neq; Euripum, neque fretum & illum tot mutationibus & agitationibus fluctuum obnoxium esse quot populi mentes habent perturbationes & Variationes.* Polybius. lib. 11. his ad stipulatur dum ait. *Talis est plebs qualibet ac turba, si facile fallatur & ad quiduis inducatur, & inde illi frequenter idem quod mari accidit. Quemadmodum enim mare sua natura est innoxium recte & tentibus & firmum: si serò & solenti flatus in illud corruerint, tale redditur & tentibus quales sunt venti, à quibus circumquaque impellitur: ita & multitudo talis redditur & tentibus, quales habent duces & consiliarios.* Verùm probos tandem fastidit & persequitur non alia ratione, quã

quia boni. Testes sunt plures, ut iustus ille
 173 Aristides, Phocion, Epaminundas, & alij a
 populo primū in fastigiū potestatis euecti,
 in mortem vel exilium postea acti: testis ipse
 Dominus noster Iesus Christus, cui cum
 vulgus & vniuersa ciuitas lætabunda occur-
 rēs prius, ei acclamasset cum ramis & sum-
 mo honore, hosianna filio Dauid, postea se-
 quenti hebdomada ei præposuerunt latro-
 nem insignem Barrabam, hunc crucifigi po-
 stulantes. Quamobrem apud Senecā, Tra-
 gæd. 9. quæ Octauia. inscribitur actu. 4.
 Scena. 6. chorus Octauia optimè sic con-
 queritur.

*O funestus multis, populi, dirusq; fauor, qui
 cum flatu*

*Vela secūdo, ratis impleuit, & exitq; procul,
 languidus idem*

*Deserit alto fauorq; mari, fleuit Gracchos
 miseranda parens, (scil. Cornelia)*

*Perdidit ingens quos plebis amor, nimiusq;
 fauor &c.*

Scribit & Æschilus, Prometheum punitum
 fuisse & catenis in rupib⁹ religatū asperis,
 quod nimum cupidus popularis boni
 & fauoris, Iouem fraudasset. Sic enim ait
 ἡ πόρος καὶ βία ad Vulcanum,

Τοῖος ἄρα τοι,

ἀναπρίατοφὶ δὲ θεοῖς δούλαι δ' ἴκην.

ὡς ἂν διὰ χθὺ τὴν διδὸν τυραννίδα
 ἵππων, φιλανθρώπων δὲ πανόσδαιτρίων. 1.

— huiusmodi quidem delicti
 Oportet ipsum penam dare deo, & discas
 Iouis imperium magnificare,
 Et ab studio humano desistere.

Doceturque illa tragædia, tantum abesse, ut
 ex λόγῳ καὶ φιλανθρώπων, 1. ἀμειψωγικῶ
 καὶ ἀνθρώπων atque θρημύργῳ, sequantur aliqua
 præmia, quin contra & difficultates & mi- 14
 seria, & malæ mortes accidant. Hinc vul-
 gi & populi gloria non aucupanda, & falsa
 est: quia ut ait Cicero pro Roscio Comædo.
 Ex veritate pauca, ex opinione multa existi-
 mant. Et pro Planco, non est consilium in
 vulgo, non discrimen, non diligentia, perpe-
 tuoque sapientes ea quæ populus fecisset,
 ferenda, non laudanda semper duxerunt. Et
 Persius,

— non si quid turbida Roma
 Eleuet, accedas: examen est improbum in
 illa

Castiges, trutina. Nec te quaesiveris extra.

Nam Roma quis non? ab si fas est dicere?

At fas? &c.

Illud & admonuit Pythagoras symbolo, Per
 Siam publicam non esse ingrediendum: quo
 figuratè subiudicatur, nec dictis nec fatis v-
 tendū protritit ac vulgaribus, quod præce-
 ptum

ptum diligentex obseruarunt quotquot legitime sunt complexi Philosophiã, vt scribit Philo Iudæus lib. quod liber sit quisquis virtuti studet. Audiamus & Phallaridis sententiã, is enim ad Hegesippum scribens, epistola græca § 8. δῦμος, inquit. ἀπας ἀπαικτός, ἄβυσ, ἀπραντος, ἰτοιμίτατος ἰπότην τὴν μεταχθίναι, ἀπίστis, ἀβεβαιοis, δέξυς, προδοτικis, ἰφισομνος, φίνυ μίνεν ἀνφιδύς, καὶ π' π'is ἔργου καὶ πρὸς ἐκείνου ὠχίς. i. Populus est inordinatus, incipiens, desidiosus, promptissimus in quocumque mutare sententiam, infidelis, non constans, & elox, proditor, fraudulentus, & ceteratã & stilis, ad irã & laude facilis. Admonet & Xenocrates Platonicus, lib. de morte plebis aurã vitãdam esse, his verbis. Quis potest esse felix, dum ad nutum turbæ & iuit? irridetur, atque exploditur, quasi ludus quidam & fabula & vulgi; concussus, exsibilatus, multatus, miserabilis atque perditus. & binam ciuilis Miltiades obiit, & bi Themistocles, & bi Ephialtes, & bi reliqui duces? populus, o amice Socrates, ingratus, irritator, infesus, crudelis, inuidus, rudis, ex confluenta turbã atque uirgis coaceruatus. Et quisquis huic familiariter se accommodat, longe est illo inferior. Ex parte eius qui accipit, sequitur inanis gloria, ex præsumptione, hypocrisis, iactantia, inobedientia, simulatione. Quidam enim de se præsumunt

præsumunt
dum
ga qu
verbi
parte
confi
cum
agno
quam
ma la

Syno
glori
inan

1 Ar
2 Ar
3 Be
4 C
5 De
6 Di
7 Fa
8 Fe
9 Fe
10 G
11 H

presumunt, & gloriantur, non quemadmodum & quatenus, & quando oportet, vel erga quos, & de quibus oportet. Idque fit vel verbis vel factis. Deinde inanis gloria ex parte accipientis: dum patitur gloriam in se consistere, & sibi eam vsurpat veluti debitam, cum tamen eam ad Deum reijcere debeat, & agnoscere se vilem puluisculum, neque quicquam sua virtute mereri, vel dignum minima laude esse.

De abaco gloriae.

C A P. L X V.

Synopsis eorum qui gloriam veram, vel inanem referunt.

His repugnant.

- | | |
|---------------|--------------------|
| 1 Ambitio. | Infelicitas. |
| 2 Arrogantia. | Obscuritas. |
| 3 Beatitudo. | Decus. |
| 4 Celebritas. | Priuatio vitae. |
| 5 Decus. | Infamia. |
| 6 Dignitas. | Memoriae damnatio. |
| 7 Fama. | Obliuio. |
| 8 Felicitas. | Damnatio. |
| 9 Festa. | Tristitia. |
| 10 Gaudium. | Inhonoratio. |
| 11 Honor. | Iniuria. |

12 Iactantia.	Calumnia.
13 Laus.	Contemptus.
14 Lux, & Lumen.	Vituperium.
15 Maiestas.	Tenebræ.
16 Nobilitas.	Populare.
17 Ornamentum.	Ignobile.
18 Pulchritudo ònis.	Inornatum.
19 Remuneratio.	Deforme.
20 Splendor.	Exilium.
21 Superbia.	Pœna.
22 Triumphus.	

- 2 Sed percurramus horum breuiter probatiunculas, vt cum ratione in sermone addatur authoritas scribentium.

Ambitionem & arrogantiam esse vanã gloriam supra diximus in falsã gloria & in mē-

- 3 daci tabella.

Beatitudinem esse gloriam veram supra quoque docuimus, cum de vera gloria loqueremur. Item in bonitatis synopsis de ea aliqua notata. Ex quibus infelicitatem dānatorũ, esse inglorium quoddã fatis ex oppositorum collatione colligimus. Nam qui damnati in perpetuũ erant, explosi ab omni beatitudine; & in seipsis & apud omnes ludibrio erant & contemptui, iuxta propheticum sermonem, Psal. 48. *Homo cum in honore esset nõ intellexit, & comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.*

Dic
quo
cept
ver
dies
ned
tri
tific
qua
aud
pore
na
Gul
ua
lore
dies
cian
ant
& m
c. 17
omn
rece
dere
Don
uio
na i
fax
om
ria p

Dicentque cum Iob, c. 3. a. *Pereat dies in quo natus sum, & nox in qua dictum est, conceptus est homo.* Et cum Hieremia c. 20. d. vers. 14. *Maledicta dies in qua natus sum, dies in qua peperit me mater mea non sit benedicta. Maledictus vir qui annuntiavit patri meo, dicens, natus est, & quasi gaudio laetificavit eum. Sit homo ille & sint civitates, quas subvertit Dominus, & non parituit ei audiet clamorem mane, & scullatū in tempore Meridiano, qui non me interfecit. à Sulna & fieret mihi mater mea sepulchrum, & Sulna eius conceptus aternus. Quare de Sulna egressus sum, & siderem laborem & dolorem. & consummarentur, in confusione dies mei?* Et quia qui perpetuis ignibus cruciandi traduntur, à Deo iudicantur & expoliantur omni honore, ideo confusio maxima & nulla gloria illis: Sic enim ait Hieremias, c. 17. b. vers. 13. *Expectatio Israel Domine, omnes qui te derelinquunt, confundentur: recedentes à te in terra describentur, quoniam dereliquerunt Senam aquarum viventium Dominum.* In terra autem scribere est obliuioni dare, & in albo vili & inglorio nomina illorum ponere. Terra namque est veluti fax omnium elementorum, corruptione omnia deuorans & varians, & noua, sine gloria producens antiqua: vnde & ignobiles filij terrae

terræ dicuntur, & quia, vt scribit Euripides,
ἀφικου τὸ δυστυχίς, qui infelicitate capitur,
 priuatur omnibus amicis. id experiuntur
 potissimum damnati apud inferos, qui tor-
 tores tantum, nullos autem vel laudatores
 vel suffragatores habent. Sicuti nec Diues
 sepultus in inferno, vel guttullam aquæ, qua
 linquam refrigeraret incendio pœnæ fla-
 grantem, impetrare potuit: vt scribitur Lu-
 cæ. 16. Et Plutarchus. lib. de fera numinis
 vindicta scribit, animas damnatorū in orco
 sub terram tristes, à bonis repulsas, nigras,
 ignobiles, obscuras, & tenebrosas. Atque
 illud est, *Opprobrium sempiternum*, quod
 iniquis dedit Deus. Psal. 77. g. & quod Da-
 niel scribit c. 12. a. vers. 2. *Et multi de his
 qui dormiunt in terra puluere, euigilabunt,
 alij in Vitâ eternâ, alij in opprobriū, & sēde-
 ant semper.* Sed & Dei est sētētia generalis.
 1. Reg. c. 2. f. ver. 30. *Quicumq; inquit, hono-
 rificauerit me, glorificabo eum: qui autē cōtē-
 nēt me, erunt ignobiles.* Porrò dānati omni-
 nō visione & Dei gratia priuabūtur, quæ vera
 est gloria, ipsiq; mittentur in tenebras ex-
 teriores, Math. c. 8. 22. 15. Deus autem lux
 est. Quamobrem sequitur & gloria illos pri-
 uandos, quod & Plutarchus docet. in fine
 4 libelli. *τὰ δὲ βιώσας*
 Celebritas est frequentia hominum, & cæ-

tus in honorem alicuius congregatus : item fama illustratio, de quibus in fama & festis agemus Deo fauente. Obscuritas per contrariū, est occultum quid, de quo nec fama nec honos, & per consequens nec gloria.

Decus ꝛ. & dignitas ꝛ. referuntur ad ea quæ vulgò honorantur, & à multis: quamobrem & gloriam hinc pendere, nemo addubitat.

Næque potest dici decēs, quod ab vno solo, sed quod à pluribus tale esse iudicetur.

Quod autem decet laudabile est & bonum, vt diximus in Syntagmate bonitatis in verbo accomodum. Quod autem laudabile

apud plures est, gloriosum est, vt diximus, in finitione gloriæ. Sequitur igitur, decus ad gloriam pertinere. Et Cicerō l. de Officijs

vbi agit, de réperantia, decorū esse ait, quod conueniat hominis excellentiæ quæ excel-

lentiā gloria est hominis, in eo enim nos natura à reliquis animalib⁹ distinguit. Digni-

tas etiā honor, & laus & cōprobatio populi est, vt diximus in bonitatis synopsis, dum

de dignitate ageremus. Porro non omnis dignitatis gloria vbique æqualis est: nam

alij alia digniora existimant, & magis gloriosa per consequens: nam Democriti, li-

bertatem præferunt: Oligarchici, diuitias: Optimates, virtutem: vt scribit Aristoteles

lib. 4. Ethic. ad Eudæ. Priuata vita, in gloria

est: quia à frequenti hominum consortio aliena est Et ideò incognita nunc non laudatur, & si fœlix & gloriosa futura sit in ultimis diebus, in quibus reuelabuntur abscondita tenebrarum, & publicè quisque boni operis accipiet mercedem cum laude. Sic Deus bonos admonet, ne bona quæ agunt prædicent & iactent, ne dum ea faciunt, tubis canant, vt videantur, neuè sciat dextera, quid faciat sinistra. Matthei 6: Pollicitus pro bono absconditè facto, publicè nobis rediturum mercedem. Vnde poëta.

Benè vixit, qui latuit, Et intra

Fortunam debet quisq; manere suam.

Erat sententia illa præclara Apollonij Tyaneni Philosophi Pythagoris apud Philostratum. lib. 8. in eius vita. *λάττω βιώσασθαι, οὐδὲ μὲ δόξασθαι, λάττω ἀποβιώσασθαι, 1.* Latè cum vixeris, sin minus id potes, latè cum sis è vita discessurus. Scilicet ne velis quod non es, ne te supra modum extollas. Sic enim ita intelligenda sententia illa Epicuri, quã alio tamè sensu improbare nititur Plutarchus proprio libello *λάττω βιώσασθαι*, Neque enim gloriã nobis aucupandã vel vsurpãdam in hoc seculo docui. *Fama* multorum est hominum circa laudè consensus, vel vituperium: pro utroque enim & pro malo sumitur, dum illud, multorum ore effertur. Sic enim accipit Vigilius

*Fama malum, quo nō aliud & celerius Collū,
Mobilitate Ciget, & iresq; acquirat eundē.*

*Parua metu primo, mox sese attollit in au-
ras,*

*Egrediturq; solo, & caput inter nubila
condit.*

*Illam terra parens ira irritata Deorum
Etremā, & terribilē, Cao Enteladoq; sororē
Progeniuit, pedibus celerem, & pernicibus
alīs.*

*Monstrum horrendum, ingens, cui quot
sunt corpore plumæ,*

Tot Scigiles oculis, subter, mirabile dictū,

*Tot linguæ, totidem ora sonant, tot subri-
git aures.*

Noctē solat, cali medio, terræq; per Sombra,

Stridens, nec dulci declinat lumina somno.

Luce sed & custos aut summi culmine tellis,

*Turribus aut altis, & magnas territat Ser-
bes:*

Tam ficti praviq; tenax, quàm nuntia Veri.

Et Ovidius lib. 12. M. tamor. scribit locum
esse, ad quem omnia cōfinia mundi concu-
runt, & quod,

*Fama tenet, summaq; domum sibi legit in-
arce,*

*Innumerosque aditus, ac mille foramina
tellis*

Addidit, & nullis inclusit limina portis;

Nocte dieq; patet, tota est ex are sonanti,
Tota fremit, Vocesq; refert, iteraq; quod
audit &c.

Hac fama, si bona sit, gloria est: quam Græce idcirco vocant *ἰδ. §. xvi*, i. bonam gloriam, ut scribit Cicero lib. 3. de Finib. Et hanc facere ad gloriam docet Plato Episto. 2. scrib. ad Dionysium Syracusanū. *Fuit natura quaedam, inquit, et ignovissimi homines nihil curent que sit de ipsis futura opinio: probatissimi autem scire, cuncta faciant, quomodo in futuris seculis bene inter homines audiant.* Notandum tamen aliquam differentiam esse inter famam, rumorem, laudem, & gloriam: quavis promiscue interdum accipiuntur. Quia fama, est communis opinio vel æstimatio de aliquo, ex coniecturis verisimilibus proveniens. Ex qua tria in fama amotimus requiri primum, credulitatem & opinionem communem. 2. quod ea sit ex coniecturis probabilibus. 3. quod voce manifestetur. Quibus differat à rumore, qui ab incerto auctore, & ab incerta credulitate sine æstimatione, neque à communi opinione, vel maiori parte est. Differat fama à laude, quod laus sepe cū honorū approbatione fit, & debet dici fama autē & in malū sit, & bonū. Quinquā & fama mala, infamia dicatur. Atque gloria est, veluti corona & effectus laudis & honoris, ut diximus. Et ideo contendi-

mus, vt paremus nobis bonam famam. Dicitur enim, *Habe curam de bono nomine, & Hesiodus admonet, in fine 770.*

— Δεινὸν δὲ βροτῶν ὑπελίνοσθε σκῆψαι
 φήμα γὰρ τε κακῆ πίδεται, καὶ φη μὲν ἀσφα
 ρεῖα μάκ', ἀργαδίη δὲ φέρου, χαλιπὸν δ' ἰσ
 ποδίδου, ἴν' ἀπὸ λυγρῶν ἀπὸ λυγρῶν
 φέμα δὲ τίς τ' ἀρπάζει ἀπὸ λυγρῶν, ἴν' τινὸς περὶ τοῦ
 ἀσφαρῆσσε, ἄντις πάντες ὄψιν κελύουτῃ. I,

Gravem verò mortaliūm evitato famam:
Facilis enim est mala est levis quidem le-

Facilime, molesta verò portatu, difficilisqz
depositu.

Facilis verò nulla prorsus perit, quam qui-
dem multi populi

Diuulganti ut prope Dea, et ipse loquitur,
quidam est & ipsa.

Felicitatē 8. veram gloriā supra docuimus, 10
 eum de vera gloria egimus. Quæ autem sit
 vera felicitas tractatum est in bonitate.

Festa 9. celebratione in gloria, honoris vel II
 laudis, vel alio cuius actus in memorandi, repræ-
 sentate memoriam, nemo est tam notus qui
 ambigat. Nam & hic mos, & causa festorum
 etiam apud Ethnicos fuit, vt non illepida sit
 antiquorum fictio, qua celebritas, dicitur
 Solis filia, vt scribit Marcianus, lib. 2. Nupti-
 arum. quia quæ celebrantur, sub Solis lumi-

ne propalatur & innotescunt palam cunctis. Et festi dies celebritates dicuntur. Quamobrem Romæ receptū erat, ut esset vnus præfectus vrbis, qui ferijs celebrandis præset: quod tamen officium intermissum est eo anno quo ciuile bellum capit Cæsar & Pompeij, & apud prætores fuit, ut scribit Diō Cassius lib. 41. Historiæ Romanæ. Fuerunt ante dies festi dicti, quod lætitiā in his & gaudium contingat, ut potè quiescentibus ab opere corporali hominibus, ut Deo sacrificēt, vel animo quippiam venerentur, ut scribit Hesiodus, In principio dierum. & Tibullus, lib. 1. Elegia. eleg. 2.

Luce sacræ requiescat humus, requiescat arator,

Et graue suspensō somere cesset opus.

Omnia sint operata Deo, non audeat Vlla Lanificam pensis imposuisse manum.

Abstinuisse & à venatione in festis diebus profanos Ethnicos, constat ex Suetonio, in Caligula c. 5. Dum scribit, regem regum Megestanū, in morte Germanici abstinuisse à venādi exercitatione & conuictu, idque esse apud Parthos Iustitij instar. Affirmabant sacerdotes pollui ferias, si in dictis opus aliquod fieret: præterea regem sacrorum flaminēsque non licebat videre ferijs opus fieri. Et ideo per præconem denuntiabāt, ne quid

tale

tale ageretur, & præcepti negligens multabatur: præter multam verò affirmabant, eū qui talibus diebus imprudens aliquid egisset, porco piaculum dare debere: prudentē expiāre non posse Sceuola Pōtifex asserbat. Non tenebatur autem hac lege, qui aliquid fecisset sacrorum causa, vel pertinens ad vrgētē vitæ necessitatē, vel generaliter respōso ei⁹ Sceuolæ, quod omisū noceret. Sic feriis licitum erat adhibitis operibus in specum decisum retrahere, ouē morbidā purgare & sanare, vt omnia scribit Macrobius. lib. 1. Saturnal. c. 16. & Columel. lib. 2. c. 22. de re rustica. Verba hac de re Virg. 1. Georgi. refert.

*Fas & iura sinunt, riuos deducere: nulla
Religio vetuit segeti prætere sepe,
Insidias auibus molliri, incendere & pres,
Ballantumq; gregē fluuio mersare salubris.*

— 1. Salutis, non lauandæ lanæ causa.
Permittit etiam feriis far pinsere, faces incidere, cādelas sebare, conductas vineas colere, prata sicilire, stercora æquare, fanum in tabulata cōponere, mala, pyra, ficos pandere, caseos facere: permittitur veteres fossas purgare, piscinas & lacus. Qua ratione & Macrobius vbi suprā existimauit vxores viduas licere ducere, in feriis, vt veteres fossas purgando, minimè autem virgines, quia feriis vis omnis, & nouum opus veta-

non venandos pulices hinc inde saltantes, secus si pungerent: non legendum ad lucernam, nisi duo simul legant: nihil eripiendum domo, si incendium sabbato incidat: non auferendam fellam ab equo, non edendum ouū, quod gallina sabbato ederit, lectū non esse iterandum: non educendū pecus lapsum manibus à fouea: non eliciendū ignem, non susandum folle, non purgandos dentes, & cætera huiusmodi vana: inter quæ & vtilia & bona quædam, vt prohibitio congressus maritalis, quem & Ethnici prohibuerunt diebus festis, vt scribit Iuuenalis, 13 Satyr. 6.

Ille petit Veniam quoties non abstinet Exor

Concubitu, sacris obseruandis sue diebus.

Et Tibullus, lib. 1. *Vos quoque abesse procul iubeo, discedat ab aris*

epit. 2. *Cui tulit hesternæ gaudia nocte Venus:*

Casta placent superis, pura cum se ste sentite,

Et manibus puris sumite fontis aquam.

Nec poterunt manducare panem Deo oblatum in templo Dei, nisi in iudiciâ mulieribus, vt scribitur 1. Reg. c. 22. feria autem quæ

- 14 dam sunt publicæ, quædam priuatæ: publicæ sunt dies festi qui ab omnibus, qui regionis, vel imperij, vel religionis sunt celebrantur, & quibus quiescunt homines à laboribus Sic enim scribit Macrobius lib. 1. c. 16. festi dies diis (quos vocabant) dicati, sunt profesti hominibus ad administrandam rem priuatam publicamue concessi: alij inter cili deorum hominumque communes erant. Festis insunt sacrificia, epulæ, ludi,
- 15 feriæ. profestis & fastis, comitiales, quibus licebat agere cum populo, comperendini, statuti, peculiare &c. Publicarum feriarum genera sunt quatuor, statiuæ, conceptiuæ, imperatiuæ, aut nundinæ. Statiuæ sunt, quæ vniuersis populis communes sunt certis & deputatis diebus celebratæ, ex fastorum annotationibus, quæ in honorẽ alicuius communiter fiebant: vt Agonalia, Carmentalia, Lupercalia, & Græciæ illa precipua, Isthmia, Pythia, Olimpia, Nemea. Quorum gloriam celebrat Pindarus quatuor libris. Et apud Christianos. quæ vbiq; celebratur terrarum f. sta, quæ numerantur in c. conquestus de feriis lib. 2. Decretal. tit. 6. vt Natiuitas Domini S. Stephani, D. Ioan. Euangelistæ & alia similia. & Apud Valentinianum. Teodosium & Archadiũ ia l. omnes dies, l. 7. de feriis. lib. 3. C. tit. 12.

Con
mag
tur
erant
tinæ
miar
feriis
uere
preli
men
in gl
sed v
ctibu
impe
olim
ceba
men
princ
itate
bus
nullo
Nun
desti
Priq
milia
solen
vel p
liqui
ralite

Conceptiuæ feriæ erant quæ quotannis à magistratibus & Sacerdotibus concipiebantur in dies vel certos, vel etiam incertos vt erant Paganalia, Cōpitalia, 2. Latinæ sementinæ feriæ, his annumerentur feriæ vindemiarum, quas præfides prouinciarum cum feriis messium solebant prouincialibus statuere, vt scribit Paulus Iurisconsultus in l. præfides l. 4. de feriis lib. 2. ꝛ. tit. 12. quas tamen ferias dicebant tantum solennes, non in gloriam Dei vel aliquorum determinatas sed vt possent rei rusticæ vt colligendis fructibus homines vacare.

Imperatiuæ feriæ erant & repentinæ, quas olim prætores vel consules pro arbitrio indicabant extra vsu assuetum. Quarum tamen indictionem postea Constantinus ad principis authoritatisque principalis potestatem restrinxit, vt illis cæteris iudiciis non liceret indicere: vt scribitur in l. à nullo, l. 4. de feriis lib. 3. C. tit. 12.

Nundinæ sunt paganorum feriæ, ea ratione destinatae, vt sibi de necessarijs prouideant.

Priuatæ aliæ feriæ, vel alicuius pagi, vel familiaris, sicuti & hodie celebrantur martyrum solennitates in quibusdam locis, in quibus vel prædicarunt, vel præfuerunt, vel sacræ reliquæ exstant, quorum tamen alibi generaliter non fit celebratio, & ex voto vel consuetu

10

factudine aliqui quosdam sanctos speciali
 cultu prosequantur, quorum diem & ad-
 uenientis annualis celebrationis colunt reli-
 giose & sancte, sicuti & manes patriciarum
 erant familiarum feriae Claudiae, Aemiliae,
 Luliae, Corneliae, & similes. Honor certe & ce-
 lebritas similes ferè, sed dispar tamè causa
 inter festa antiquorum, & nostra. Nam illi ea
 celebrabant ob mortaliæ in laudè: nos mar-
 tyrum & sanctorum celebramus gloriam ob
 Dei & religionis admirandum cultum, ad-
 miramur autem illorum virtutem, & acta
 recensemus heroica, ut illos imitemur, &
 ut honor Dei, qui per tam præclaros ser-
 uos innotuit, augeatur in populis, & vide-
 atur mirabilis Deus in sanctis suis & glorio-
 sus in maiestate sua. Celebram⁹ & dies alios
 ut Paschatis, Natalis domini, Pentecostes,
 Ascensionis, & huiusmodi, ut beneficia
 Dei recolamus, recolentes ut gloriæ eius
 altitudiniquè diuinæ participes simus, gra-
 tias in hiis diebus de tot acceptis beneficijs
 agentes. Sed de ferijs, festis, & profectis
 diebus plura à nobis tractata inuenies, lib. 1.
 Syntagmatis Iuris vniuersi, c. 16. Gaudium
 10. constituimus inter ea quæ gloriæ sunt, &
 quod gloria illa sit cum gaudio: gaudet en-
 nim qui frequenti laudatione se audit hono-
 rari, unde gloriam dicere possumus esse gau-
 dium

diu
qua
gau
cum

Q

ad g
 nere
 dabi
 quo
 belli
 pidi
 dici
 & te
 tuit
 qua
 ut d
 cap.
 San
 uz
 quæ
 Au p
 priu
 diu
 vmb
 Nite
 tuce

dium, læticiam quandam & voluptatem, quam quis ex laude percipit. Diximus, & de gaudio supra dum de appetitu loqueremur tum ageremus de eius prædicabilibus.

De luce & lumine

CAP. LXVI

Quia constat gloriam esse claritatem, & lucē rerum, non est quod dubitemus, & ad gloriam perspicuitatem omnem pertinere: nam manifestatio rei si probetur, laudabile est. Et gloriosum illud medium, per quod manifestum fit. hinc Plutarchus in libello *ἀλάστει βίνας* hominem os apparenti cupiditate & gloriæ ambitū, Photia, id est lucē dici tradit, omniaque lucem ideo appetere & tenebras refugere. Lux est claritas, perspicuitas colorumque flos quidam, & vigor, quasi unicolor actu, virtuteque omnicolor ut definit Marcilius Ficinus lib. de lumine cap. 2. Sed secundum Carollum Bouillum Samarobrillum in Introductorio perperctuar, lux est omnium visibilium spirituum quæ per se cæterorum visibilium species visu profert. Eius oppositum, est simplex, eius privatio (quæ tenebræ dicuntur) quæ visibilium rerum species à visu intercludit: sicuti umbra est lucis à corpore opaco interceptio. Vitellio lib. 2. optices in fruitionib. diuidit lucem in primam, secundam & minimam,

Lux

- 3 lux autem prima est illa quæ efficit secundam: sicut lux domū intrans per fenestram & illuminans domum residuam in loco cui incidit, dicitur lux prima, in angulis verò domus, dicitur lux secunda: lux minima dicitur, quæ si dividi intelligatur, non habet amplius actū lucis. Omitto nunc D. Basilij Magni 6. Homil. exāmer. & D. Augustini, super Gen. 5. ad literā finitiones sufficiūt enim priores: A luce luminis fit fluxio: nā & luxante lumē sicuti & lux creata ante solem & lunā & stellas quæ dicūtur luminaria. Pri-
- 4 mo namque die creationis, vt scribitur Genes. 1. lux facta est, dicta אור *or*: Secundo die factum firmamentum, quod vocant hebrei רקיע *rakia*, ac si dicas extensionē: extendit enim cælum, sicut pellem. Psal. 103. Et hoc diuidit aquas ab aquis, quæ supra & infra sunt ideo vocauit שמים *larakjā Schāam*. Ceterum tertio die fecit luminaria magna solem & lunam, & stellas luminaria Hebræis מורות *meorot* corpora lucis: Nam vt idem D. Basilij magnus exameron homil. 6. scribit, ante solem & lunam, lux: sed eorum corpora & stellarum facta sunt veluti solis vehicula, & ideo Moyses ait in Genesi, facta esse, vt præessent diei & nocti. Idem scribit Iulianus Episcopus Africanus, commentario in Genesi & alij. lux

A
itaque
spec
fluxio
am
ratio
lucis
spiri
pori
prio
diap
aute
gura
med
quo
li. 31
lum
tres
nū, a
Sic r
inte
fulg
visib
mac
ille
sunt
in an
ita &
men
alia

itaque luminis fons & genus : lumen , lucis species. Splendor autem non lumen, sed de fluxus quidam à lucis substantia. Color etiam lux est opaca. Lumen porro variatur, ratione corporum quibus sese lux miscet, & lucis candor. Quamobrem lumen dicitur spiritualis quædã & subita, & latissima à corporibus naturæ eorum suis detrimento proprio emanatio : nitoris scilicet cuiusdam adiphanis , id est , transpicuis : coloris autem , ab eorum oppositis : quantitatis figuræ motusque ab omnibus. Est & lumen, medium inter visum & colorem, id est causa quod oculus vidit, quæ vidit: vt scribit Plato. li. 31. dialo. 6. de repub. vel de Iusto. Propriū luminis facere, & demonstrare. Proinde tres species luminis ponimus, vt aliud diuinū, aliud intellectuale, aliud visibile sit lumē. Sic res lucet, lux diuina Deus, causa aliorū intellectualis, angelica visibilis, cælestis, & fulgor solaris. Quemadmodum autem sol visibilis hic conspicuus, vniuersam mundi machinam suo splendore illustrat: sic & sol ille supercælestis, quia omnia ei inferiora sunt, suo lumine omnia illustrat. Sic lumen in angelo, diuini luminis actus est imago: vita & lux quæ inest soli, imago est actus que mentis angelicæ. Sed postrema inuisibilis, alia inuisibiles, Et ideo Iulianus Platonicus

Salab

lib. de sole descriptioni trium superiorum
 cælorum addit ex Phœnicum theologia, vi-
 sibile lumen, esse diuinæ angelicęve intelli-
 gentiæ actum quendam perentem, per fene-
 stram solarē ad oculos emicantē, atque inde
 per materias passim perspicuas, quasi cōue-
 nientes sibi, diffusum. Si quis Iulianū non
 inueniat, legat Marsil. Ficin. in arg. ad dialo.
 7. Plato de rep. Sed & authoritas diu. Dion.
 Areopagite confirmationem affert sufficien-
 tem is, enim scribit. lib. de ecclesi. Hierat.
*deum cunctis illuminatis esse principium illu-
 minandi natura & vere & proprie & lumi-
 nis essentiam. & ipsius esse, & scidendi cau-
 salem.* Et Paulo post. *lucet autem per singula
 se cunctis per prima, & si oportet dicere, pri-
 mo ex occulto ad manifestum ducitur per vir-
 tutes primas.* Non enim possibile est, vt idem
 scribit, ca. 1. de ecclesi. Hierarch. *lucet no-
 bis diuinum radium, nisi varietate facto-
 rum vel animū vt peruisibilia, inuisibilis bon-
 tatis gratia transfundatur.* Et ita lucis forme
 reddimur participatione primæ lucis, q. & i-
 bi repetit li. de diu. nom. c. 1. & c. 1. de ecc.
 Hierat. Sic Ieremias c. 31. f. vers. 35. *hæc dicit
 Dominus, inquit, qui da solē in lumine dies,
 ordinem lunæ & stellarum in lumine noctis
 &c.* Et quia lumen omnia fouet atque dele-
 stat sicuti contristant tenebræ: ita & qui

A
 prox
 lume
 pius
 tur
 plior
 deso
 stem
 etian
 Baru
 vsur
 iucun
 miser
 bias
 erit,
 maio
 cont
 vt D
 men
 riam
 qui se
 teneb
 c. 8. v
 i. ep
 stum
 bite l
 nō su
 ti, qui
 illum
 culor

proximiores lumini primo, quod super
 lumen omne est, scilicet qui Deo pro-
 pius accedunt, illi maiorem consequun-
 tur gloriam, eximius gaudium, & am-
 pliorem candorem Ideo Ieremias vt
 desolationem futuram grauem & tri-
 stem ostenderet, dixit, Deum perditurū
 etiam lumen lucernæ. c. 25. c. Et contra
 Baruc, c. 5. in fine lucem pro iucunditate
 vsurpat, dum ait, *Adducet Deus Israel cū
 iucunditate in lumine maiestatis sue, cum
 misericordia & iustitia quæ est ex ipso.* To-
 bias dicebat c. 5. b. *Quale mihi gaudium
 erit, qui in tenebris sedeo?* Gloria itaque
 maior illa est eorum, qui cum Deo iam
 contregnant Est enim ille pater luminū,
 vt D. Iacobus scribit. c. 1. c. vers. 17. *Et lu-
 men ad reuelationem gentium, & ad glo-
 riam plebis sue Israel.* Lucæ 2. ver. 32. Et
 qui sequitur illum, non ambulabat in
 tenebris, sed habet lumen vitæ D. Ioan.
 c. 8. versu. 12. *Quamobrem & D. Petrus
 1. epist. c. 2. ver. 10. tradit Deum Chri-
 stum de tenebris nos vocasse in admira-
 bile lumen suum, quia Deus lux est, &
 nō sunt in eo tenebræ. 1. Io. c. 1. Sic & bea-
 ti, qui vt scribitur Apost. 22. 6. à domino
 illuminabuntur, & regnabūt in secula se-
 culorum, fulgebunt, & tanquam scintil-*

læ in arundineto discurrent, Sapien. c. 3. b. & tanquam stelle, Daniel 12. b. & ut Sol. D. Matth. c. 13. f. Contra inglorii, qui que perpetuò contemnentur, damnati in tenebras mittentur exteriores. Et impij in tenebris conticescent. 2. Re. 2. b. Exprimit Plato in descriptione inferorum, dum Eri sermonem recenset, lib. 3. in dial. 10. de repub. & Virgilius, lib. 6. Aeneidos. & Plutarchus in orat. cōsolato. ad Apollonij, dum agit de Solci sermone. Et Cicero, in Somnio Scipio. Etenim ibi loquuntur & de beatorum splendore & inferorum tenebris. & Euripides In Iphigenia in Aulide act. 4. circa medium.

τὸ φῶς τὸ δ' ἀνθρώποισι μῆδ' ἴδουσι βλέπειν
τὰ νύκτι δ' ἔδδ' εἶ. μαινέσθαι δ' ὡς ἰσχεταί
Θανῆν. κακῶς σῆν κρείσσον. ἢ θανῆν καλῶς.

Hæc lux mortalibus aspectu incūdissima est:
Sed infera loca nemo cernere cupiat: Insanus
autem qui precatur vel optat
Mori. Malè autem viuere satius est, quàm
bene mori.

Et Hesiodus in oper. & diebus vocat mortem nigram & atram dum loquens de subactis gigantibus ait,

θάνατοι. θάνατος δ' ἔχει ἰσχυρά γλυκὸς πῆρ ἴοντα
εἶλε μέλας. λαμπρῶν δ' ἔλιπον φάος ἠελίου.

Ignobiles. mors verò, & si stupendos existentes
capit.

Cædit nigra, splēdidū vero liq̄rūt lumē solū.
 Et Homerus Iliad. 8. ver. 13. in oratione
 Iouis minantis pœnas deiculis, si opem
 ferrent Troianis, describit etiam infero-
 rum locum nigrum, dicens, tunc iuuan-
 tem sauciabo,

ἢ μὲν ἐλὼρ ῥίψω ἐς τάρταρον ἠερίστα,
 τίλη μαλὰ, καὶ βάθειον ἔσθ' ἔχοντες ὄρεϊ βάραθρον
 ἰθά σιδύρα καὶ πύλαι, καὶ χάλκινος ὄστρος,
 πύλων ἰσθμὸν αἰδέω ἕσασθ' ἕρανος ἐξ' ἀπὸ γαίης.

*Aut ipsum rapiens, proijciam in tartarum
 obscurum*

*Procul valde: vbi profundissimum sub terra
 est barathrum:*

*Vbi ferreaq; portæ, & æreum pavementum,
 Tātum sub inferno, quantū cælū est à terra.*
 Sic Polydori etiam vmbra apud Euripi-
 dem statim in principib; Hecatæ testatur
 de tenebris inferorum,

ἢ κὼ πύλων καὶ μὲν ἄνα καὶ σὸς πύλας
 λιπὼν, ἰθα ἄδης χερσὶ, ἰνίσσαι δὴ ὄρεϊ, πολύδωρος.
*Adiū profūda manū, & tenebrarum portas
 Relinquens, vbi Phito à Deis, (putatitij) de-
 git procul, Polydorus.*

Porro cur mors atra videatur, & ideo pul-
 lati incedāt qui funera persequuntur, sa-
 tis ex his apparet, quia mors est partus
 peccati, in quacumque die comederis
 morte morieris, Gen. 2. ver. 17. Peccatum

autem separat nos à Deo, & à Dei claritate & splendore. Esaiæ c. 49. a opponit que orationi nostræ & inter se & nos, ob peccata nubem, quæ illam claritatem in nobis descendere non permittit, vt ait Hieremi. In lamenta. c. 3. f. ver. 44. Ideo apud Iesaiam, c. 44. d. vers. 22. de reconciliatione dicitur, *Deleui vt nubem iniquitates tuas, & quasi nebulam, peccata tua.* Ea ratione dum peccata remittuntur, fitque reconciliatio cum Deo, dealbari dicimus, vt Dauid exprimit psal. 50. *Amplius laua me ab iniquitate mea.* Et rursum *Asperges me domine bysopo, & mundabor, lauabis me, & super nuem dealbabor.* Et apud Iesaiam c. 1. e. vers. 18. de iis qui ad Deum reuertuntur: *Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt.* Deliquium in nobis patitur itaque propter peccata nostra, ille sol diuinus, & iterum lucet, dum ab iis mundamur. Vtque lucent magis, qui soli clario-ri exponuntur: ita & beati fulgidi & Angeli, & inter eos ardentes Cherubim & Seraphin visi quòd claritati propius ministrant. In terra hac vnita anima corpore isto adhuc opaco, non ita fulgida, nec illustres nos æquæ. Sed alii plus, alii minus

min
hinc
tore
ritat
in qu
refle
ca. li
& se
ne, g
null
pedi
tate,
co ca
vt ca
litati
filios
clarit
scem
9. Ju
coll.
tib. li
mun
mili
poter
titur
ceba
nu m
10. b
& c. 5

minus, prout beneficium Dei emicuerit. hinc rumor, fama, & reliqui gloriæ stipatores, quæ omnia intelligentiæ sunt claritatis, ad exemplum visibilis luminis, in quo triplex lumē reperitur, directum, reflexum, fractum, vt diximus in Optica libro 14. Syntaxeon artis mirab. c. 6. & sequentibus. Sic in intelligibili lumine, gloria vel claritas directæ est, quæ à nullo controuertitur, sed directò sine impedimento propalatur, & sine ambiguitate, eaque perfectæ: reflexam autem uoco eam, quæ ex alio in alium reflectitur, vt ea quæ est generis, in qua radii nobilitatis patris reflectuntur in posteros, filios, & uxorem, quæ utitur dignitate & claritate maritali, vt scribit Vlpia. in l. fœminæ nuptæ, l. 9. de senato. lib. 1. π. tit. 9. Iust. n. in §. 1. de consulib. in Authen. coll. 4. tit. 3. & l. mulieres l. 13. de dignitatib. lib. 12. π. tit. 1 Et Augustus in l. fin. de muneri & incolis lib. 10 C. tit. 39. cum similibus. Item & gloria reflexa illa dici potest, ex qua honor & præmium reuertitur ad ipsū clarum illa claritate. Sic dicebat David, *Et reuertetur oratio mea in sinu meo, Psa. 34. b.* Et apud Diuos Marcū, 10. b & Lucā, 10. b. *Dicite pax huic domui &c. Sin autē nō receperint vos, pax vestrā*

976 COMMENT. IN SYNT.
ad vos reuertetur. Gloria fracta est, dū eo
tramite quo cœpit, non currit claritas,
sed diminuitur vel alterius mali, vel
obliuionis immixtione, veluti corpore
opaco lumen frangitur, & alia quàm
sit, apparet.

*De Nobilitate, Ornamento,
& Pulchritudine.*

Cap. LXVII.

DE nobilitate diximus suprâ in bo-
nitate. Est autem illa breuiter vel
sua, vel maiorum. Cicero, cū illi
maiores exprobrarentur, quòd obscuri
essent, à se initium nobilitatis accipere
respondit, & maiorem sibi gloriam du-
xit, aliis dare, quàm ab aliis accipere.
orat. contra Cisp. Salustium habita.
Quin & vt dicebat Marius apud Salu-
stium, in bello Iugur. *aliq̄, tantum abest*
vt meliores habiti fuerint maiorū nobilitate,
quin & si deliquero, vetus nobilitas maiorum
fortia facta, cognatorū & affiniū opes multa,
clientela, omnia hæc presidio adsunt: in aliis
autem est vnica spes in seipsis sita, virtute &

& *innocentia tutari*. Tamen gloria parentum, natis præclarus est magnificusque thesaurus, vt scribit Plato, lib. 30. in Menexeno, vel Epitaphio, additque mortuos maiores ad posteros dicere, *Si virtute vobis præstemus, victoria hæc nobis dedecus allatura est: sin superemur à vobis, fœlicitatē*. Et turpius nihil posse accidere, quã gloriã maiorum non imitari. Quia vt scribitur Prouc. 26. 2. *Indecens est viro stulto gloria. Et confusio patris est in filio indiscipinato*. Eccles. c. 22. 2. *Et Prouc. c. 17. d, ira patris, filius stultus: & dolor matris, quæ genuit eum*. Item Prouerb. 19. *dolor patris filius sine honore*. Nam filij perniciem pater sibi pro sua reputat, imò & magis quàm sua afficitur, quia multò magis terreantur in dedecore filiorum patres, quàm in suo, vt scribit Paulus Iurisconsult. in l. isti quidem, l. 8. §. fin. de eo quod met. cau. lib. 4. π. tit. 2. Inest enim parentibus in filios naturalis quædã charitas, qua omnia illis parant, vt ordine turbato dicatur parentes filiis succedere, vt scripsit Papin. in lege nam & si parentibus, de inoffic. testam. lib. 5. π. tit. 2. & Pomponius Iuriscon. in l. scripto, l. 6. §. fin. vñd. liberi li. 38. π. tit. 7. *Et contra corona senum filij eorum: & glo-*

ria filiorum, patres eorum, vt scribit Salomo Prover. ca. 17. b. cano. esto subiectus, 95. dist. Et in Ecclef. 3. b. *Gloria homini, ex honore patris sui, & dedecus filij, pater sue honore.* Honor & gloria, ex maiorum potissimum masculorum, dignitate, in filios & nepotes trāsfunditur. in l. exēplo, l. 36. & l. nullus, l. 44. de decurio. lib. 10. C. tit. 31. cum similib. quæ sup. tradidimus dum de gloria ageremus.

- 3 Ornamentū & honorē & laudē significare palā est, & consequenter & gloriā continere, vt sapē apud Latini sermonis probos authores obseruare licet. *Suscipique mihi*, inquit Cicero, pro Licinio, *perpetuam propugnationem pro ornamentis tuis.* Et alibi in Verrem, *Domus erat non domino, magis ornamento quā ciuitati.* Et ornate est decorare, honestate, habere ornatus elegantiam, dispositionem congruam, aptam, cultum convenientem laudatum, approbatum, quod politum & splendidum est, ex cultum, comprum, elaboratum, lectissimum. Quæ omnia gloriam & honorem continent. Et ornamentum honor est, & dignitas, decus insignedūmen.

- 4 Pulchritudo, teste Plutarcho in Hipperride, naturæ priuilegium à Platone

appel

appellatur. Socrates verò tyrannidem vocat. Pulchritudo, inquit Marsilius Ficinus ex Platone, in Commentar. in Hippiam, nihil aliud est quàm summi boni splendor, fulgens in his quæ oculis, auribus, & mente percipiuntur, perque illa ad ipsum bonum, visum, auditum, mentemque cõuertens. Quò fit, vt pulchritudo circulus quidam diuinæ lucis existat, à bono manans, in bono residens, bonū & ad vnū semp ternum reflexus. Docuimus autem iam & bonum & felicitatem & lucem ad gloriã pertinere. Socrates in Charunde Platonis tradit etiam pulchritudinem non per se amandam, sed tãquam pulchritudinis diuinæ imaginem. Sed & pulchritudo in triplici sui specie, corporum, animorum, vocum est gratia quædam, quæ vt plurimum in cõcinnitate cõsistit ex pluriū colorum linearumque concordia, in corporibus gratia nascitur. Ex plurium virtutū concinnitate, gratia in animis: gratia item maxima ex plurium vocum consonantia. Corporum pulchritudo oculis animorum mente, vocum auribus percipitur. Hinc proculdubio laus, hinc honor, hinc gloria. Et toto dialogo qui Phædrus, siue de pulchro

GOM. IN SYNT. AR. MIR. LIB. IV. 939
inscribitur, Plato laudes & dote pul-
chritudinis persequitur. Et inter cætera,
ait, hæc solam pulchritudinem habuisse
sortem, vt maximè omnium & perspi-
cua sit, & amabilis. Et alibi 3. de Repub.
*Quod maximè pulchrum, & amabile ma-
ximè.*

Commentariorum in
lib. I V. Synt. Artis
mirabilis

F I N I S.

T

lib

da

pa

abj

bus

rib

tes

sec

De

gen

xin

sic

7. 930
e pul-
cætera,
abuiffe
perspi-
Repub.
bile ma.

TYPOGRAPHVS
LECTORI S.

in
S

Non mireris si in hoc libello insigniora quædam menda adhuc appareant, cum opus ipsum absente Authore rudibus exaratum caracterebus in operarũ insolentes manus inciderit, quæ secundis typis, fauente Deo, expungentur diligentius. Quæ tamen maximi visa sunt momenti sic corrige.

ERRATA COMMEN-
TARIORVM LIB. IIII.
Synt. Artis Mirabilis.

*Prior numerus paginam, alter vero
lineam denotat.*

PAg. 371. lin. 13 lege aliaque. 26. post
Aristoteles, adde, sic definit. 372.
19. Charnude. 381. 18. vita. 384. 10.
curuæ, & 12. agriculturam. 385. 3. $\chi\iota\sigma\tau\alpha$
& 9. $\pi\iota\lambda\iota\varsigma$. 397. 20. D. August. 409. 18.
 $\Upsilon\kappa\eta\eta$ 497. 1. 421. 10. $\mu\acute{\epsilon}\gamma\epsilon\theta\omicron\varsigma$ & 14.
 $\pi\eta\eta$ & 17. Introducti Geomet. 442.
7. Theoricis. 448. 3. dele parenthesis
initiũ. 453. 24. dehinc. 454. præsciẽtia.
456. 10. maneat. & 15. post cernimus, ad-
de $\alpha\upsilon\theta$. 458. 3. $\pi\acute{\alpha}\nu\tau\omega\varsigma$. & 10. euntia.
459. 12. terminatur. 461. 9. meriebatur.
462. 19. æternitatem. 466. 7. potissimũ.
468. 18. decennium. 469. lin. pen. septi-
mestri partu. 474. 7. verticali. 478. 1.
cõgtegata & 5. apparuit. 479. 5. cuius-
que. 489. 1. mortuum & 7. iamdiu.
490. 2. sexaginta quinque. 497. 1. sym-
metriam. 498. 24. sophista. 500. 8.
simplicissimum. 503. 11. terram. 504. 18.
constituunt. 505. lin. pen. lege sui esse
præter. 509. 17. manus. 516. 1. $\tau\tau\upsilon$

515. 4.
del:
libru
latè
poste
rariet
525. 21
527. 1
529. 2
534. 11
537. 9
 $\alpha\upsilon\alpha\upsilon\upsilon$
tismu
pient
ciu.
563. 2
583. 25
subst
positi
Pater
585. 19
19. $\alpha\upsilon\theta$
ciunt
menta
618. 21
fita &
636. 6.
hende
scibili

515.4. accinctum & 25. Psal. 113. 518.22.
delo in Commentariis super primum
librum D. Tho. contra Gentiles. c.20.
latè Aristotelis lib.9. Metaphysicæ suæ.
postea inferenda sunt. 519.17. post Fer-
rariensis. 521.4. quia. 524. 7. vtram.
525.21. Gratiani. 516.17. Principum.
517.17. Simone, 528.24. Rectorem.
529.1. ministerium. 532.7. Potentiam.
534.lin.penult.illam. 536.4. concessæ.
537.9. subiicitur.& 25. munitū. 539.23.
αυαυγυα. 540.9. Incidus. 541.15. Pera-
tissimum & 19. Peratissimus. 550.5. acci-
pientē. 553. 18. potētia. 558. 10. *αυτιξυ-
ου*. 561. 10. proprio. 562.13. scientia.
563.24. inconcinnas. 567.22. etiam.
583.25. assimiletur & participet. 575.1.
substantina.& penul.lin. *πδ*. 577.6. ex-
positionis. 580.8. eadem. 581.1. penu.
Paterfamilias. 582. 26. plenitudinem.
585.19. secernit.22. & 23. chocma. 587.
19. *αυξυσιν*. 588.8. dedisse. 595. 23. affi-
ciunt. 601.16. societatum. 602.4. de-
mentationem. 615. 2. Trimegistus.
618.21. *πληθυσ*. 620.21. sine. 633.19. cōpo-
sitæ & tēperatæ. 635. 8. promissionem.
636.6. *τότε*. 637.2. medi. 641.1. appre-
hendendo. & 4. appetitiuæ & 7. cōcupi-
scibilis. & 24. post, nō imitandum, adde
vel

adipiscendum. 645.16. de adimendis.
646. enitatur. & 12. perpetua. 652. 19. l.
cap. XXI. 653. 9. Monothelita. 655.
13. Passiones. 656. 18. festuca. 664. 21.
pateat. 669. 16 prima. 671. 15. Calliam.
675. 17. inconsultam. 676. 9. *ἰπιθυμία*.
677. 4. sensitiva. 681. 17. maius. 683. 1.
πάθος. & 2. homonymus. 3. agritudines.
687. 4. *ἰπιθυμία*. 691. 23. gaudiū. 693. 11.
confertim. 695. 7 partu. & 16 efficacia.
697. 17. Matth. 25. 699. 4. mundū. 700.
11. creditur. & 13. Regulis & 16. SC. 701.
18. *ὄντων* & 20. *συμφυγίμωναι* & *διὰ βίαν*.
706. 5. additamēta. 708. 4. 1. ad Timoth.
711. 2. euitamus. 719. 15. ad Roman. 8. 9.
Secūda 13. tertia. 723. 12. patebit. 751.
15. post. perficit ad. veritas. 763. 2. Minoe.
764. 18. occulta. & 24. immutabilis. 771.
1. infimū. 773. 4. post Aristoteles ad. li. 4.
774. 8. intellectum. 781. 17. diiudicatur.
782. 2. dele in argumento in Menone
Platonis, & repone in lineam 15. post
Ficinus & lin. fin. lege traducunt.
787. 9. pernicipi. 789. lin. 18. verum.
794. 8. *ἄψιδον*. & 11. Satanam. 795. 24.
Iucra. 796. 24. dele de, & lege leuioribus.
797. 9. Comædo. & 16. eiectum.
798. 2. refert. & 4. affici. 801. l. fin. lege

Pœna

Pœna.
post e
815. 2
& 13. p
ficio
818. 18
830. 2
ἰαίον.
832. 6
839. 1.
cap. 1
do.
cho 1
Aristo
853. 1.
notiti
862. 2.
864. 2
871. 2
nos d.
stificat
Proin
1. ant
ge d
884. 17
884. 2
890. l
ecum.

ndis. Pœna. 808. 15. pœnis. 20. quæ. 811. 5.
 2. 19. 1. post est ad. nullus. 813. 1. tranſiit.
 655. 815. 20. in Canone. 817. 4. Maximus,
 64. 21. & 13. post Iudæus adde libro de sacri-
 liam. ficio Abel & Caini, & dele ore.
 683. 1. 818. 18. Dioclet. 820. lin. penult. ſeipſo.
 683. 1. 830. 22. ἐπιτολίαν παριſχυαſμίνος. 24.
 dines. 830. 22. ἐπιτολίαν παριſχυαſμίνος. 24.
 693. 11. 832. 6. LIX. 838. 10. vndecima.
 cacia. 839. 1. à Ioabo. 12. Sandipila. 941. 9.
 700. cap. LXI. 842. 9. ſuſurrum. 26. Mo-
 701. do. 845. 10. de iniuria. 847. 21. Sti-
 cho facete. 849. 2. edant. 10. post
 717. 2. Aristophon. adde in. 852. 22. modo.
 moth. 853. 14. atrociffime. 855. 5. φωνά. 22.
 n. 8. 9. notitiam. 24. Topic. 861. 22. æternam.
 752. 862. 2. Ethnici. & 13. ad Corinthios.
 linoe. 864. 24. post bibendi. lege vorandi.
 772. 871. 26. victura. 876. 15. ad Roma-
 d. li. 4. nos d. 877. 1. habebat. 879. 19. iu-
 carut. ſtificat. 880. 6. Ioannis II. & 13.
 enone. Proinde. 22. ipost ſcribit adde Nemeor.
 5. post. 1. antiſtro. 24. πανδοφίας. 881. fin. le-
 unt. ge diui Ioannis Epistol. 1. capite 2.
 um. 884. 17. principia. 785. 16. Myrmondonū.
 95. 24. 884. 2. Siciliam. 889. 16. Pfalm. 173.
 uiori. 890. lin. 10. bona. 893. lin. 11. ly-
 ſtum. ceum. 895. 24. opprobrium. 898. 25.
 n. lege. Pœ
 Pœ
 nimi.

nimum, 930. 11. vulua. 904. 8. lin-
guam. 906. 16. Pythagorici. 20. post
velis, adde videri & sine post Virgilius,
adde 4. Æthna. 909 2. post nomine, ad
Eccles cap. 41. 911. 5. Pontifex. 915. 18.
auctoritatisque. 916 2. prosequuntur.
3. annualis. fin. lin. lege possumus. 918.
21. post Hebræis adde dicta. 919. 8. sine.
19. tres & aliorum. pen. visibilis. 920. 11.
post Hierarc. adde c. 13. 18. velaminum.

F I N I S.



I
acc
du
qu
om
qu
de
tia
sci
gn
gis
vel
sta

I

COMMENTARIORVM
IN QVINTVM LI-
BRVM SYNTAXEON
ARTIS MIRABILIS, VBI
agitur de Prædicamentis,
Liber quintus.

Generaliter de Prædicamentis.

CAP. I.



Explicatis quibusdam gene-^I
ralibus cōceptionibus, qui-
bus res ex tenebris confusio-
que CHAOS in lucē veniunt,
nempe vniuersali genere,
specie, differentia, proprio,
accidente, postea vsque ad singulare per-
ducti, operæpretiū est, vt nunc explicemus,
quot modis illud singulare & vniuersale
omne, esse possit: vel quot modis esse ali-
quid, dici possit, & vt id distinguamus veluti
decem fontibus, per quos tota rerum essen-
tia irrigetur, augeatur, & incrementum su-
scipiat: hoc enim verbum prædicamenti si-
gnat. Itaque primū essentia: modos ma-
gis generales, proferemus. Omnia quæ sunt,²
vel sunt non in alio, sed per se, vt omnis sub-
stantia: aut sunt in alio, id quæ vel per modū

formæ, & est Qualitas: vel sunt ad aliud, & respectum hoc includit, qui duplex est: vel intrinsecus, qui facit prædicamentum relationis: vel extrinsecus, qui facit sex vltima prædicamenta, per denominationem extrinsecam, nempe per actionem, vnde fiunt prædicamenta Actio, per passionem, vnde Passio prædicam. Per tempus, vnde quando prædicam. Per locum comparatione facta, ad locatum totum, vnde Vbi. Aut cõparando locum ad partes locati, vnde situs vel positio. Vel per ea quæ adiacent corpori humano, & brutis interdũ, vnde Habitus. Atque hic constat ex his, esse decem prædicamenta vt vocant, vel Categorias: vocat Alexander Aphrodiseus, decem *φύσεις*, decem voces: Porphyrius, decem *νοήματα*, id est decem notions intellectus: Iamblicus, decem voces simplices, quem sequuntur Alexander Aegæus, Ammonius Hermiæ, & Simplicius: vocat & Aristoteles decem genera in Categoriis, & lib. 14. Metaphys. Et Pachymerus in Categoriarum Epitome. Quintilianus & Boëtius, prædicamenta. Possumus & vocare decem Elementa, id est principia, vt & Hebræi vocant prædicamentum, *המאמר* & *גבול* verbum, & limitem, siue terminum finalem. Pythagorei viginti ponebant prædicamenta & genera: decem bonorum, & decem

cem malorum, vt scribit Arist. i. Metaphys.
 & Iauellus in compendio Logices, parte se-
 cunda, tractatus quinti cap. i. forsan nō ab-
 furdè, vt prima fronte videtur. Quia nihil
 est, quod oppositum non habeat, & bona
 malis opposita sunt. Cæterum non id vsque-
 quaque verum est: nā docuimus dum age-
 remus in commētariis de Bono, nullā essen-
 tiam esse malam, quatenus esse habet. Quā-
 obrem, nec dici possunt substantia, nec acci-
 dens, quatenus entia sunt, mala: alia tamen
 ratione, & mala dici posse non inficior, sed
 non ideò necessum est tot opponere: cogni-
 to enim altero contrariorum, cognoscitur &
 reliquum. Nos itaque contenti fuimus lib 5.
 Syntaxe non, decem prædicamenta vel gene-
 ra rerum enumerasse, atque ad illorum faci-
 liorem memoriam, adiecimus Murmellij
 de his versus quos in Isagogicis tradidit.

*Arbor, sex, seruos, seruore, refrigerat, & stos,
 Ruri, cras, stabo, nec tunicatus ero.*

Quorum singulæ voces ordine referūt sub-
 stantiam, quantitatem, ad aliquid seu rela-
 tionem, agere, pati, vbi, quando, situm, habi-
 tum. Quibus omnia quæ dici possunt conti-
 nentur: exceptis quæ idem Murmellius alio
 disticho excipit. 4

Complexum, consignificans, fictum, polyse-
mum,

Vox logica, Deus, Excedens, Priuatio, Parsq.
 Nam primò excipitur Complexum, id est, vox composita ex pluribus, nisi complexum vnum significet. De primo, homo iustus, prædicatio complexa in nullo prædicamentorum ponitur. De secundo, corpus animatum, pro vno genere ponuntur. Secundo Consignificans, Syncategorema, quæ nihil per se, nec nisi cum alio, quicquam significat, reiicitur: vt, omnis, nullus, aliquis, iste. Regula namque in Prædicamentis, ex octo partibus orationis, quatuor tantum cõprehendit, Nomen, Participium, Verbum, Aduerbium. Tertiò Fictum, reiiciuntur ficta vt Sirenes, Harpia, Acheron, &c. Quarto Polysemum, πολυσημος multa significans reiicitur, vt canis, lepos, &c. Quintò vox Logica, id est termini secundæ intentionis dicti, quos Dialectici aliarum rerum gratia usurpant, reiiciuntur: vt nomen, verbum, oratio, propositio, subiectum, prædicatum, genus, species, differentia, proprium, &c. Sextò Deus, reiiciuntur quæ sunt infinita actu, & nomina quæ infinita actu significat: vt Deus nomen, æternum, increatum, creator, &c. Omnia prædicamenta finita sunt & determinata. Deum esse extra omnem Prædicamentorum conceptionem, cum sit ineffabilis, scribit & D. Augustinus tomo 9. lib. De

cognitione veræ vitæ c. 3. scribunt & Iudæi:
 nam legitur in libro Rabi mosche ben mei-
 mon, in scripto עשרה עיקריהו id est.
Tredecim fundamentorum legis Iudæorum,
 in tertio fundamento, sic Latina versione.
Remouenda est à Deo conditio corporis: illud
entis unum quod memorauimus, non est cor-
pus, nec Virtus in corpore, neque apprehen-
dunt ipsum euentus corporis & accidentia
eius: puta motus, & statio, nec per se, nec per
accidens. & c. Et Claudianus Mamercus, lib.
 1. De statu animæ, cap. 19. sic scribit de Deo
 non dicitur qualis est, quia non potest com-
 parari quasi ad aliud, vt dicatur talis est. Nec
 dicimus quantus est, quia nihil non habet,
 nec quomodo est, quia ipse modus est. Nec
 habitum eius inquirimus quia continet om-
 nia. Nec locum, quia non nisi corpus in loco
 est. Nec tempus, quia sempiternalis est. Nec
 actum, quoniam quietè agit. Nec passionè,
 quia non patitur. Iam decima imò prima
 est ipsa substantia. Humana verò anima, si-
 cut quantitatem nō recipit, ita subiacet qua-
 litati, estque vel humilis, iracunda, superba,
 & c. Dehinc & sciendum est generaliter in
 compositis & formis quæ sunt in subiecto,
 competere accidentia, formis immateriali-
 bus non competere, vt scribit Iamblichus
 lib. de mysteriis Ægypti. Septimò Excedens ⁶

omnia transcendentia quæ Ioannes Picus & alij dicunt, ens, vnum, verum bonū, aliquid, nihil. Nos aliter docuimus de transcendentibus quæ non contrahuntur in subiectum, in quantum sunt principia prima, nec in prædicamento aliquo sunt, nisi considerentur in subiecto. Octauò Priuatio, quæ priuationem significant, reijciuntur: vt cæcitas, surditas, tenebræ, &c. Priuatio enim nihil est, prædicamenta entia sunt. Nonò Pars, nulla etiam vox partis, principijve materialis seu constitutiui significatiua, in prædicamenti serie reponitur: & ideo reijciuntur forma, materia, corpus, anima, caput, venter, manus & similes partes: & quæ indeterminatè dicunt aliquid, quia hæc absunt à Prædicamentis determinatis. Considerantur in abstracto & in concreto secundum Titelmanum & alios, decem genera, quod & obseruabis in his quæ ad ea referuntur. In abstracto sic in substantia, quantitas, relatio, qualitas, actio, passio, vbi, quando, plus, habitus. In concreto substantificum, quatum, relatiuum, quale, agere, pati, existentia in loco pro vbi, in tempore pro quando, modus positionis pro situ, habere. Deinde sciendum est horum decem generum, vnum esse quod alia sustentet, veluti fundamentum omnium, nempe substantiam: alia illi inhærere, & ideo accident-

accidentia esse. Nouem autem sunt quæ substantiæ acci-
dere possunt, & sine ipsa nõ subsistunt in concreto. Omne enim creatum,
vel est substantia, vel est accidens. Hinc nata illa sunt, dici à subiecto, & esse in subiecto,
quæ tractat Aristoteles libro Categoriarũ. 10
Quæ quatuor modis considerantur, prout ex schemate supposito, patere cuique facilius potest Eorũ quæ sunt, quædã à subiecto quodam dicuntur, & in subiecto nullo sunt, hæ membro cõprehenduntur, omnes substantiæ vniuersales. videlicet omnes naturæ genericę & specificæ, nam hæ prædicantur à subiectis essentialiter & substantialiter. Cõprehenduntur & naturæ omnes differentiales, quæ species constituunt: nam & ipsæ insunt essentialiter speciebus quas componunt, & nulli insunt merè accidentaliter. Quædam in subiecto quidem sunt, à subiecto verò nullo dicuntur, & hoc membro comprehenduntur, accidentia singularia, vt hæc albedo, ista humilitas, illa lælicitas. Rursum quædam à subiecto quodam dicuntur, & sunt in subiecto. Et hîc Accidentia vniuersalia omnia, id est in abstracto & generali, vt albedo, nigredo, virtus, scientia, & similia: & hæc accidentia, habent subiecta quibus in hærent accidentaliter. Habent & particularia accidentia, quibus insunt essentialiter.

Sicut natura specifica accidentalis est omnibus suis indiuiduis. Et natura generica accidentalis, est omnibus naturis specificis sibi subiectis. Item vt omnia cōmunia propria, vt risibile, flebile, hinnibile, &c. Item quaedam neque in subiecto sunt, neque à subiecto vlllo dicuntur. Talis substantia particularis: nempe habens omnia indiuidua prædicamenti substantiæ, quæ neque à subiecto dici possunt essentialiter, cum nihil habeat se inferius à quo possint prædicari. Neque quemquam illud perturbet, quod dum dicimus substantiam à subiecto dici, videamus dicere substantiam in alio esse, sicut accidens. Nam id quidem verum est, substantiam inesse rei, sed alio modo quàm insit subiecto accidens. Quia natura essentialis, id est generica & specifica, & differentialis, inest quidem rei in qua est, sicut pars ipsius essentialis, nimirum ipsam componens & constituens essentialiter: Accidens autem, est in subiecto, non sicut pars aliqua, neque cum subiecto aliquid vnum componens. Neque ex accidente & subiecto proprie fit vnum: sed ex aggregatione tantum vnum. Sicuti scientia, non est animæ pars, neque cum anima aliquid vnum essentialiter facit, sed aggregatiuè. Sic formæ substantiales sunt tanquam partes eius, quod simul cum ea com

ponun

por
teri
An
stit
cum
cum
cum
Ari
into
qu
qu
est.
esse
fer
tur
est,
alic
nisi

A
fer
sub
vt
ani
Pa

ponunt ac cōstituunt. Quia forma cum materia rem naturalem componit. Exemplum, Anima rationalis & corpus humanum, cōstituunt hominem: Anima sensitiva equi cum corpore equi, equum: Anima vegetalis cum materia arboris, in qua est, arborem: cum materia alterius plantæ, plantam. Ideo Aristoteles in Categoriis, in subiecto esse id interpretatur accidentis, quod cum in aliquo sit, & tamen non est sicut pars eius in quo est, & impossibile sit, esse sine eo in quo est. Non igitur tanquam pars integralis vel essentialis in subiecto est. Veruntamen illud semper quandiu est, in subiecto sustentetur oportet. Quia si non est in subiecto, non est, & quandiu est, in alio sit oportet, & ab alio sustentetur: quia per se non subsistit, nec nisi in alio est.

De substantia.

CAP. II.

Aristoteles libro primo de partib. animal. cap. i. bifariam materiam intelligi scribit: ut altera pro materia sit, altera pro substantia. Quæ quidem substantia, inquit, ut mouens, & ut finis est: talisque animalium anima vel omnis vel pars aliqua eius sit. Et Paul. Jurisconf. in l. 4. sequitur, §. si ex lana, de

2 vsucap. lib. 41. π. tit. 3. substantiam considerandam esse scribit rerum. Quamobrem ut de ea prius agamus, necessarium est, quia & ea prima in omnibus, & sine illa nihil aptum est vel potest esse, & propter hanc ea quæ sunt, singula sunt. Ideoque substantia dicitur primo Ens, & non aliquod ens, sed simpliciter ens. Quia substantia, & ratione, & tempore, & cognitione, & natura, omnium primum est. Aliorum enim Categoriatum, nullum est separabile, sed hæc sola. Ratione quoque hoc primum: necesse est enim in cuiusque ratione. inesse rationem substantiæ, ut hæc tradit Arist. lib. 7. Metaphys. cap. 1. & rursus lib. 2. Ethicor. ad Eudemum omnes substantias principia quædam esse scribit, secundum naturam: & posse eas singulas, multas eius generis progignere, ut homo generat hominem: & animal in uniuersum, alia animalia: plantæque plantas. Et Galenus tomo 1. lib. 1. De temperan. temperamentorum, & omnium rerum generalissimum genus esse substantiam, scribit. Nomen substantiæ, duplicem habet interpretationem: nam vel dicitur substantia a subsistendo, vel à substando. A subsistendo dicitur substantia, eo quod non in aliquo insit, sed per se subsistat: & hoc modo proprie Deo nomen substantiæ competit: quia per se, in se, & et

se,
vel
tu
tra
infi
qui
ut i
vel
sub
stan
Tri
dici
plic
que
vn
hari
tius
tia
sub
acc
ibi
mo
bol
fig
nus
vit
bul
der
i. d.

se, subsistit, & nullius accidentibus substat vel subiicitur, hoc tamen extra praedicamentum: nam & admonuimus, Deum esse extra praedicamentalem constitutionem, quia infinitus, praedicamenta autem finita. Item quia Deus simplicissimus, & nihil inhæret ei ut in subiecto: neque Deus subsistit bonitati vel magnitudini suæ, idemque in eo esse & subsistere, quare ut hîc, dici non potest substantia, ut scribit D. Augustinus lib. 7. de Trinitate c. 5. In Deo itaque, quod illi inesse dicitur, idem est quod Deus: tantæque simplicitas & puritas in eo, ut nihil sit in ea quod ipsa non sit, & totum quod in Deo est, vnum est sine compositione, ut scribit D. Hilarius lib. 7. de Trinitate & lib. 8. ite & Boëtius 1. de Trinitate. Quamobrem si substantia consideratur in Deo, illa est non tãquam subiectum alicuius, quasi aliud sit quod ibi accidat, aliud quod subsistat, sed quidquid ibi intelligi potest, ipsa substantia est, ut admonet D. Augustinus libro de fide & symbolo. Sic itaque in Deo per substantiam designatur essentia vnitas, ut idem D. Augustinus tradit tomo 9. lib. de cognitione veræ vitæ c. 11. Et hæc est etiam communis vocabuli substantia acceptio. Quod & in libris demonstrationum docet Galenus, & tomo 1. lib. 7. de placitis Hippocratis & Platonis, definit

definit eo modo substantiam dici, *Sciuscu-
 iusque rei optimam naturam perfectionem*: que
 finitio facilem cognoscendi substantiæ regu-
 lam rudibus præbet. Hæc autem cum sit una,
 multas habet facultates, non simul & semel
 & in eodem contrarias, sed diuersas, vt vrê-
 di, secandi, agendi, patiendi, &c. vt docet Ga-
 lenus tom. 1. in si. lib. 9. de Decret. Platonis.
 Scimus itaque substantiam esse in Deo, sed
 quid sit, & quæ illa, nescimus: quia inenarra-
 bilis est, vt scribit D. Chrysostomus, tom. 5.
 homil. 1. contra Anomæos, vbi agit de in-
 4 comprehensibili Dei natura. Diciturq; Ens,
 extra Deum, per se subsistens, & in eius no-
 mine continentur omnia simplicia & que
 composita sunt ex materia & forma: vt An-
 gelus, homo, corpus omne, plantæ, substan-
 tiæ dicuntur, vt scribit Aristot. in Categoriis.
 & lib. 1. Physic. cap. 7. & Metaphys. 7. cap. 3.
 5 A substando substãtia dicitur, id omne, quod
 accidentia sustinet, vel quod aliud quippiam
 à se suscipit. Et hoc modo Deo non conue-
 nit, quia Deus, benedictus ipse, nequaquam
 accidentibus obnoxius est, & semper immu-
 tabilis accidentia non recipit: prout autem
 substantia à substando dicitur, ita definitur,
 vt sit ens, in quo quippiam sedem & funda-
 mentum habet. Et hæc appellatio in nostra
 arte generaliter sumpta, pro Physica, & ma-
 teriali

teriali, & Logica substantia sumitur. Physi-
 ce, pro causis quatuor primis, quæ compo-
 nunt reliqua corpora: nempe, pro quatuor
 primis elementis quæ substant rebus omni-
 bus, aëre, aqua, igne, terra, ex quibus infe-
 riora corpora componuntur. Itē substantia
Ex materia suppositione: sic fundamentū do-
mus, substantia dicitur: sic scabellū substantia
 pedū: & terra firma substantia. Itē pro eo ex
 quo veluti fundamento alia cōsurgunt, & id
 quod subiicitur in principio ex quo & in
 quo aliquid immixtum est: vt cibus bene
 nutriens, substantia est animalis, item reli-
 qua velut fundamenta constitutiua, substan-
 tiua, & conseruatiua rerum substantiæ. Sed
 & forma naturalis substantia dicta: quoniam
 dat esse rei, & conseruat in esse, ipsaque re-
 mota, definit esse res. Qua acceptione anima
 est substantia hominis, & cuiusque animati
 anima propria. Item essentia & quidditas cu-
 iusque rei, dicitur substantia cuiusq; rei: il-
 lud autem quod illi inest & sensibus patet,
 accidens est. Sic essentia, omnia incorporea,
 Angelus, dæmon, anima, & corpora anima-
 ta, plantæ, corpora cœlestia, & similia. Item
 & accipitur substantia, pro eo quod accidē-
 tia recipit, vt nigredinis corui substantia,
 est coruus: albedinis niuis, nix, &c.

7
 Alio modo breuius, substantia tripliciter
 sumitur: primò substantiæ dicuntur prima

corpora, ex quibus inferiora componuntur,
 ignis, aqua, terra, aer: illi s. Physici considerant
 in concreto. Secundò primum cuiusque rei
 fundamentum: vel constitutiuum, vel sub-
 stentatiuum, vel conseruatiuum. Constituti-
 uum, vt forma essentialis, quidditas essen-
 tialis forma artificialis, vt domus forma.
 Sustentatiuum, vt fundamentum domus.
 Conseruatiuum, dicitur & substantia rei, vt
 cibus quo homo conseruatur. Et quod rem
 conseruat inesse. Tertio substantia in quo
 aliquid hæret, vel subsidet: vt manus calida,
 substantia caloris: & frigida, frigiditatis. Sub-
 stantiarum quæ substant accidentibus, alia
 prima, alia secunda. Prima, substantia dicitur
 particularis, in indiuiduis, vt Petrus, Ioan-
 nes. Secunda, dicitur vniuersalis quæ à pluri-
 bus dicitur: vt substantia generica, & speci-
 fica, & ita pluribus subiicitur, nempe indiui-
 duis, & speciebus, & generi. Substantiæ pri-
 mæ, indiuidua dicuntur: quia primum con-
 creta indiuiduorum, & eorum contempla-
 tio, se sensibus nostris offerunt, postea à gene-
 ra. Porro hic non intelligimus substantiam
 primam, modo quo Metaphysicus, qui pri-
 mam substantiam ordine priorem essentiæ,
 non cognitionis metitur: nempe illam æter-
 nam sine magnitudine, & inuisibile, vt scri-
 bit de ea Arist. lib. 12. Metaphys. c. 7. Et quia
 secun-

secu-
 à pl
 ide
 cum
 nus
 ind
 ind
 iect
 tan
 diff
 in e
 cto,
 tur
 diu.
 Spi
 liter
 cuiu
 ficit
 inte
 alia
 rem
 mar
 hoc
 est,
 & ne
 sum
 tias
 doc
 vnu

secundæ substantiæ vniuersales prædicantur
 à pluribus differentibus genere, vel specie:
 ideò & substantiæ illæ prædicantur seu di-
 cuntur à subiecto, id est ab inferiori, vt ge-
 nus prædicatur ab speciebus, & species ab
 indiuiduis. Primæ autem substantiæ, quia
 indiuiduorum sunt, non prædicantur à sub-
 iecto, quia sub se inferiori quid habet à quo,
 tanquam genera enuntiari possunt. Et in hoc
 differunt hæ substantiæ: conueniunt tamen
 in eo, quòd nullæ substantiæ sunt in subie-
 cto, hoc est, quòd nullæ substantiæ sustineân-
 tur ab alio. Sic substantia speciei, & indiui-
 dui. Rabi Aben Tybbon, lib. פירוש תורה id est, *9*
Spiritus gratia, cap. 10. substantiam genera-
 liter definit in concreto, vt sit quicquid ali-
 cuius rei vim naturamque constituit, & per-
 ficat, vt posteaquam ab eadem re decesserit,
 intereat substantia illa, oriaturque quæpiam
 alia natura. Quamobrem tria quæ absoluūt
 rem, substantiæ nomen recipiunt: nempe
 materia, forma, & ex his compositum, sed
 hoc vltimum vera perfectaque substantia
 est, reliqua ipsius naturæ partes sunt, quod
 & notat Aristot. lib. 7. Metaphys. c. 3. & rur-
 sum lib. 2. Metaphys. c. 6. quasdam substan-
 tias sine materia, & incorruptas, & alternas
 docet. Notantur in proxima finitione duo,
 vnum, quod substantiæ vim & naturam con-
 stituit

stituit rei ex compositione. Secundò, quod eius interitu intereat res, in quibus differt ab accidente, quod non est res quæ substantiam constituat, suo positu, vel quod nō tollit substantiam suo interitu. Galenus tom. 7. comment. in 2. 4. Aphorif. lib. 2. aphorif. Hippocrat. temperaturam ex elementis, vocat naturam. Sequitur hinc, quia substantia capit accidentia, & accidentia sine illa esse non possunt, vt natura substantia prior sit accidente. Vocant itaque Hebræi substantiam *דבר* getzem, id est, *robur*, & *corpus*, & *os*: Græci *ὕλη* & *σῶμα*, essentiam & substantiam dixerunt, vt Philo lib. de Mundo, vbi tamen *δύναμις* naturam cuiusque, *ὕλη* verò substantiam dicere videtur aliquibus, cum tamen alibi, ea cum Aristotele confundat.

De diuisione substantie.

CAP. III.

I Aristoteles lib. 12. Metaphys. c. 7. disputans de celo primo quod æternū esse dicebat, ab aliquo moueri illum concludit, illudque Deo tribuit, etsi, vt solet in arduis, id ancipitibus adstruat rationibus. Et tandē tamen postea, & vitam beatam Deum esse concludēdo, addit hæc. *Quod itaque est quædam*

dam aeterna immobilisq; substantia, & a sensibilibus, separata constat ex dictis. Offensum autem est, quod nec illam magnitudinem possibile est hanc substantiam habere, seruum impartibilis induisibilisq; est. Nam infinito tempore mouet, nihil sero finitum infinitam potentiam habet. Optime is quidem, si iunitate illius substantiae perstitisset; sed quia, & plures huiusmodi substantias definit, non de Deo intelligere vel credidisse mihi videtur, sed de spiritualibus substantiis, & creatis. Quamobrem nec Deum hic miscebimus substantiae praedicamento, cum is sit super omnem substantiam; sed ad substantias creatas diuisionem ex earum distinctione adferemus. Itaque diuisio substantiae secundum Aristot. lib. 12. Metaph. c. 2. erit, ut alia sit sensibilis, alia insensibilis. Sensibilis autem quae sensui manifesta est, aut corruptibilis mobilis: aut incorruptibilis & mobilis. Corruptibilis mobilis est, composita ex forma & materia quatuor elementorum, aere, aqua, igne, & terra, ut plantae & animalium substantia. Incorruptibilis & mobilis habet corpora simplicia, in quantum elementa, qualia aer, aqua, ignis, terra; item orbis caelestes. Insensibilis & immobilis quae sensui non est manifesta, est & immaterialis, cuius substantia actu est, qualia vniuersalia abstracta, vel

ideæ secundum Platonem rerum singularium: item abstracta à materia sensibili secundum Mathematicos. Et substantiæ immateriales, intellectuales, motrices orbium, & secundum se immobiles. Substantias mobiles & etiam mobilia considerat Physicus secundum propriam rationem: immobiles & immateriales Metaphysicus, & alias quatenus sub ente continentur: Metaphysicus est etiam Theologus qui eadem contemplatur. Materiam esse in omni substantia sensibili probatur, ex eo quod omnis substantia sensibilis mutabilis est & mobilis, quia naturalis est. Caterum in omni mutatione tam accidentali, quam essentiali, necessarium est dari subiectum, quod habet rationem materiæ, quæ aliquando est sub vno termino, aliquando sub alio: vt in alteratione, idem subiectum aliquando album est, aliquando nigrum: in augmento, aliquando est sub parua quantitate, aliquando sub magna. Et sic de reliquis accidentibus, substantiæ inhaerentibus. Similiter in generatione substantiali, necesse est dari subiectum, quod recipiat vnā formam cum abiectione alterius: & breuiter, in omni eo quod fieri dicitur naturaliter, vltra duo contraria requiritur tertium, id est subiectum quod sit successiuè exceptiuum contrariorum, videlicet subiectum

etur
diti
Phy
quia
etia
cap.
mat
inqu
bita
rei. C
cont
sens
ad A
in eu
sch
par
sitat
nost
crea
rea,
ta. S
cide
omn
ipse
enti
de
rem
sum
sub

ctum in quo illa mutatio vel priuatio & additio fiat: vt latissimè docet Aristotel. lib. 1. Physicor. à capite 6. vsque ad calcem libri. Et quia materia subiicitur, & fit subiectū, ideò etiam substantia, vt tractat Arist. 8. Physico. cap. 1. & 2. Neque enim materia in quantum materia, hanc vel illam habet formam: sed in quantum est potentia. De forma non dubitatur esse substantiam, quia forma dat esse rei. Qui voluerit alias cognoscere rationes contra Platonicos, Mathematicos, circa insensibilis substantiæ tractationem, recurat ad Aristotelem lib. 12. Metaphys. & ad eius in eum librum interpretes. Sed & generali schemmate comprehendi & representari par est substantiarum variationem & diuersitatem, quod & tradidimus lib. 1. Sintax con nostrarum cap. 4. Eritque alia increata, alia creata, & creata, alia incorporea, alia corporea, alia ex his mixta, seu in vnum composita. Substantia increata, immortalis, extra accidentia, & omnem mutationem, & super omnem essentiam, causaque omnis essentiæ ipse Deus omnium creator: quia entia & nō entia ex Deo sunt, vt ait Porphyrius libro de occasionibus, theoremate. 28. Et theorem. 24. ait Deum non ens sed super ens ipsum. Creata substantia est à Deo: ideò omnis substantia creatione bona, tāquam substantia

ria non mala. Omnia namque quæcunque Deus fecit, erant valde bona. Genes. 1. & 2. Eccle. 3. 9. b. 1. ad Timoth. 4. b. & substantiam rerum in singulis rebus esse, scribit Aristot. lib. 2. de genera. animal. cap. 1. Creati sustantia aut viuens, aut non viuens. Incorporea viuens, Angelus bona essentia: malus, propria existentia & culpa. Anima iuncta corpori bona essentia propria, & sine corpore, mala propter voluntatem. Non viuens, est abstracta materia prima secūdum Philosoph. Mixta substantia est, vt homo ex anima & corpore. Corpora verò substantia, vel simplex est, vel composita. Simplex, vt æther, in quo, decem cœli, cœlum Empiricum, crystallinum, firmamentum vbi stellæ fixæ, & septem planetarum, orbis fixarum stellarum corpora. Planetæ, qui septem, Saturnus, Iupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna. Quatuor prima elementa, vt elemēta, ignis, aër, aqua, terra: quæ substantias vocat Aristoteles naturales, vt & composita earum, opera, lib. 3. De Cœlo, c. 1. Compositæ substantiæ, sunt quas vocat Aristoteles 3. de cœlo, c. 1. substantiarum naturalium, id est quatuor simplicium elementorum opera & motiones. Sic Philo Iudæus libro de Decalogo, contemperationem corporum, & substantiam ex quatuor illis elementis desumptam

ptam, ait. Quo factum est vt res substantiae dicta sunt: & patrimonium, & facultates nomine substantiae signentur, tã in sacris quã in profanis literis. Et Galenus etiã tom. i. lib. 2. De semine: dicit substantiae temperaturã vnde prima generatio alicuius extitit, ex mixtione quatuor elementorũ, & corpus, & animae mores & facultates distinguere. Porro corporea substantia cõposita vel est perfectẽ cõposita ex quatuor elementis, vel imperfectẽ cõposita. Perfectẽ cõposita ex quatuor elementis interdũ dicitur substantia nõ viuens, habens solã essentialẽ rem cõpositam, vt lapides, gemmae, vitrũ, cadauera, lignum excisum, interdũ viuens, vel vita vegetabili, qualia planta, arbor, frutex, herba, frumenta, legumina, & ex his fructus, flores, vel vita. Sensitiua irrationali, qualia animalia, volant a pennis, vel membranis: gressilia: reptilia terrestria vt serpens, aquatilia vt pisces: vel vita viuens intellectuali & rationali, vt homo. Imperfectẽ cõpositam substantiã habent impressiones ignitã ex halitibus siccis, oleaginosi & aliis, stellã cadẽtes, bolides, cometã, &c. galaxias vel lacteus circulus ex radiis solarib⁹ solares apparitiones vt halõ, parelij, virgẽ, soles, &c. itẽ & aequẽ, vt vapor, pluuia, ros, nix, grando: aërea, vt venti, terrã motus, fulmina, &c.

- 7 Aristoteles rursus aliam substantiarum constituit differentiam lib. 1. de partib. animal. c. 5. ut substantiarum quæ natura constant: aliæ sunt ingenitæ, immortalésque seculis omnibus: aliæ mortales, & ortus & interius participes. Et Philo Iudæus libro de agricultura, cum diuisit in bruta, & rationalia, animalia corporea, addit, horum pars mortalis, pars immortalis. Ingenitæ possunt dici simplices & incompositæ animæ, & angelicæ substantiæ, quæ uiuentes, immortales sunt & ingenitæ, nō autem increatæ. Talia etiam corpora simplicia, non tamen uiuentia, sed perseuerantia, & ingenita, non tamen increata. Nam vnum est increatum & ingenitum, solus Deus pater. Illa autem ingenita dicuntur creata, quia ex nihilo facta, & sine præexistente materia, ut scribit D. Damascenus lib. 1. de Orthodoxa fide. c. 9. Galenus Pergamenus tomo 1. operum, lib. quod animi mores sequantur temperamentū corporis certè valde impeditus in consideratione essentiæ animæ, quia veram non norat Christianorum de creatione & substantiæ animæ scientiam, hisce verbis & de ea, & de reliquis incorporeis substantiis loquitur, fassus eas per se subsistere, neque diuersitates temperaturarum admittere. *Essentiam, inquit, anima qualisnam sit, hanc quaquam*
- non

non, nimirum cum ex incorporeorum genere
 eam esse supposuerimus. In corporibus namque
 temperaturas satis superque diuersus inter
 se cerno, easque quamplurimas. At incorporea
 substantia cum per seipsa esse possit, neque
 qualitas aut species corporis sit, differentiam
 nullam intelligo: quauis saepius super ea reco-
 gnouerim, atque acuratius perquisiuerim, &c.
 D. Chrysostomus etiam aequalem animarum
 substantiam à Deo dari ab initio scribit: is
 enim tom. 2. homil. in c. 15. D. Lucae, parabo-
 lam prodigi explicans, ait, *Nos omnes filios
 Dei per creationem esse, & animabus nostris
 Deum aequaliter impartitum substantiam,
 sapientiam, & intellectum boni & mali, quae
 vera & perpetua sunt opes benevolentis. Non
 enim, inquit, quisquam, aut iustus, aut inu-
 stus nascitur, sed quae ex Deo est in prima na-
 tuitate hominibus substantia rationalis
 aequaliter cunctis nascentibus. De subsequen-
 ti autem conuersatione, unusquisque plus aut
 minus huius substantiae possidere inuenitur:
 dum in semetipsis per similitudinem volun-
 tatum esse negligentes, deserunt, diligentes
 naturalia custodiunt bona, &c.* Porphy. ta-
 men, libro τῶν πρὸς τὰ νοητὰ ἀπομύμῳ siue de
 occasionibus, scribit, theoremate 17. diffe-
 rentias quasdam posse afferri incorporeorū,
 eius verba haec sunt. *Ipsa corporeorum appel-*

latio, non secundum communitatem, sed *ἄλλοις ἢ πρὸς τὰ ἐκὼντα ἑξῆς*: sed secundum nudam ad corpora priuationem. Quamobrem nihil prohibet inter illa, alia quidem *ἄλλοις ἢ πρὸς τὰ ἐκὼντα* id est esse essentia alia non essentia. Et rursus alia esse corpora, alia esse *ἄλλοις ἢ πρὸς τὰ ἐκὼντα* cum corporibus: Item alia à corporibus separata, alia vero non separata, praterca alia esse *ἄλλοις ἢ πρὸς τὰ ἐκὼντα* ἢ *ἄλλοις ἢ πρὸς τὰ ἐκὼντα* id est, alia esse per se substantia, alia quæ alius, et sint indigent. Alia denique actionibus *ἄλλοις ἢ πρὸς τὰ ἐκὼντα*, ex se mobilibus, eadem, sed alia *ἄλλοις ἢ πρὸς τὰ ἐκὼντα* quæ alibus actionibus quodam modo permixta, nempe secundum negationem eorum, quæ ipsa non sunt, non secundum assistentiam eorum quæ sunt, appellantur. Neque mirum videri debet, mortales cum simus, si incorporalium substantiarum differentias nequeamus assequi, quando nec eorum quæ videmus substantias nouerimus, prout sunt determinatæ. Nam vt D. Chrysostr. hom. 2. aduersus Anomæos, tom. 5. *Calum hoc formam quidem concamerati perere nouimus, et terram uniuersam ambire, sed qua substantia constet, nescimus. Neque quisquam quid sit docere potest, num humor quidam in gelu coactus, num obdensata nubes, et in spissiore obducta substantiam? num uer crassus et*
 corpo-

D I
 corpo
 mon
 diffi
 mon
 audi
 cogu
 sed t
 diuin
 D. Pa
 existi
 mod
 rat e
 do q
 habe
 open
 tate
 testi:
 quæ
 quæ
 incō
 sensu
 fui
 bute
 spen
 6. o
 qua
 bum
 rum
 capi

corpulentior. De cæteris etiam rebus, Salomon in Eccl. c. i. b. vers. 8. *Cuncta res inquit difficiles, non potest homo eas explicare sermone. Non saturatur oculus visu, nec auris auditu impletur.* Ideo & nos substantias rerum cognoscimus, non verè prout intrinsecæ sunt, sed tantum prout nobis exerunt effectus, vel diuinitus nobis reuelatæ sunt. Quamobrè & D. Paul. i. c. ad Cor. c. 8. vers. 2. *Si quis, inquit, existimat se aliquid scire, non dū cognouit quomodo eū oporteat scire.* In quibus non asseuerat eū nihil omnino scire, sed nihil scire, modo quo oporteat. Quod maxime in his locū habet, quæ ex tota, vt dicunt substantia, aliquid operatur. i. quorū actio ex naturali proprietate est, quæ rationibus cōprehendi non potest: rationibus autē tantum cōprehenduntur, quæ sensibus subministratur. Aliquādo itaq; quædā substantiæ proprietatē habet ratione incōprehensibilem, propter sui subtilitatem sensibus non subministratā, & propter magnā sui altitudinē, vt scribit Galen. in lib. ei attributo. *De incantatione, admiratione & suspensione*, qui inter eius libros ponitur, tom. 6. operum eius. Sicuti nemo dicere potest, quare magnes ferrum trahat: quare plumbum adamantem frangit, quod nec ferrum facit: quare torpedo piscis, manum capientis sensu priuet: nisi concedat id

ex tota substantia, id est latente proprietate fieri, quæ autem illa sit, non explicat: quod & in reliquis sympathiis & antipathiis, & rerum occultarum effectibus potius admiramur, & Deum maximum in suis operibus veneramur, quam causam reddamus propter nostram cognitionis imbecillitatem.

¶ Hæc certè valde abstrusa menti humana: sed & illud difficilius scitu, quomodo immortalis substantia, visibili & mortali copuletur: veluti anima corpori, vel quod excedit omnem humanam capacitatem, filius Dei homini, incomprehensibilis limitato, immortalis omninò & immutabilis mortali, hocque vltimum omnipotentia solius Dei, & eius infinitæ bonitati relinquimus. De primo autem quædam tractant mortales more humano, vt Galenus vel alius quispiã nomine Galeni, libro de Spermate scribit, animam cum corpore coniungi, nõ eo modo quo elementa inter se quatuor commiscuntur, ad constitutionem corporis phisici: sed virtutem animæ, verbo Dei sensibus corporis iungi. Ideò & Porphyrium dixisse, in sapientia hominis esse verbũ Dei. Quod forsã sensit Mercurius Trismegistus in Asclepio c. 3. dum ait, magnum miraculum esse hominem, & animal adorandum, quòd hoc in naturam Dei transeat, cum partem illam

lam
ner
m
inf
sp
qua
trò
gan
id f
& i
cor
& i
ctar
sen
qua
pri
per
scri
vel
quo
qua
por
nib
hoc
nis
qui
rò
cor
san

lam quæ anima est, colit: & ad Dei cognitionem se extollit. Legerant forsan Genesim mundi Mosis, in qua cap. 1. scribitur, Deum insufflasse in faciem hominis, vel narres eius spiritum vitæ, & verbo eius facta omnia esse: quæ certè verissima sententia est, neque vltro ratiocinandum existimo, quomodo iungantur anima & corpus nisi quia Dei verbo id factum primum sit, & eius insufflatione & iussu, & creando Deus animam infundat corpori delineato & instrumenta habenti, & infundendo creat, secundum ea quæ tractantur à sanctis patribus, apud Magistrum sententiarum lib. 2. distinct. 7. c. Nam cætera quæ tradunt philosophi, non ad alligationem primam corporis & animæ, sed ad societatem pertinere videntur: sicuti quod Porphyrius scribit libro τὸν ὡς τὰ νοτὰ ἀφ' αὐτῶν vel de occasionibus, theoremate 7. & 8. quod anima corpori alligatur, conuersione quadam fit ad passiones prouenientes à corpore: rursumq; soluitur, quatenus à corpore nihil patitur. Quod natura ligauit, rursus hoc & natura dissoluit: rursus quod conciliauit anima, hoc & anima dirimit. Natura quidem, corpus in anima deuincit, anima vero seipsam in corpore. Quamobrem natura corpus ab anima separat, animam vero seipsam à corpore segregat. Hæc & alia Porphyrius

2 rius, quæ tamen modum coniunctionis ve-
 re non exprimunt. Admonendi sunt, sacra
 pagine maxime professores, eius quod tra-
 dit D. Damascenus in Dialectica c. 11. Quos-
 dam philosophos distinxisse substantiam à
 natura, forma, persona, indiuiduo & hypo-
 stasi dicentes substantiam, quod simpliciter
 est. Naturam autem, substantiam specifica-
 tam à substantiis differentiis simplici-
 ter, & taliter esse habentem, siue ea fuerit
 rationalis, vel irrationalis, mortalis vel im-
 mortalis. Sed particulariùs existens, voca-
 runt hypostasim, personam in homine. San-
 cti tamen patres, hanc battologiam præter-
 mittentes, specialissimas species, substantiã
 & naturam & formam dixerunt, vt Angelũ,
 hominem, equum, canem, &c. quia & *ουσια*, i.
 substantia, quæ ab *ουσια* fit, id est esse, & *ουσια*
 id est natura quæ à *ουσια* idem sunt, quia
ουσια & *ουσια* idem sunt. Particulare autẽ
 vocauerunt indiuiduum & personam & hy-
 postasin, vt Petrum & Paulum: Hypostasis
 autem vult habere substantiam cum acci-
 dentibus, & secundum seipsam subsistere, &
 sensu, id est actu, considerari. Nec fieri po-
 test vt duæ hypostases non differant acci-
 dentibus, & numero. Hæc tenus Damascenus.
 Græci *υποστασις* dixerunt subsistentiam, pro
 ea substantia in qua aliud insidet, à ver-
 bo

bo
 ciẽ,
 tar
 not
 chi
 Pro
 iw
 prie
 do
 & r
 Fide
 bra
 sub
 qua
 spe
 fter
 ctus
 prie
 rati
 mix
 tres
 ex
 prie
 tate
 rñ
 In
 sus
 illa
 lata
 qui

bo ὑπόστασις, sustineo. Hysichius προσωπον. i. fa-
 ciē, id quod videri vel cognosci per proprie-
 tates substantiæ attributas potest, vel quædā
 nota substantiæ manifesta. Nā & idē Hys-
 chius ait, προσωπον ἐστὶ συνδρομή ιδιοτήτων,
Prosopon vel facies, est cōcursus proprietatū.
 ἰσότητος itaque, erit, idem quod ἰδιότης pro-
 prietas, & id cui aliquid innititur, & certitu-
 do quædā. Sic etiā apud D. Paul. a d Heb. c. 3.
 & II. ἡ πίστις ἐστὶ, ὑπόστασις ἐπισημομένων, id est,
Fides est sperandorū substantia. Textus Hæ-
 bræus habet *רפיו* gnitier *fundamentum* &
 substantiā, significās fidē cui adhæreat, vel
 quæ nobis representet, quæ per eam assequi
 speramus, veluti certitudinē illā non subli-
 stentiū præbentē. Vt etiā ibidē Theophyla-
 ctus interpretatur. Est igitur hypostasis, pro-
 prietas quædā certū quid demonstrans. Qua
 ratione dixerunt sancti patres, in Deo esse
μία ὑπόστασις, τρεῖς ὑποστάσεις. Vnā substantiā,
tres hypostases. D. Greg. Naxian. *εἰς τὰ ἰπιοφ.*
 explicat, in diuinis ὑποστάσις, esse ἰδιότης pro-
 prietatē, dicitq; quod in sanctissima Trini-
 tate, sit τὸ ἀσύχρητον τῶν τριῶν ὑποστάσεων ἢ
τῆ μίᾳ φύσει καὶ ἀφία τῆς διότητος. id est,
In vna natura & dignitate Deitatis, incon-
fusa trium personarum distinctio. Est itaque
 illa hypostasis, proprietas ad Deitatem re-
 lata: tria enim sunt in Deitate vnā, quæ,
 quia propter impiam sermonis nostri,

qui in rebus tantum humanis efferendis, vel quatenus humana respicit, formalis est, non possumus exprimere quia super omnem creaturarum omnium visibilium vel inuisibiliū captum hæ sunt: ideò ad illos tres vel illa tria consubstantialia explicanda, humanis etsi non omninò vim tantæ excellentiæ exprimentibus verbis vti oportet. Dicimusque tres personas in vnitæte Dei, consubstantiales, idq; apud Latinos, vt docet D. Augustinus lib. 5. de Trinitate c. 10. & lib. 7. de Trinitate ca. 4. Sic paternitas hypostasis & proprietates Patris, filiatio Filij, processio Spiritus sancti, quæ de Deo dicuntur non accidentaliter, sed ratione relationis in proprietate, personas maluit dicere D. Augustinus, Græci *ὑποστάσεις* vt doctè explicat D. Ioannes Damasc. lib. 1. de Orthodoxa fide c. 8. & 9.

Axiomata substantiæ, ex Aristotelis Categoriis, & aliorum sententia.

C A P. I I I I.

- 1 **C**ommune est omni substantiæ, in subiecto non esse.
- 2 Inest secundis substantiis, id est vniuersalibus & differentiis substantialibus, vniuocè prædicari. Vniuoca dicuntur, quorum nomen est commune, & ratio substantiæ secundum

cundum illud nomen, est eadem. Sic nota primam substantiam, id est particularem excludi à prædicatione, & non esse illam prædicamētum, quia nullum sub se habeat subiectum.

3
 Omnis substantia, videtur hoc aliquid significare. Verius tamen hoc tribuitur primæ substantiæ particulari: hoc aliquid indiuiduum significat, id est aliquam particularem rem & singularem, & indiuiduam substantiam. Ut vocabulum Ioannes, hoc aliquid, id est hunc hominem significat, item hic Taurus, iste canis, &c. Secunda autem substantia & vniuersalis, videtur significare hoc aliquid secundum appellationis figuram, id est propter modum denominandi primas substantias. Et appellatiuè per secundas substantias, veluti quia Petrum & Ioannem dicimus esse hominem & animal: sicque nominibus secundarum substantiarum, appellamus primas substantias. Ita secundum apparentiam externam, secundæ substantiæ videntur significare hoc aliquid, & ita interpretatiuè, Titelmanus lib. 2. de prædicam. c. 21. additque secundas substantias primario magis significare quale quid, id est communem substantialem naturam: Secundario autem, existentem in aliquibus naturam. Quod & Casarius in prædicamento substantiam

stantiæ & eius proprietatibus probat.

- 4 Inest substantiis nihil esse contrarium: id est, substantiæ non habent contrarium, sic substantia hominis, non est contraria substantiæ equi vel bouis. Et si quando inter se videantur contrariæ, illud non per se, sed per accidens: vt substantia ignis aquæ contraria, non per se sed per accidens qualitatis, frigidi & calidi. Contraria illa sunt, quæ propria natura talia sunt: vt albedo, nigredo, frigidum, calidum &c. ratione quorum accidentium, possunt dici contrariæ res: & hoc commune substantiæ cum quantitate, cui nihil etiam contrarium. Nam cubitus, tricubitum, sibi contraria non sunt, nec huiusmodi similib. Nota itaque, quia substantiæ nihil est contrarium, in substantia non esse motum, vt tradit Arist. lib. 4. Physic. cap. 2.

- 5 Substantia non suscipit magis vel minus: vt Ioannes, non est magis homo, quam Petrus: nec hic equus, magis equus quam ille equus nec homo magis animal, quam brutum. Breuiter concludere substantiam non prædicari à subiectis sibi indiuiduis vel speciebus secundum magis & minus. Inter se tamen substantiæ primæ & secundæ, magis & minus incipiunt. Nam primæ substantiæ indiuiduorum, quia à sustentando dicuntur, magis substantiæ quam secundæ & vniuersales

falses
vniuersales
den
secundæ
quæ
magis
resp
nis
magis
den
ctio
gnu
magis
Atq
iore
non
viti
ri m
rem
sub
in te
tiam
magis
tia
pote
cun
S
rum
cun

fales dicuntur, quia magis primum substāt vniuersalibus, ad quas relatiuum ponere videntur. Deinde accidentibus substāt, nō ita secundæ vniuersales quæ non ita substāt, quia aliis non supponuntur. Intellige autem magis ac minus non suscipere substantiam, respectu accidentium, non ratione intentionis & perfectionis. Nam nec vna substantia magis vel minus non dicitur substare accidentibus, tamen quantitatem ratione perfectionis & virtutis suscipit: sic dicitur magnus orator, minor & maior autoritas, & magis vnus homo alio rationalis & melior. Atque sensu patet substantias aliquādo maiores, aliquando esse minores. Nam infans non adhuc, ratione vtitur, homo perfectus vtitur. Fructus minores non perfecti, maturi maiores. Et de forma essentiali interdum remittitur, interdum illa augetur, maiorque substantia in quercu annosa & magna, quàm in tenera. Nec dicimus non suscipere substantiam maius & minus, nam illa suscipit, sed magis aut minus, vt vnum quod est, substantia dicatur magis substantia quàm aliud. potest tamen dici maior substantia, vt in secunda regula quantitatis etiā admonemus.

Substantiæ susceptibiles sunt contrariorum, vnum & idem numero remanentes, secundum tamen sui aliquam mutationem.

Dico susceptibiles, non suscipere: quia suscipere simul contraria nequeunt, verum possunt vnum post aliud, vt nunc corpus friget, postea calet: nunc stat, postea sedet: & incorporeæ, volunt modò aliquid, modò nolunt. At simul & semel & eodem tempore, vna & eadem substantia non debet diuerso iure censerì, Innocen. 3. summus Pontifex c. 2. 2. quia circa, de priuileg. lib. 5. Decretal. tit. 33. & in l. eum qui ædes, de vsucap. lib. 7. tit.

De quantitate.

C A P. V.

- ¹ **P**ost substantiæ tractationem, optimo ordine ad quantitatem descendere admonemur: siquidem in quantitate aliquid comperimus quod cõiungatur successione quadam, substantiæ: & medium quoddam inter ipsam & hanc. Nam vltra id quod sibi mutuò communicant in participatione eius quod nec substantiis nec quantitati contrarium quicquam est, adhuc vnum quoddam quantum est, quod nec substantia nec prædicamentum quantitatis sit, sed quoddam quod vtrique cõueniat. Est nãque illud quantum, quod nos inter principia nostra transcendencia posuimus in magnitudine, quo gradus perfectionis & virtutis, etiã in substantiatis

stantiatis discernuntur in ipsamet substantia
 positū. In quo differt à prædicamento quan-
 titatis, quod est ens mensuratiuū, vel dimēsi-
 uum substantiæ, videlicet quantitas, est es-
 sentia per quam mensuramus substantiam,
 aut re ipsa, aut distinctione proportionum,
 vel per numeros. Vt autem vtriusque diui-
 sionem compendiarium memoriae fideliter
 commendemus, subiicimus nostro more
 Schema lib. 5. Syntaxe in artis mirab. cap. 2.
 quod ibi videto ne repetamus idem bis. ali-
 ter breuius: Quantitas alia rei, vt magnitu-
 dinis, multitudinis alia vt quot res: multi-
 plicitatis alia rei, vt quoties: item distribu-
 tionis alia rei quotuplex. Aut propositionis
 vel orationis vniuersalis, particularis, inde-
 finitæ, singularis. Aut syllabarum longarū,
 breuium, ancipitum. Aut accidentis in ex-
 tenso vt maius: in inteso, vt magis album:
 in remisso, minus album. Aut continua, vel
 discreta.

A X I O M A T A V E R O

Q U A N T I T A T I S H A E C

pauca sunt.

1 Quantitas quantitati contraria non est, 4
 quod commune cum substantia: per accidēs
 tamen contraria potest esse: vt dicimus li-
 neam curuam, lineæ rectæ contrariam, quia

rectum & curuum qualitates cōtrariæ sunt. Sic tempus hyemale æstiuo contrarium, nō per se, sed ratione effectū. Nam hyemis & æstatis qualitates contrariæ sunt. Sic dies nocti non per se opponitur, sed per accidēs, per priuationem, & habitum. Neque multū & paucum, & magnum & paruum propriè quātitates sunt, sed ad aliquid, siue relationem significant: nihil enim per se magnum vel paruum, nisi ratione alicuius dicitur. Vt homo respectu grani milij, maximus dicitur: respectu alterius hominis, magnus: sed respectu domus, paruus: & respectu montis, vel ad mundi altitudinem comparatus, paruissimus: idem de cæteris coniiicito. Porro in his quæ ad aliquid sunt, nulla inuenitur contrarietas.

5 2 **Quantitas** non suscipit magis nec minus. Dico magis, non maius: magis enim perfectionem denotat vt non possit quantitas magis esse perfecta quàm sit: veluti numerus vnus seipso nō potest esse perfectior in suo numero: verumtamen potest recipere maius, id est potest extendi vel contrahi, & maior & minor esse potest. Quæ habent etiam locum in substātia: verum in eo quod maius vel minus dicitur, non sub quanto est, sed sub aliquid, & relatione.

6 3 **Maximè proprium** quantitati, quod secundum

cundum eam æquale vel inæquale quid dicitur. Nam secundum longitudinem latitudinem, corpus, pondera, syllabarum quantitatem, mensuram, & huiusmodi, quantitate res æquales vel inæquales dicuntur. Æqualitas autem hic & inæqualitas, restringuntur ad quantitatis modos, non autem intelliguntur de æqualitate vel inæqualitate quantitatum, & aliorum. In continuis quæ sunt eiusdem speciei & mensuræ, æqualitas inæqualitas, diuersa existente mensura, eadem tamen remanente specie. Sic duæ lineæ æquales vel inæquales, & duo corpora, &c. Et tempus per modos mensurandi æqualis vel inæqualis, per horas, dies, & annos, &c. Breuiter secundum speciales modos mensurandi, fiunt quantitates vel inæquales, vel æquales.

Et ex his, quantitas considerata, satis explicat naturam eius quod quantum dicitur. Quantum namque dicitur, quod est diuisibile, vel mensurari potest, ut scribit Aristot. 5. Metaphys. c. 13. Quamobrem si noris aliquid quantum dici, vel esse, statim cognoscas necesse est, certum & finitum esse, vel tempore, vel loco, vel aliqua mensura, ut scribit idem Arist. lib. Problem. sectione 5. quæst. 25. Qua ratione & corpus sub substantia, in quantum naturale est ponitur: & sub

quantitate in quantum Mathematicum est vel mensuratum, vt scribit D. Damascenus lib. Dialect. c. 33. & Paul. Juriscon. certum dicit, vbi quantitas adiicitur in l. 6. certum est, de reb. cred. lib. 12. §. tit. 1. Sed de quantitate, quæ Jurisconsulti sentiāt, in iure latius Deo fauente dicemus.

8 Medici considerant etiam quantitatem, plus vel minus, vel ratione molis, vel qualitatis, vt tractat Galenus tomo 7. comment. in aphorif. 17. lib. 2. Aphorif. Hipocrat. Sunt enim medicamenta vel pharmaca, quæ etiā in modica quantitate molis sumpta, tamen intensam & magnam operationē exequuntur. Sicuti mandragora, papauer, cicuta, &c. Alia verò non nisi confertim ingesta, mole sui nocent, sicut dum nimium quis cibo impletur, vel mero.

9 4 Axioma Plotini, lib. 7. Enneadis quartæ cap. 7. ab omni magnitudine exceptæ sunt intelligentiæ: primū, vt ipsum pulchrum, ipsum iustum, similiter & eorum intelligentia. Quapropter accidentia, nobis impatibili quodam animo apprehendentur, atque in hoc ipso impatibili sita manebunt.

De relatione, siue ad aliquid.

Plato lib. 13. in Theæteto, vel de scientia, ¹
 scribit, nihil secundum se ferè quicquam
 esse, sed in mutuo congressu omnia, fieri, &
 omnigena propter motum. Et nihil esse vnū
 secundum seipsum, sed alicui semper fieri,
 ipsum autem esse vndique accipiendum. Pa-
 chymerus itaque in Epitome decem gene-
 rum scribit, ad aliquid esse ea, quorum vis
 omnis, aliorū esse dicitur, idque secundum
 Platonem, aut secundum Aristotelem, quo-
 rum vis omnis aliorū esse dicitur, aut quo-
 quo modo ad alia refertur. Quæ vltima fi-
 nitio substantias excludit, quas tamen pri- ²
 ma Platonis complectitur. At facilius quis
 hæc comprehendet, si annotet, ad aliud idē
 esse quod relatiuum, siue id quod refertur
 aut dicitur in ordine ad aliud. Sic seruus, re-
 spectu domini, dicitur: pater, filij: magnum ³
 & paruum. Duplicem autem constituimus ³
 relationem, realem videlicet, & secundum
 modum dicendi: & exemplis illustrauimus
 summatim in Syntaxibus lib. 5. cap. 3. quæ
 ibi videto. Aristoteles tamen lib. 4. Topico. ⁴
 cap. 4. aliam tradit quoque diuisionem rela-
 tiuorum: vt ad aliquid dicuntur ex necessi-
 tate, non necessariò simpliciter. Ex necessita-
 te in eis aut circa ea sunt, ad quæ dicuntur: vt
 dispositio & habitus, & commensuratio: in
 nullo enim alio possibile est esse quæ dicta

sunt, quàm in eis quæ dicuntur. Non necessarium ad aliquid, ad quæ dicantur, relatiua quæ contingunt. Quemadmodum, si scibile quid est anima, nihil prohibet scientiam sui habere animam, non necessarium autem: possibile est enim, & in alio esse hanc eandem. Alia verò non simpliciter contingunt in eis esse, ad quæ dicuntur, vt contrarium in contrario: neque scientiam in scibili, nisi scit scibile animal vel homo.

A X I O M A T A

Relatiuorum.

- 5 1 Relatio contrarietatem suscipit interdum: nam virtuti vitium contrarium, scientiæ ignorantia. Dico interdum, quia nō omnis relatio contraria suscipit, qualis ea quæ est proportionis, vt duplum ad simplex, maius ad minus &c. ideoque verius illa obtinet in his quæ secundum modum dicendi, relationem includunt, quanuis nec in illis semper.
- 6 2 Relatio suscipit magis & minus, ratione eius, vel qualitatis, vel alterius cui adhæret, si ea recipiant intentionem vel remissionem. Vnde dicuntur res similes vel dissimiles magis vel minus. Nam & hoc ad aliquid, conuenit qualitatibus.
- 7 3 Omne Relatiuum respicit Correlatiuum,

ve

vel vt dicitur ad conuertentiam. Conuertētia porro est mutua ex sese depēdētia duorum correlatiuorum, vt seruus habet dependentiā à domino, & dñs à seruo. Sic pater à filio dicitur, & cōtra. Ne tamen cōfundas cōuertentiam siue *ἀντιστάσεις* cum conuertibilitate, & conuersione, quia hęc differunt. Conuertentia namque est dependentia mutua correlatiuorum in alicuius casus declinationis expressione, vt filius patris, vel patri, &c. Dominus serui, seruorum, seruis, &c. pater filij, æquale æquali, similis simili &c. Conuertibilitas est æqualis duorum terminorum conuertibilium verificatio: vt species & differentia specifica, definitio & definitū. Couersio est transmutatio subiecti in prædicatum, & contra.

4 Relatiuorum ea est natura, vt vno illo-⁸rum posito aliud ponatur, & vno sublato tollatur & alterum. Quod intelligendum de positione & sublacione eius quod est relatiuum: non de sublacione vel positione essentialis substantialis. Nam mortuo filio, remanet quidem pater, substantia: sed non tamen verè pater dicitur: quia enim filius non est, ideo nec pater. Sic mortuo patre, filius remanet, non tamen filius relatiuè nō est, quia correlatiuum perit: cū enim perit caro, perit generatio paterna & materna, vt scribit

D. Chrysoſtomus in poſterioribus homiliis in Matthæum homilia 33. in cap. 20. Matth. Hinc fit, correlatiua videri habere quandam communem naturam vnã, quia vno ſubſtrato, alterum non ſubſiſtit. Nec ſcientia ſine ſcibili, nec opinio ſine opinabili eſt, & contra. Quamobrem apud iuriſconſultos etiam relatiuum, eſt in eo quod refert, & eiſdem naturæ correlatiua cenſentur apud Papinianum in l. 77. aſſe toto, de hæred. inſtituend. lib. 28. . π . tit. 5. & apud Martianum iuriſconſultum in l. 18. cùm ſeruus, de conditionib. Inſtitution. lib. 28. . π . tit. 7.

- 9 5 Qui determinatè & definitè nouit vnũ relatiuorum, neceſſe eſt vt per conſequens noſcat & alterum. Qui nouit enim quid ſit pater, & cur ita dicatur, nouit ſtatim quid filius, & quare ita dictus: ſic de reliquis. Quãobrem & circumfertur illa vulgaris paræmia: cognito vno relatiuorum, cognoſci & alterum: & correlatiuorum eandem eſſe diſciplinam. Si enim dicas, dominum¹, ſtatim neceſſario conſequens eſt, vt ſcias cuius ſit dominus & habere ſeruum. Quod & in cõtrariis verum eſt, quia relatiua etiam cõtrarietatem admittunt, vt primo axiomate diximus, & vtrumq; tam de cõtrariorũ, quã relatiuorum¹ mutua cognitione, ex altero eorum, tradit Aristo. 5. Ethicorum. Et Caius

Iuriſcon

Iuriſ
alien
his
ſi cog
int
in 5.
tit. 1.
ſtra
cura
dean
ne ſu
neut
ff. de
alien
poni
les. C
refer
eam
rum
turu
fider
ſpec
toru
rum
tere
de n

Iurisconsultus in l. i. de his qui sunt sui vel alieni iuris, lib. i. tit. 6. *Videamus, inquit, de his personis quae alieno iuri subiecta sunt, nã si cognouerimus quae ista persona sunt, simul intelligemus quae sui iuris sunt.* Et Iustinianus in §. i. de tutelis lib. i. *Institutio. iuris ciuil. tit. 13. Ex personis, inquit, quae in potestate nostra sunt, quadam vel in tutela sunt, vel in curatione: quadam neutro iure tenentur. Videamus ergo de iis quae in tutela vel curatione sunt, ita intelligemus ceteras personas quae neutro genere tenentur.* Facit l. qui accusare, ff. de accusat. item §. i. de his qui sunt sui vel alieni iuris in Institut. ciuil. lib. i. item l. Pomponius, §. sed & is ff. de procura. & aliae similes. Considerare itaque debemus, ad quid referatur actio vel oratio nostra: nam per eam considerationem multum variatur rerum & actionum tractatio. Vt qui exploraturus est facultates naturales, oportet consideret primùm ad quid sibi proponat, num spectet vel ad facultatem hominis, vel brutorum, vel alicuius horum, vel inanimatorum dirigatur intentio, ni errorem committere velit, vt scribit Galenus tomo 5. lib. 3. de naturalib. facultat. cap. 2. & 4.

De

*De agere vel actione & passione,
& de opere.*

C A P. V I I.

- 1 **S**uperiora Prædicamenta, adiuncta qualitate, quam nos ad calcem reiecit Aristoteles in Categoriis explicauit, reliqua autem sex quæ supersunt, non est speciali explicatione dignatus, existimans & illa in relatione contineri, vel ex superioribus colligi posse. Quamobrem & Gibertus Porretanus, librum de sex principiis ad Aristotelis Categorias adiunxit, vt explicaret quæ Aristoteles tanquam facilia per se cognitu, prætermisit. Nos etiam vt latior dicendi & interpretandi campus in nostra arte pateat, illa sex seorsim explicabimus, vt ex singulis & rationes, probationes, & solutiones ad argumenta adferre possimus. Cæterum vt ex prædicamentis decem, nouem tantum cellulas & distinctiones secundum numerum principiorum Metaphysicorum nostrorum colligamus, supponendas superioribus, Actionem & Passionem vnico capitulo, & vnica cellula comprehendemus. Quia etiã videntur inter se mutuò natura colligata, vt sine vno aliud esse non possit: nec actio nisi respectu patientis, nec passio nisi intuitu agentis dicantur: quodque de vno dicitur
actiue
- 2

acti
enir
qua
prie
alio
inci
vt in
ath
fime
cui l
Nar
natu
tu ca
vt fi
& p
pati
de S
2. Et
esse
Acti
tus.
3 2 .
his o
nem
pass
illis
de s
nem
acti

actiuè, de alio & passiuè intelligitur. Neque enim agens, quicquam ea ratione prius est, quàm patienti congregiatur: neque patiens, priusquam agenti. Quod enim congregitur alicui, & vim efficiendi habet, vti in aliud incidit, ibi tum primum emicat patiens, vt iisdem verbis scribit Plato lib. 13. in Theætheto vel de scientia. Quare de vtroque simul egemus, distinguendo tamen quæ alicui horum particulariter conuenire possunt. Nam & actioni & passioni vnam subiecit naturam Aristot. lib. 1. de generation. & motu cap. 6. Igitur Galenus actionem diffinit, vt sit motus ex faciente in patiens: vt sanè, & passio motus in patiente, ex faciente in patiens, tomo 3. lib. de multitudine, & libro de Symptomatum differentiis. Et Arist. lib. 2. Ethicor. ad Eudemum, Actionem motum esse scribit: Rursum lib. 2. de anima cap. 5. Actionem & passionem esse respectu motus. Quod & Plato sentire videtur, dum lib. 3. 2. in Timæo vel de natura, passionem, ex his quæ vel facilè vel difficilè mouëtur, breuem & longam oriri ait & transfundi. Nam passio est continens actionis: & id etiam ex illis, videtur collegisse Porretanus libro suo de sex principiis, ex quibus cõcludit, actionem, vel id quod per se mouetur, alterius actionis causam esse. Perfectam autem (ex primo

primo Galeni de locis affectis) definiemus,
 actionem siue functionem vel operationem
 esse motum actiuum, qui à facultate procedit,
 quæ Græcis *ἐπιπύεια*. Est autem facultas
 vel potentia, actionum causa: proinde illa
 pereunte nulla sequetur actio, nec per consequens
 opus quod est id quod iam factum & completum
 est per actionem. Sic nulla inde functio,
 quia facultate corrupta, & actio & functio
 sequitur corrupta, vt scribit Galenus lib. 2. de
 natur. facultat. cap. 8. tom. 1. Idem Galenus tom. 1.
 lib. 1. de natural. facultatib. cap. 2. & lib. 7. de
 vsu pulsuum, in principio, adiicit rationem,
 cur dixerit motum actiuum: *Quia, inquit, plerumque motus
 fiunt patiēdo, quos sane passiuos etiam nuncupant,
 qui cum partibus quibusdam accidunt, cum
 ab aliis mouentur. Is enim motus inest ossibus,
 qua in brachijs & cruribus sunt, sitq; à
 musculis, qui ipsis insunt, nunc quidem extra,
 nunc autem intra ad articulationes, ossa
 mouentibus.* Et hæc est in genere verissima
 actionis diuisio, genus & causam continens,
 nempe facultatem à qua causatur. Quam ob rem
 & actiones particulares etiam variant finitionem,
 sumendo facultatem illis propriam à qua procedunt,
 & finem, nempe actum pro differentia, ad
 quam diriguntur: sic referunt species facultatum

D
 tatur
 tural
 Qu
 bet
 susci
 buna
 timē
 cio, à
 stitu
 pro
 ction
 fruen
 titul
 perfe
 guan
 ua vt
 guun
 Cod
 mina
 iura
 crim
 fere
 vbi i
 suam
 nali
 term
 ctio.
 mus
 alia t

tatum, vel vitalium, vel animalium, vel naturalium. Dehinc, vsum explicant ad finem. 4

Quo fit, vt Iurisconsultorum actio, quia habet facultatem & vim agendi à iure, & finē suscipit vt consequamur debitum, & in tribunali tantum mediante iudice, dicatur optimè ius persequendi quod debetur in iudicio, à Iustiniano in §. 1. de actionib. lib. 4. Institutio. iuris ciuil. tit. 6. Accipiunt enim ius pro potestate & facultate, vel facilitate actionis, vt ius seruitutis, ius eundi, vtendi, fruendi, id est potestas & facultas, passim in titulis de seruitutib. & de vsufructu. Adduat persequendi, vt actorem signent, & distinguant ab exceptione, quæ est actio defensiva vt constat tit. de exceptionibus. Et distinguunt à fine, actionem criminalem, vt titulo Codicis Iustiniani, Quādo ciuili actio criminali præiudicet. Quæ facultatis sunt, & iura agendi vel accusandi: sed vna facultas crimē, alia ciuilem respicit causam, pro differentiis. Quia & omnes æquè in iudicio, vbi ius & facultas agendi singulariter per suam facultatem, quæ intelligitur in criminali vel ciuili negotio diuersimodè, & ita terminatur propria materia & fine eius actio. Actiones diuisimus item & explicauimus latè in §. lib. Syntaxeôn cap. 4. & 5. vt alia transiens, alia manens, & earum subdiuisiones

uisiones: item actiones corporis animales, & naturales, vt non opus sit repetitione: & inibi quoque de acceptionibus passionis, ex quibus secunda est ex Aristotelis libro *πρὸς ἰπποκράτην*: Tertia ex 3. de anima: itē de axiomatibus actionis & passionis. Porro vltra in rebus naturalibus, tum aliqui philosophi vt Aristoteles, & Stoici, & alij medici, inter quatuor primas qualitates, tribuunt frigidum & calidum actionē: atque humidum & siccū, pro patientibus iis subiiciunt. Quod improbat Galenus, vultque omnia agere & pati, vtpote prima principia: fatetur tamen cum Hippocrate & aliis, frigidū & calidum magis agere, humidum & siccum, magis pati, idque scribit tomo 1. lib. 1. de natural. facultatib. c. 3. & libris de temperamentis. Maximus certē vsus actionis & passionis in omni disputatione & inquisitione. Nam & per eas, opera examinantur quæ ab his procedunt, & actus tum hominum, tum aliorum animalium, rerūque aliarum naturalium, & stirpium, & pharmacorum effectus. Vocat Galenus tomo 1. lib. 1. de natural. facultatib. c. 1. id quod iam factum atque completum per actionem est, veluti in naturalibus actionibus, sanguinem, carnem, neruum, affectionem, ipsum actuum motum: causam verò, à qua actio hæc procedit, facultatem: vbi &

- 6
7

notat, quod licet actionem naturalem opus quoddam appelles, seu concoctionem digestionem, & si ita loqui licet sanguificatione, non tamen contra licet, opus actionem vocare omnino. Quo fit, vt actionis verbo, & opus, & actum contineri dicere possumus, non contra, operis & actus nomine, actione. Et utroque modo apud Iurisconsultos, actio sumitur & pro actu, vt actio pia, pro facto pio, in authen. hoc ius porrectum, de sacrosanct. Eccles. lib. 1. C. tit. & apud Vlpianum in l. 3. §. fina. de donatio inter vir. & vxor. lib. 24. n. titu. 1. & alibi. Accipitur & pro motu actiuo, qui a sua facultate procedit: facultas autem, ius & potestas dicitur, vt in principio diximus, ex §. 1. de action. lib. 4. Institut. iuris ciuil. tit. 6. Vbi definitur actio, ius vel facultas persequendi in iudicio, quod debetur. Pro qua facultate annotent Iurisconsulti, primum quod diximus, secundum genus facultatis oriri actionem, ei facultati propria. 8 Porro facultates, actionis vel passionis in iure, vel ex lege, vel eius ministro seu interprete nempe principe, vel ex hominum consensu, vel ex rebus ipsis oriuntur. Ex lege inquam, siue illa sit naturalis, siue diuina, siue humana. Et rursum siue haec humana fuerit gentium, siue ciuilis, siue canonica, vel consuetudinis legitima: generalis vel particularis,

vt ciuitatis, oppidi, vel fori alicuius iudicis,
 cuius consuetudinem particularem, vocant
 Stylum, quasi propriū morem descriptum.
 Et istæ facultates agendi vel patiendi, id est
 non agendi, vel legis, vel principis, vel ma-
 gistratus, dicuntur præcepta & prohibiti-
 ones, & communi vocabulo sanctiones, ma-
 ximè si cum pœna fiant. Hinc dicimus, iustè
 vel iniustè agere licere, vel nō: vel per legem
 & principē licere, vel non: videlicet licere,
 quæ agere ab his permittantur: non licere,
 quæ vetantur: vt scribit Paul. Juriscon. in l. is
 filius qui fuit in potestate, de condition. &
 demonst. lib. 28. ¶ tit. 7. Atque ex illa gene-
 rali facultate, pendent facultates & poten-
 tiæ aliæ, quæ producere queunt actionem
 aliquam efficacem ad opus & negotium ali-
 quod. Nam si facultates permittuntur, vel
 consentiant, vel non pugnent legibus & su-
 perioribus, legitimam & validam producūt
 actionem: contrariæ autem, illegitimam, &
 ex qua non licet agere, Paul. Juriscon. in l. 6.
 legitima conuentio, vt Vlpian. in l. 7. iurisgē-
 tium, §. prætor ait, de pactis lib. 2. ¶ tit. 14.
 Imp. Anton. in l. 6. pacta quæ contra, de pa-
 ctis lib. 2. C. tit. 3. cum similib. Constat autē
 in conuentionibus, vel hominum commer-
 cio, varia determinari, & ex voluntatis fa-
 cultate quæ cuique adhæret, diuersa limita-
 ri nau

ni mutuo hominum consensu. Quamobrem
 ex eorum voluntate determinati consensus,
 cōtractus, vel cōtractiones & restrictiones
 limitationesque voluntatis variæ rraditæ &
 à Iurisconsultis generaliter selectæ: scorsum
 & ordinatæ. Quæ dicuntur ideò contractus
 sub conventionis genereliori vocabulo, ve-
 luti species in differentiis specificis: namque
 latius nomen conventionis, contractu, vt
 scribit Vlpian. in l. 1. §. conventionis verbum,
 de pactis, lib. 2. π. tit. 14. Illa autem authori-
 10
 tas contractuum legitimè determinantum,
 dicta est obligatio, nempe iuris vinculum,
 quo necessitate adstringimur, ad aliquid dā-
 dum vel faciendum secundum ciuitatis iura,
 vt scribit Iustinian. in §. 1. de obligatio. lib. 3.
 Instit. iuris ciuil. tit. 14. At quia limitatio vo-
 11
 luntatis & conventionis, reipla interdū mani-
 festatur, interdū literis, interdū verbis, inter-
 dum alio cōsensu: tot etiam cœperunt esse
 contractuum differentia, in §. fi. de obligat.
 & apud Paulum, Iulianum, & Caium, in l. 1.
 2. 3. 4. de action. lib. 44. π. tit. 7. Tot etiam 12.
 cœperunt esse potētia & facultates ex obli-
 gationum nexibus quæ actiones sui nomi-
 nis exerunt. Hinc consequuntur actiones
 locati, empri, venditi &c. per proprios titu-
 los dantur & exercentur, secundum iura, ad
 consequendum, vel faciendum, vel prohi-

bendum, quæ à facultatibus vt finis, pendet.
 Et quia etiam nobis, non ab hominum con-
 uentione, sed legis autoritate sæpè aliquid
 agere vel pati conuenit, secundum finem &
 potestatem determinatam à lege, eius &
 nominis actionem vocamus. Dicimus itaq;
 actionem ciuilem, & criminalem, ius vel fa-
 cultatem à lege, vel iniunctam vel datam
 accusandi vel agendi ciuilitèr vel criminali-
 ter, vt tit. C. quando ciuilis actio criminali
 præiudicet. Sic Iustinian. in §. Omnium, De
 obligationib. tit. gener. obligationes ex le-
 ge iure aliquo confirmatas, & ex prætoris
 iurisdictione cõcessas, memorat. Habes ita-
 que ante actiones, conuentiones: dehinc de-
 terminationes perfectas, in quibus compo-
 sitionis integritas, præfert vinculum obliga-
 tionis, idest indissolubilem conuentionem,
 ex qua facultas propria agendi oritur, & a-
 ctio. Sicuti & quatuor elementa, primò con-
 ueniunt, & faciunt generalem compositio-
 nem & Chaos quoddam: dehinc secundo,
 determinant partes similes, vt ossa, carnes
 & reliqua: & ultimo in loco, certas dissimi-
 lares constituunt cum suis facultatibus &
 actionibus proprias, vt pedes, manus, & hu-
 iusmodi, vt scribit Aristot. 2. De partib. Ani-
 mal. cap. 1. In reliquis autem quæ cõuentio-
 ne non fiunt, vim illam addunt lex, princeps,
 magi

magistratus, proprijs formulis & præceptis. Sed dices quæ hic passio? Respondeo esse in materia, & in obligato, & in eo contra quem agitur: in materia, quod ea pati possit modum contractus: nam pleraque sunt quæ extra commercia hominum sunt, ut res sacra, religiosa, teste Ulpiano. in l. 1. Martian. in l. 6. in tantum. §. Sanctæ, De rerum diuision. libr. 1. π. tit. 8. Iustinian. in §. nullius §. Sacræ, De rerum diuision. libr. 2. Institu. iuris ciuil. tit. 1. Ulpianus in l. 83. inter stipulantem, §. sacram, De verbor. obligationib. libr. 45. π. tit. 1. cum similibus. Notant iurisconsulti tamē, actionis verbo propriè sumpto, non contineri exceptionem, quæ est rei patientis defensio, ut scribit Paul. iurisconsul. in l. 8. Verbum erit. §. 1. De verbor. & rerum significatio. libr. 50. π. tit. 16. quia exceptio est actionis exclusio, ut scribit Ulpian. in l. 2. De exceptionib. lib. 34. π. tit. 1. & Iustinian. in §. 1. De exceptionib. libr. 4. Institution. tit. 13. Et eo respectu impropriè actio, exceptio. Cæterum, & quia qui excipit, agere videtur, ut ait Ulpianus in l. 1. De exceptionib. lib. 34. π. tit. & actionis verbo, latissimè sumpto, continetur. Est etiã passio ex parte obligati, quia qui conuenitur, in ius ducitur, accusatur. In criminibus etiã actio & passio: ut qui iniuria afficit, agit: qui sustinet, patitur: & patitur quis plus vel mi-

- nus, ratione dignitatis, vel vulneris, vel loci,
 Iustinian. in §. patitur & §. atrox, De iniuriis,
 lib. 4. Institut. tit. 4. Vlpian. in l. 7. prætor
 edixit. §. final. & Paul. in l. 8. vulneris magni-
 tudo, de iniuriis lib. 47. ¶. tit. 10. item alius
 16 occidit, alius occiditur. In testamentis, testa-
 menti factio, actiua, in eo qui testatur, is le-
 gat, instituit, substituítve: passiuæ, in eo qui
 recipit ex testamento quippiam Pompo-
 nius in l. 16. filiusfamilias, de testamentis
 lib. 28. ¶. tit. 1. Iustinian. in §. testamenti autè
 factionem, de hæred. qualit. & differ. lib. 2.
 17 Institui. iuris ciuil. tit. 19. Reliqua iuris omit-
 to, & in summa cum Cicerone li. 5. de Finib.
 bonor. Actionum dico plura esse genera, ita
 vt etiam maioribus minora obscurantur.
 Talia sunt, consideratio, cognitio rerum
 cœlestium, occultorum & latentium inda-
 gatio: rerum publicarum administratio, vir-
 18 tutes & actiones. Plures loci argumentorū
 hinc possunt colligi, vel à varia actionum
 operatione, vel à facultatum similitudine,
 vel à consequentia, vel à regulis de actione
 traditis. Totidem & sumuntur à passione,
 secundum rerum quæ se offerent naturam.
 Semper autem obserua, quod & D. Athana-
 sius tradit libro de definitionibus, & D.
 Greg. Nissenus, & nos supra diximus, Actū,
 esse cuiusque naturalem potentiam & mo-
 tum

tum, vel vt diximus melius, ex potentia motum. Nam quoduis essentialē, suam habet efficaciam, vt pote intelligentia intelligendi: sensitiua, sentiendi: motiua, mouendi: volatilis, volandi: natatilis, nandi &c. Mutat tamen quod admirandum est, actionem, res naturalis interdum, priuata suis naturalibus actionibus: veluti lapis adustus, naturalem vim suam amittit, & fit inextinguibilis atque vim adurendi retinet. Et Cedrus amissa vi germinandi, sanandi efficaciam suscipit vermesque baccharum suarum odore necat.

Axiomata quaedam.

- 1 Instrumentaria omnis causa, per se omnis 19 actionis est expers, neque agit vis a superiore & diuiniore causa excitetur, Aristot. 8. Physic.
- 2 Duplex est potentia, altera quidem agentis, altera patientis: & illa quidem est mater actionis, hæc autem perfectionis est susceptaculum vt ait Proclus Cōmentario in Alciadiem primum Platonis.
- 3 Omne simul actiuè & passiuè mouens, Physicè mobile existit Aristot. Physic. 3.

De vbi pradicamento.

CAP. VIII.

VBi, indicat esse in loco. Differunt tamen vbi & locus: quia locus, est id

quod capit, vbi verò, in eo quod circunscribitur. Esse in loco generaliter, est idem quod replere locum, ab eo quod replet antea vacuum. Modi autem replendi quinque sunt ex Titelmano in Compendio naturalis Philosoph. li. 4. cap. 15. Primus modus corpora respicit, quæ dū locum replēt, aliud locū eundem accipere & occupare non patiuntur.

Secundus modus corū quæ per se quanta non sunt, sed per accidens coextenduntur quantitati, vt formæ corporales, & accidentia reliqua corporalia, quæ implent foelicius quàm priora quoniam se mutuò non impediunt, nec obstat alterum alteri.

Tertius modus, qua anima rationalis replet materiam, vel corpus proprium dum in ipso est. Quæ profectio excellētius aliis formis replet: quoniam singulas partes corporis totas replet: cæteræ verò habent partes suas, partibus corporis respondentes.

Quartus modus est animæ separatæ, & spiritualium substantiarum, quæ positam animam in corpore excedunt: eò quòd sit quodammodò quanta, quamuis non coextensa corpori. Nā finitur eius vis & repletia, quantitate corporis in quo hospitatur. Non sic est, dum per se existit, neque in spiritibus qui nullos terminos secum deferunt, Quoniam tamen horum repletia alicubi finem

fine
virt
Q
na p
ni a
Boe
vita
stan
& a
ma
spir
C
ne a
ius
aliqu
stò
mè
fin
ipfu
nia
B
scri
tiue
tax
niis
Pri
cur
se e
ele

finem capit, nimirum ubi desinit praesentia virtutis eorum, ideo non optime replent. Quod & Galeottus Martius lib. de doctrina promiscua cap. 38. Apud doctos communi animi conceptione receptum tradit teste Boetio, substantias scilicet separatas, quas vitas vocat, vno instanti in locis maxime distantibus esse posse, sicut nos cogitatione & agitatione mentis, sine interuallo, & Romae & Méphi esse possumus, ut talis vitarum, spirituumque natura censeatur.

Quintus modum est eius quod replet sine aliquo termino, vel proprio vel alieno, cuius virtus, non potest usquam finem capere, nec aliquando. Cuius tota virtus, similiter toti praesto est loco, & singulis partibus: qui ideo summe replet, & omnia replet intime & penitissime ut nihil non contineat in se, imò verò ut ipsum sepe contineat & concludat in se omnia, & à nullo contineatur, & hic solus Deus.

Brevius alij per triplicem esse in loco descriptionem notant circumscriptione, diffinitive, siue repletive, ut diximus libr. 5. Syntaxeon. cap. 16. Philo Iudaeus libro de Senniis, Tripliciter locum etiam intelligi dicit: Primò, spatium quod impletur corpore: secundò, pro sermone illo Dei, quem Deus ipse explevit incorporeis potentiis, talis locus electus à Deo sacrificiorum & altaris. Ter-

tio, ipse Deus, vocatur locus: eò quòd omnia contineat & à nullo contineatur, solus sui capax, & seipsum explens, vocant Hebrei **מקום** *makom*, locum. prout itaque corporalia respicit vbi, vtque solum in prædicamento accipitur, sic omnes definiunt, vt sit locatio vel circumscriptio corporis locati, à loci circumscriptio, vel ambitu procedens. Fit autem illa circumscriptio à superficie concava, vel multum vel parum, qua aliud cõcluditur. Nã in connexa superficie nõ est vbi, quia illa nõ cõtinet, sed cõtinetur. Nullũ enim est vacuũ in rerũ natura, sed aliud ab alio continetur & cõcluditur. Et illud, aliud concludit & continet, vt in tunicis cæpe videri potest: omnia autem vel aere, vel aqua, vel igne, vel terra, vel ex his compositis, vel corporibus ætheræis implentur, cedunt tamen mutatione rerum, alia corpora alijs. Et Deus tam perfectus est rerum opifex, vt nihil quod non seruiat atque necessarium sit in rerum natura creauerit. Et ita omne eius opus perfectum, nec abundans, nec mãmum, quod accideret si vacuum esset. Vacuum tamen improprie dicimus, respectu solidorũ corporum, locum vel superficiem cõcauam corpore contento vacantem, vel cui accedere, & vbi concludi potest corpus aliud solum, vel aliud cessione prioris posterius.

I V
 co
 hoc
 eo
 mo
 2 V
 etia
 in t
 in d
 3 N
 re, i
 pro
 poss
 Vlp
 con
 fest
 ide
 hic
 cut
 vbi
 mo
 min

V
 qua

AXIOMATA.

1 Vbi, contrarietatem non habet, idque illi commune cum substantia: intellige tamen hoc, secundum logicos, non Phycicè, nam eo modo esse sursum & deorsum, quodammodo contraria sunt, quia motus contrarij.

2 Vbi, non suscipit magis vel minus, in quo etiam communicat substantiæ. Nam qui est in templo, non magis est tibi, quam qui est in domo.

3 Nota, vbi interrogatiuum locum quæ- 6
re, in quo: Vnde, locum ex quo ponitur vbi pro quando, vt vbi id factum est: vel pro postquam: pro aduerbio temporis. Sic apud Vlpianum in l. 20. confestim, Ad Senatuf-
consul. Tertullianum lib. 38. π. tit. 18. confestim intelligendum est, vbi primum potuit, idest quando potuit adire iudicem. Sed nos hic accipimus pro aduerbio loci tantum, sicuti apud Marcellum iuriscultum in l. 30. vbi cæptum, de iudiciis libro 5. π. tit. primo. *Vbi cæptum est iudicium, in eo loco terminari debet, cum similibus.*

De loco & vacuo.

CAP. IX.

VErùm quia sedes propria Vbi, est Locus: nos qui non tam prædicamentum quàm sedem & cellulam dicendi copiosè
vnam

vnam, ex hac distinctione colligimus, diffundere possumus orationem per locum ipsum: quamobrem quædã de loco dicamus. Principio itaque admonendi sumus, Antiquorum longam nec adhuc determinatam fuisse quæstionem, num locus esset priusquam seculum vel vacuum quicquam esset. Thales enim & eius sectatores, usque ad Platonem negarunt vacuum esse. Empedocles negavit intra mundum esse, extra vacuum esse consentiens. Leucipus, Democritus, Epicurus & Metrodorus atomos quidem multitudine, vacuum autem magnitudine, infinitum esse dicunt. Stoici intra mundum nihil vacui esse, extra mundum infinitum dicunt. Alij, tantum vacui extra mundum esse, quantum ad respirationem mundi faciat: existimant enim mundum igneum, & euentatione indigere, ut scribit Galenus to. 8. lib. de histor. Philosoph. Et hæc quæstio in vitamque agitur partem ab Aristotele, toto 1. 2. & 3. cap. lib. 4. Physic. & a Themistio ibidem & alijs. Et à Lucretio lib. 1. de rerum natura, qui quatuor argumentis forissimis prælibatis, tandem ita concludit obiectionibus, ut sibi videtur, sublatis:

*Omnis Et est igitur per se natura, duabus
Constitit in rebus. Nam & corpora sunt, &
inane:*

Hæc

Hac in quo sita sunt: & qua diuersa mouentur.

Inane, vocat locum in quo corpora sunt, & in quo mutuò sese impeliunt & mouentur: ²
 Nam & Aristoteles lib 4. Physic. ca. 1. fate-
 tur locum esse aliquid extra corpora. Dixe-
 runt & Chaos antiqui, primum illum lo-
 cum ante omnia fuisse hiantem, & suo com-
 plexu omnia complectentem: verum tamen
 nemo dicit, quæ sit illa prima vacuitas, vel
 quis sit ille locus. Et certè valde etiam cu-
 riosa est quæstio, imò valdè incerta, quan-
 quam nos possumus effari locum bea-
 torum esse extra mundum: verum hic lo-
 cus, non est illa vacuitas quæ intra mundum
 est, sub qua mouentur res è loco in locum:
 idcirco nos existimamus illas controuersias
 inutiles esse omittendas, dicendumq; quen-
 dam locum, vacuum quidem à corpore visi-
 bili & non cedente, plenum tamen alio cor-
 pore fluxo: sitne autem ille forma, aut ma-
 teria, vt Plato voluit, aut vtrumq; nihil no-
 stra nosse interest. Nam & Plato lib. 3. 2. in
 Timæo scribit, cum de loco hoc quicquam
 dicimus generali, nos veluti somniare, nec ³
 quicquam clarè cognoscere, cum certè, vt
 Themistius ait, Physicor. Commentar. 17.
 locus non est aliquid corporis, non pars, nō
 affectio, non habitus, non potestas.

Stoici & Epicurus, differre inane locum.

& rece-

- & receptaculum vel loculamentum existimerunt, vt scribit Plutarchus lib. 1. De placitis Philosoph. cap. 20. inane dicentes vacuitatem corporis: Locum autem quod obtinetur à corpore: loculamatum verò, quod ex parte obtinetur, vt in vini vase. Gelenus tom. 8. lib. De historia Philosophica id etiã refert. Locũ Plato definit, id quod formas assumere natũ est, translatione quadã materiã dicens, tanquã nutrice & susceptricẽ, idque in Timæo. Arist. extremum dicit continentis, cum cõtento cõmittens. refert Plutarchus lib. 1. de placitis Philosoph. capit. 19. Thales, maximum ideò dicebat omnium locum, quod capiat omnia, vt scribit Diogenes Laertius lib. 1. in eius vita. Vnde & Rhetores, locos vnde argumenta depromunt, dixerunt Sedes, & veluti continentiam argumentorum, vt scribit Cicero in lib. Topic.
- 5 Caterũ notandum est, locum etiam esse alicubi, sed non vt in loco, sed vt finis in eo quod est finitum, vt explicat Aristot. lib. 4. Physic. cap. 5.

Locum diuidunt Aristotelici, ex cap. 2. lib. 4. Physic. in locum proprium, & communem. Explico breuiter, proprium esse proximum quo quid continetur: communem, qui & hunc locum & alia continet, vt cubiculum, cuiusque locus proprius, domus

com

communis cubiculorum. Et rursus, Ciuitas, communitas ædificiorum, sic Vlpianus in l. 60. locus. De verb. & rerum significatio. lib. 50. π. tit. 16. locum à fundo distinguit, quod locus sit communis comprehensio, & rusticorum & urbanorum prædiorū: fundus autem sit pars contenta à loco. Sic dicimus prouincias loca, nempe cōmunia. facit etiam quod scribit Florentinus Iuriconsultus, in lib. 211. fundi appellatione, de verb. & rerū signific. li. 50. π. tit. 16. De loco autē proprio eumq; accipi pro agro, pro ædificio, alioq; particulari, habes te docentem Vlpianū in l. 2. §. 1. & l. 8. ossa §. in hac autem actione, De religios. & sumptib. funerum, lib. x1. π. tit. 7. Rursus corporum loca duo Aristoteles 4. Physic. cap. 4. supra, infra. Et libro de communi animalium gressu, locum tripartitè distinguit in supremum, medium, & infimum. Cicero pro indagatio-
ne negotiorum, Rhetoribus locum considerandum esse scribit lib. 2. Rhetor. ad Herennium. num celebris vel desertus, facer
an profanus, publicus vel priuatus: num qui passus est, exaudiri potuerit, vel non. Considerant etiam hæc in multis iuriconsulti, vt constat ex titulis: De rerum diuisione in π & Institutionibus ciuilib.

7

AXIOMATA.

- 1 Omnia mutabilia esse necesse est, quia in loco sunt vniuersa, vt scribit Aristot. 4. Physicor. cap. 14. §. vt autem lex, tit. De non alien. reb. Ecclesiæ. in authentic.
- 8 2 Corporum vnumquodque, suapte natura, proprios ad locos fertur, vel sursum aut deorsum pergendo, & in his manendo, Arist. 4. Physic, c. 4. ferri autem in suum locum quodque nihil aliud esse dicit, quam in suam formam ferri, lib. 4. De Cælo ca. 3. & Eccles. cap. 3. d. *Cuncta subiacent Sanitati, & omnia pergunt ad vnum locum, de terra omnia facta sunt & in terram pariter reuertuntur.* Refertur
- 9 & in can. in Ecclesiastico 13. quæst.
- 3 Quia loca finita, & quod his continetur, finitum sit necesse est. Aristot. 3. Physic. ca. 3.
- 10 4 Opportunitas loci & temporis, est prima causa secundum Pythagoricos, ex qua omnibus bonum adest: fortuna quippè humana opportutinasque omnia gubernat, Proclus lib. commentario. in Alcibiadè 1. Platon.
- 11 5 Loci dimensiones tres longitudo, latitudo, profunditas Aristot. lib. 4. Physicor. cap. 1.
- 12 6 Omnibus in locis, etiam quæ viliora videntur, nec Deus immortalis deest: sic & in minimis quibusque rebus, naturæ numen & honestum pulchrumque inest ingenium, Quia nihil temere fortuitoque commissum
- sed

sed alicuius gratia. Arist. de partib. Anima. cap. fin. ubi refert Heraclitum dixisse quibusdam illum quarentibus, & à longe prospicientibus in furnaria ad focum sedentem: Ingredimini fidenter, quoniam nec hic quidem loco, Dij, vt loquebatur idololatra, defunt immortales.

7 Pro locorum, scilicet communium, varietate, variantur etiam res, vt de aestimatione rerum habetur apud Paul. iurisconsult. in l. 63. prætia rerum, §. final. ad leg. falcid. lib. 35. π . tit. 2. Extat integer titulus qui huic axiomati fidem facit, De eo quod certo loco, lib. 13. π . tit. 4. Variantur & leges morales, ciuiles, & consuetudines l. de quibus. De legibus lib. 1. π . tit. 2. Voluerunt itaque sapientissimi Nomothetae, apponi in instrumentis, loca in quibus fuerunt celebrata, vt notatur illa solènitatis, requisita inter alias instrumentorum, à gloss. in l. generali. De Tabulariis lib. x. C.

8 Bonum est argumentum de tempore ad locum. Nam quemadmodum si sine die res dari debuerit, tanti res aestimatur quanti erit, dum iudicium accipietur: sic de loco nihil dictum: locus consideratur quo petitur, vt scribit Caius Iurisconsultus in l. 4. si res aliqua, de Condict. triticaria lib. 13. π . titul. 3.

- 16 9 Non propter locum gentem: sed propter gentem, locum Deus elegit. idēoque & ipse locus factus est particeps malorum, populi postea fiet socius bonorum 2. Machabcor. cap. 5 c. & interpretatur id, Canon qualibet, 40. distinction. in Decreto Gratiani prima parte.

De positione vel situ.

C A P. X.

- 1 **T**Ractatio de positione, rectē sequitur Vbi: eò quòd toto cognito in vniuersum, conueniens est inquisitio partium. Cæterum quemadmodum Vbi, significat & refert quendam ordinem & relationem totius locati ad totum locum, cum circumscriptio- nis expressione: sic positio, exprimit situm partium locati, in partibus loci corresponde- re. Ideò & Aristot. 1. De genera. & corrupt. cap. 6. positionem habētia in extremas par- tes excurrere simul ait, cum inquit positio
- 2 iisdem reddatur quibus & locus. Quamo- brem Iurisconsulti, ait, possessionem loca- lem, & loci detentionem: quia à positione pedum, vel secundum alios, sedium, dicatur, apud Paul. iurisconsultum in l. 1. & l. 3. De acquirend. possessione, libr. 4 l. 7. tit. 2. Et ad hæc pedis requirebatur in possessione,
quia

quia & scribitur Deuteron. cap. 11. Omnis
 loc⁹ quē calcauerit tuus pes, tuus erit. Porro
 positionem tripliciter accipi ignorandum
 nō est. Siquidem primō positio sumitur pro
 propositione & *thesis*, vel axiomate sine me-
 dio existente, vt scribit Aristot. li. 1. Resolu.
 posterior. cap. 2. Et alibi 1. Topicorum, cap.
 9. vocat existimationem inopinabilis alicuius
 notorum in philosophia, existimās eam
 esse idem quod problema, sed non contrā.
 Secundō pro ordine partium inter se, & per
 respectum ad totum, quo sensu pertinet ad
 punctum quantitatis. Tertiō vt hic sumitur
 est ordinatio vel situs, siue dispositio partiū
 alicuius corporis locati vel in loco. Estque
 vel naturalis, vel ex voluntate, vel à casu seu
 accidente, vt docuimus lib. 5. Syntaxeōn.
 cap. 7. Modi situs vel positionis sunt septem
 quorum aliquos tradit Aristot. lib. de com-
 muni animal. gressu, nempe sursum, deorsum,
 dextrorsum, sinistrorsum, antè, pòst,
 retro, item cessio, statio, iacere.

Dictiones omnes partium per ordinatio-
 nem & positionem, in hoc prædicamento
 sunt: vt status, cessio, acubitus, iacere, rari-
 tas, spissitudo, asperitas, læuor, accliuitas, de-
 cliuitas, inclinatio, inflexio, supinitas. Posi-
 tionem Galenus considerat, rectum & obli-
 quam: Obliquam autem in radio brachij,

quemadmodum & in vna rectam. Obliquam duplicem dicens, vnam quæ cœpta intus, foris desinit: alteram quæ foris quidem incipit, intus autē desinit, Galenus tomo 1. lib. 2. De vsu partim corpor. human. ca. 13. quæ omnia positionis naturalis sunt. Positionem & situm, reducunt Mathematici, vt Geometræ & Cosmographi, Astrologi & Rustici, generaliter ad ortum, occasum, septentrionem, meridiem.

A X I O M A T A

positionis.

- 7 1 Positioni nihil est contrariū, hocque commune cum alijs habet.
- 2 Positio non recipit magis & minus, commune & cum alijs hoc: quia positio suscipit fundamenta à loco, & locus est quantitas, & quantitati nihil est contrarium, nec suscipit magis vel minus.
- 3 Proprietas positionis, quod substātię proximè adhæret, omnibus alijs formis prædicamentalibus, idest accidentalibus suppositis, quæ præcedunt ipsam positionem.
- 8 4 De positione quæ propositio dicta est, vel Thesis, ex Platone lib. 15. in Sophista vel de ente, hæc est regula: Qui positioni non credit, reprobare debet: & qui reprobare non valet, credere debet.
- 9 5 Medicorum, qui ignorat positionem partium

tium
partiu
partiu
tem
sensibil
Galen
commu
dicat
per q
ipsa,
nus
tomo

Q
est ad
pora
uenit
pori
que
vel f
fura
Sed p
in pr
in fin
lanu

tium corporis humani, facile ignorat earum partium usum & actionem, Gal. lib. 2. De usu partium corpor. human. cap. x. Partium autem situs habentur facile ex anathome, & sensibus, non ex demonstratione, ut scribit Galen. in lib. de humana natura, Hypocrat. commentario. 20. Et ex positu partium, indicatio non est contemnenda, ut pote, quæ, per quæ euacuare oporteat, atque quomodo ipsa, præcipuè demonstrat, ut scribit Galenus lib. 2. De Arte curatiua ad Glaucum tomo sexto.

De quando.

C A P. XI.

Quando, manifestat esse in tempore aliquo, non autem tempus: quia quando est accidentalis quædam habitudo rei temporalis: quæ scilicet habitudo, in ea re inuenitur, proueniens ex mensuratione temporis, & eo quod tempore mensuratur. Itaque sub quâdo, ponitur præteritum, præsens vel futurum, vel hora, vel dies, vel alia mensura temporis: nam hæc quantitatis sunt. Sed ponitur esse, vel fuisse in præterito: esse, in præsentis: fore, in futuro: in die, in anno, & in similibus mensuris temporis, in calendis, Januarijs, in festo, in natali, in ortu, in interi-

tu. Et per aduerba hodie, cras, heri, nudius tertius, per indie, sub rege tali, sub principe, id est dum regnaret ille princeps. Item dum loqueretur, quando bibebat, agebat, faciebat, re illud autem quando dormiebat, vel loquebatur, non relatiuè intelligitur, sed temporis certitudinem demonstrat. Diximus libr. 5. Syntaxeõn cap. 8. quomodo duplex sit, quando simplex & compositum, & axiomata eius non repetam, cum nihil illis addendum nunc censeam.

De tempore

C A P. X I I.

Sed quia nos in nostra arte, vberimos ex quando, & tempore colligimus fructus, sedesque plures rationum, latius hic quam pro prædicamenti quando, necessitate requiratur, de tempore agemus: atque considerata sylua eorum quæ dicenda sese offerunt de Tempore, breuius, ne compendij fines excedamus. In primis, quãquam D. Augustinus fateatur in opere confessionum, ignorare se quid sit tempus, nos tamen antiquorum hac de re sententiã in medium publicæ vtilitati communicabimus. Hippocrates itaque libro de præceptis, sic scribit, tempus est, in quo temporis occasio inest. Tem-
poris

poris autem occasio, in qua tempus nō multum. Quæ certè finitio, non quid sit tempus sed quid contineat, mihi explicare videtur. Subitque illa dubitatio D. August. potissimum cūm & Arist. libro 4. Physicor. c. 10. & libr. 8. Physicor. cap. 6. videatur dubitasse, num inter existentia & quæ esse habent, Tempus sit enumerandum. Nam in illo vel fuit vel futurum est, quod fuit iam non est, sed nec quod futurum est, est nunc. Et cum partiatur quod est, partesque remaneāt, cūm multæ sint partes trāsacti vel futuri temporis remanentes, tempus esse aliquid non videtur, cūm ex non entibus aliquid construi non possit. Momentum autem quod sub hoc nunc significatur, non est temporis pars sed exitus terminus, & confinium temporis. Neque ex momentis componitur tempus, sed ex præterito & futuro tantum. Quibus sub dubio remanentibus, antiqui vix potuerunt temporis finitionem adferre & quæ adferre voluerunt, maximè errarunt.

Varia de tempore etiam præstantiorum opinio vsiquidem vt scribit Plutarchus li. 1. de placitis philosoph. cap. 20. & 21. Pythagoras dicebat, Tempus sphaeram extremi ambientis esse. Plato, æui effigiem mobilem, vel mundanæ motionis intercapedinem. Eratostenes, solis iter. Dehinc Plato, essen-

tiam temporis motum cœli, Stoicorum ple-
rique, motionem ipsam: scribit & Galeus
3omo 8. lib. de Histor. philosophica.

Quidam dem de vniuersi motum, quidã
autem ipsam ipsam, quod neutrum vlti-
morum tamen verum est: quia tempus qui-
dem ex vniuersi conuersione sumptum est,
non tamen est conuersio. Nam & sequitur,
quia conuersiones sunt plures plurium cœ-
lorum, & fore diuersa tempora, Præterea vt
ait Themistius lib. 4. Physicor. comment.
93. & 94. Temporis partes, præteritum &
faturum sunt, cœli non sunt, tempus sit,
cœlum iam est: cœlum substantia est, tem-
pus substantia esse non potest. Dehinc non
esse vniuersi totius conuersionem, docet:
quod sequeretur diem & noctem, non esse,
quia totius vniuersi conuersione non fiunt,
sed hemisphærij. Præterea vniuersi rotatio
non vna vel simplex est, sed ex diuersis mo-
tibus aduersis & obtinentibus: tempus au-
tem, vnum & simplex. Item, motus cœli to-
tius non est æqualis, sed qui sub æquino-
ctiũ ocissimus est, sub pollos retardatur, &
quasi retunditur: tempus rebus omnibus
idem æqualéque habetur. Quamobrem fuit
Lucretij sententia, in primo De rerũ natura.
*Tempus item per se non est, sed rebus ab ipsis,
Consequatur sensus, transactũ quid sit in ano,*

Nec

Nec per se quemquam tempus sentire fatendum est.

Et ideo Zeno, tempus forsan existimauit incorporeum, quod interuallum sit mundani motus, vt refert Diogenes Laërtius in eius vita lib. 7. Tempus ergo, cum sine motu esse vniuersi non possit, nec tamen motus sit, necessariò dicitur accidens, affectio, vel annexio, vel adhærens, vel additum motui: illud autem, secundum prius corruptum momentum, & posterius sequens, vt scribit Temistius lib. 4. Physicor. commentarior. 99. Quamobrem commentario. 101. ex mente Aristotelis libr. 4. Physicorum cap. 11. definit tempus, ita:

Tempus est numerus, ex priore & posteriore motu collectus. Quia numeratur motus, & plures simul. Nam & motus nihil aliud est, quam oriri & fieri, hunc autem fluxum tempus mensurat: & ita Aristot lib. 2. De generation. & interitu cap. 10. scribit, tempus non posse esse absque motu, & ob eam rem tempus continuæ rei numerum esse, & idem libro 1. de Cælo cap. 9. Consentit Cicero libr. de vniuersitate, dum annos, & menses, numerum, conuersiones Solis & Lunæ esse scribit. Quamquam, idem Cicero difficile diffiniri tempus dixerit 2. de Inventione, cuius verba hæc sunt: *Tempus esse*

tem est, id quo nunc stimur, (nam ipsum quidem generati ter, desinare, est) pars quadam aternitatis, cum alicuius annus, mensuris, diurni, nocturnive spatij certa significatione. Et Plato lib. 32. in Timæo dum ait, idcirco mundi artifex, dum imaginē eius mobilem effingere decreuit, ac dum cælum exornaret, fecit aternitatis in unitate manentis, aternam quandam in numero fluentem imaginem, quam nos tempus vocamus. Dies porro & noctes, & menses, & annos, qui ante cælum non erant, tunc nascente mundo, nasci iussit. Qua omnia temporis partes sunt. Atqui erat & erit, quæ nati tēporis species sunt, non recte aternæ substantiæ ea assignamus.

- 61 Dicimus enim de illa est, erat, erit. Sed illi reuera solum esse competit: fuisse vero, & fore deinceps, ad generationem tempore procedentem, referre debemus: motus enim quidam duo illa sunt. Aeterna autem substantia, cum eadem semper & immobilis perseueret, neque senior serpsa sit unquam, neque iunior, neque sit hæcenus, neque erit in posterum, neque recipit eorum quicquam quibus res incorporea mobilesq; ex ipsa generationis conditione subijciuntur. Nempe hæc omnia temporis imitantis animum, sequæ numero reuoluentis species sunt. Sæpe enim dicimus quod factum, esse factum: quod fit in generatione esse: quod fiet,

D
fiet, e
quor
Tēp
orta,
tio &
Tim
de vr
expr
quit,
ris q
Qu
an n
Est a
ta? o
lo p
quan
āum
Mac
men
gitu
con
Qu
Phy
dix
pus
stot
phi
cui
& c

fiet, esse faciendum: & quod non est, non esse: quorum nihil rectè & exacta ratione dicimus. Tēpus Verò, & nā cum cælo factum est, & nā orta, & nā etiam dissoluantur, si qualis dissolutio unquam contigerit. Hactenus Plato in Timæo. Et rursum libro 9. in Parmen. vel de vno omnium principio, temporis notas exprimit, illius numerationis: *Ipsū erat, inquit, fuit, fuerat, nōne participatione temporis quandoque præteriti significare videtur? Quinimō. At Verò erit, fiet, factum fuerit, an non futurum nobis designant? futurum. Est autem, aut sit, præsentis sunt tēporis nota? omninō quidem. Si ergo ipsum unum, nullo prorsus participat tempore, nec fuit unquam, nec sit, neque est, neque fiet, neque factum erit, neque erit. Verissima hæc sunt.* Macrobius etiam definit tempus, certam dimensionem, quæ ex cæli conuersione colligitur, lib. 1. Saturnalior. cap. 8. Proinde constat ex motu fieri & numero tempus. Quamobrem & miror, quod Aristot. lib. 8. ³ Physicor. Platonem utcunque notasse, quod dixerit solus, nempe in Timæo, ipsum tempus ortum esse, & unā cum cælo, putās Aristoteles, (ut etiam Laërtius lib. 3. de vitis philosophor. in vita Platonis, Platonem docuisse testatur) semper ipsum fuisse. Nam & ex Aristotele colligo, tempus ortum fuisse

se, siquidem ipse fateatur factum mundum: nam cum tempus sine motu non sit, neque motus sine corpore esse potest, ut idem Aristoteles scribit 1. de Cælo. cap. 9. quare neque fieri potest, ut motus rem motam præcesserit, sed necesse est aut hunc simul, aut post existere. Vnde necessarium remanet tempus, aut æquæuum esse mundo, aut recentius. Affirmare autem illum esse antiquius, reuera alienum est à philosophia, ut docet etiam Philo Iudæus, libro de Mundi opificio, & Moseh cap. 1. Geneseos mundi, post mundum creatum, statim stellas & solem, & lunam, facta scribit in signa & tempora. Neque fuit tempus ante tempora, ut scribit D. Augustinus libro 5. de Ciuitate Dei cap. 16. Et tradiderunt antiquissimi Ethnici, cum Chaos esset, tempora non fuisse, ut scribit Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 8. Quum & Hesiodus in Theogonia, ex Chaos omnia prodiisse scribit. Et idem Macrobius lib. 2. in somnum Scipion. cap. 10. ante mundum non potuisse esse tempus, cum illud fiat ex cursu solis.

- 4 Temporis diuisio, communis est in tempus præteritum, vetus: præsens, recens: futurum, instans: quorum notæ fuit, fuerat, est fit, erit, fiet. Ita Plato diuidit in Parmenide, ita Cicero. 2. Rhetorices ad Herennium, &

pri-

primo de Inuentione, dum de confirmatione agit, & in Particionibus orator. & Seneca libro de Breuitate vita.

Scribit Macrobius apud Ægyptios, in quadam ciuitate, vbi Isis & Serapidis idola adorabantur, Herculem Solis nomine cultū in cuius capite calathum infigebant, tricipiti capite effigiatum, leonis, canis, & lupi. Capite leonis vim & effigiē præsensis tēporis significātes: Capite canis blādientis, futurū spe plenum: Capite lupi, memoriā präteriti rapti tēporis. Zeno ex his präteritum & futurum existimauit esse tēpus infinitum: præsens autem finitū, vt scribit Diogenes Laërtius libr. 7. in eius vita.

Iurisconsulti interdum & alij, tempus pro tempore accipiunt, potissimū vbi non agitur definitē de certo tempore, quia tempus tunc non variatur locutione, nec notē eius. Sic præsens pro präterito: vt occidens, pro eo qui occidit: nouit, pro cognoscit. Sic in reliquis quæ explicat Paul. Iurisconsult, in l. 8. verbum oportebit, & Pomponius in l. 123. verbum erit, De verbor. & rerum significatio. libr. 50. tit. 16. Quomodo autem id intelligendum sit, interpretes in explicatione verborum Legis Attiliæ docuerunt apud Aulum Gellium, libr. 17. noctiū. cap. 7. Vbi dicunt notas temporis, est, erit, fuit

fuit, amittere vires suas, cum diuersi temporis verbis iunguntur, vel participiis, quæ vtrunque tempus significant: vt Troia capta est pro fuit. Sed apud iuriconsultos potissimum, inspicitur id cui nota iungitur, cuius sit capax temporis, & an substantia negotiis mutatione temporis mutetur: veluti ex natura stipulationis est, vt tempus inspiciatur quo contrahimus, Pompon. iuriconsut. in l. 19. Si filiusfamilias, de Regulis iuris lib. 50. §. tit. 17. & alibi in l. si filiusfamilias, de verbor. obligation. lib. 45. §. tit. 1. Idem in natura emptionum. Proculus Iuriconsultus in l. 69. Rutila Polla de cōtrah. emprio. li. 18. §. tit. 1. Nihilominus tamen potius quod actum est in his & reliquis contractibus sequimur, Vlpianus in l. 35. semper in stipulationibus, de Regulis iuris lib. 50. §. tit. 17.

7 Temporum differentia apud medicos, duæ sunt generales, nempe morborum & remedium. Causarum autem motiones, morbi tempora dicuntur: motionis autem differentia quatuor sunt. Initium, incrementum, Summum, & Declinatio: & hæc eadem sunt temporum nomina. Auxiliorum plane tempora, ea quæ ad ipsorum adhibitionem idonea sunt, prædicant. Ea autem sunt idonea, quando remedium postulantiæ adsunt, prohibens verò nullum: quauis alia multa obser-

feru
lenu
In
tura
Part
stas,
dies
quo
Dec
bit
D
tan
esse
di, p
Et si
& co
de h
de a
Acc
T
Et C
ratio
adm
max
Sic d
Ecc
fili, c
tur &
temp

feruentur ab alijs, quæ vide, & hæc, apud Galenum libro de optima secta in Isagogicis. Insunt etiam temporibus, illa quæ quasi naturam eorum designant, vt scribit Cicero in Particionib. Oratorijs: vt Hyems, Ver, Æstas, Autumnus. & anni tempora: vt mensis, dies, nos, hora, tempestas, quæ sunt naturalia: quorû legem neminè euitare posse, vt potè à Deo constitutâ, sed omnibus comunem scribit Maximus Tyrius Sermon. 20. & 38.

De utilitate temporis, generaliter annotandum: omnia tempus proprium habere, esse tempus ferendi, metendi, flendi, ridendi, plantandi, euellendi &c. Eccl. cap. 3. & 8. Et singula suis temporibus facta proficiunt, & contrâ, nocent, vt docet Hippocrat. libr. de humoribus. *Quum etiam*, vt ait Ouid. 1. de arte Amandi:

Accendas Scitia irritesque setando,

Temporibus si non aggrediare suis.

Et Cicero action. 7. in Verrem, habendam rationem temporis, maximè in republica administranda scribit. Et 1. de Inuentione, maximè oratori habendam eius rationem. Sic cuncta fecit Deus bona in tempore suo, Eccl. cap. 3. b. & Eccl. 1. cap. 4. c. dicitur, *fili, conserua tempus, & caue a malo.* Scribitur & in can. Eccl. §. ecce, 36. distinct. Et pro temporum qualitate res mutantur, can. pri-
scis

scis & can. sequenti 10. quæst. 3. can. ab exordio 35. distinct. in Decreto Gratiani. Et res & earū æstimatio variat ratione loci & temporis, vt scribit Paul. Iuriconsul in l. 63. pretia rerum, §. fin. ad leg. Falcid. libr. 35. ꝑ. tit. 2. cum similibus. In primis Tempus maturat & iuuat omnia: Plutarch., oratione cōsolator. ad Apollonium in principio. Et Æschillus in Tragedia Promethei ligati, *ἀλλ' ἡ δὲ δόξα παντ' ὁ γυράσκων χρόνος* id est, *sed omnia docet senescens tempus.* Quo argumento Macr. li. 2. in Somnium Scip. ca. 10. optimè colligit, Mundū nō fuisse ab æterno, eò quod quotidie addidiscimus, & quotidie noua quædam in tēpore nouimus. Perfectionem etiam temporis adscribit Crates, dicēs *χρόνου τέκτων σοφός*, *Tēpus artifex sapiens.* Et Diphilus, *πῶλος τέχνη: καὶ ὁ χρόνος* id est, *Carpus & Antiquus artifex, Tempus.* Thales etiam dicere solitus erat, vt scribit Diogenes Laertius in eius vita lib. 1. Antiquissimum omnium quæ sunt, Deum esse, quia ingenitus: pulcherrimum mundū, quia à Deo factus: Maximum locum, capit enim omnia: velocissimum, Mentem, nam per vniuersa discurrit: fortissimum, necessitatem, cuncta enim superat: sapientissimum Tēpus, inuenit namque omnia. Dicebat & Calixtus pontifex summus, nos tempore indigemus, vt maturius

rius aliquid agamus: ne precipitemus confilia & opera nostra, & ne rerum ordinem occupemus, in canon. ponderet vnusquisque 50. distinctione in prima parte Decreti Gratiani. Tempore omnia absumuntur ac restituntur. Quamobrem & $\chi\rho\epsilon\upsilon\omega$ quem à $\chi\rho\epsilon\upsilon\omega$ deducant, Saturno inquam, sub temporis significatione, faciem omnia metentem, & infantes suos deuorantem, & rursus vomentem, attribuerunt, vt scribit Phronutus de Generatione Deorum vt vocabat idola. & Macrobi. lib. 1. Saturnal. ca. 3. Et vetustas non pauca deprauat, multa tollit, vt notat Varro. 4. de lingua Latina. Et ideo Cicero lib. 5. Epistol. Familiar. scribēs C. Ticio. Epistol. 72. omnium Familiarum, quod inquit, allatura est Diuturnitas, qua maximos luctus & vetustate tollit, id nos praeterire consilio prudentiaque debemus. Sed expressè Claudianus Panegi. 5. laudis Stilicon. vtrumque, & vastationem & ortum, quae sub tempore fit, & temporis obstrusam naturam explicat his verbis:

*Est ignota procul, nostraeque incognita menti,
Vix ad eunda Deis, annorum squalida mater
Immensi spelunca cui: qua tempora casto
Suppeditat, reuocatq; sinu. cōplectitur antri,
Omnia qui placida consumit numine, serpens:
Perpetuumq; sicut scāmis, candāq; reducto*

Ore serat, tacito relegens exordia lapsu 2c.

Et Ouidius lib. 4. de Ponto

Tabida consumit ferrum, lapidēmq; setustas,

Nullaq; res manus, tempore robur habet.

Et Cornelius Gallus in poësi

Eunſta trahit ſecum, ſertitq; ſolubile tēpus,

Nec patitur certa currere quemque ſcia.

Sunt & his ſimilia multa triſtiſſima: ſufficit

nobis autem ſemel admonuiſſe, tacitam vim

in res naturales corporeas eſſe temporis, vt

Cicero cū dixiſſet tempori cedendum,

Tempus neceſſitatem eſſe dixerit, lib. quar-

to Epistol. Familiar. M. Marcello ſcribens,

13 Epist. 50. omnium.

Temporum mutationes, morbos inferūt,

intendunt, tollunt, indicāt: quia mutationes

ſunt frigidae, aut humidae, aut calidae, aut ſic-

ca, morboſque huiusmodi qualitatū ex-

ceſſus committit. Secunda enim valetudo,

mediocritas eſt: quōd ſi per humidam fri-

gidamue materiam, morbus cōſtiterit, tem-

pus accedens contrarium, tollere illum po-

terit. Sed ſi minus contrarium ſubſecutum

ſit, qui ſimilis ſtatus ſuperuenerit, intendet

ſanē atque interimet. Quo etiam ſit, vt qui

optimē valeant, agrotare, tempore mutato

incipiant: corporis proinde ſoluatur tempe-

ramentum neceſſe eſt: quippē, quōd non ni-

ſi temporum, atatum, locorumque ſtatu

idoneo aptum ſit augeri ſeruariq;. Quam-

obrem cum tempora euariant, ratio valetudinis tunc habenda diligēt us est. Hæc sunt verba Aristotelis libr. Problem. section. 1. quæstione 3. & abundè docet Hippocrates libro Aphorismorum & eius commentator Galenus: plura etiam Hippocrates libro de Humoribus.

Hebræorum Rabini, quatuor anni tempestates quas vocant תקופות *tekouphot*, summa cum diligentia obseruant, dicuntq; vnâque *Tekoupham*, deputatum habere sibi proprium angelum & Solem. Et in illo momento quo sol completit vnâ *Tekoupham* & sequentē incohat, priusquàm vnus director alteri locum cesserit, fabulantur quod שׂוּרִים *Schedim*, id est, dæmones omnes, possunt in aqua exercere tyrannidem: non secus quàm cum imperator quispiam moritur, maiores interim grassantur in hostes suos, donec alius instituatur Rex, qui eos à tyrannide cohibere possit. Quocirca & asserunt quòd, si quis in illo momento, vel tantillum biberet aquæ, Hydropisim vel aliam grauem infirmitatem euadere nō posset. Et hinc est quòd ita superstitiosa initia illa *Tekoupharum*, vel quatuor tempestatū annorum obseruent, & describent in suis לוחות *luchot*, id est tabulis, vel kalendariis. vt non modò horam verum etiam momen-

tum obseruent: ne in eo, vt ridiculè fabulantur, potum à diabolo recipiant. Vt notat Munsterus in kalendario Hebræorum, vbi agit de anno & mensibus eorum. Posuerunt itaque minuta in hora ad faciliorem obseruationem 1030. ex Rabinorum doctrina, & Scamude Astronomo, vt legitur in illorum libro qui inscribitur ספר למצא מולדות *sepher lematze moledot*, id est, liber, ad inueniendas coniunctiones.

14 A XIOMATA QVÆDAM

Temporis etiam cape.

- 1 Ea quæ participant temporum & sunt in tempore, cum ipso aetatem agant, & seipsis seniores & iuniores dicuntur. Plato libro 9. in Parmenide, vel de vno omnium principio.
- 15 2 Distinguenda sunt tempora, ad concordandas scripturas, canone si peccauerit 2. questione prima.
- 16 3 Pronomina possessiua, meum, tuum, suum absolutè prolata, presens tempus tantum indicant, Paulus Iurisconsult. in l. 8. si ita legatis, de auro & argento legat. libro 34. ꝑ. titul. 2.
- 17 4 Et quia simul esse in tempore dicitur, accipe breuiter triplici modo simul dici apud Aristotelem in Cathegoriis: primò de his quæ sunt eiusdem temporis, vt simul nata, creata, facta, secundum tempus. Secundo simul

mul ea dicuntur, ratione conuersionis, quæ simul incedunt & se referunt: vt duplum & dimidium, pater & filius, dominus & seruus. &c. Tertiò simul, quæ eiusdem generis sunt species, vt homo & brutum simul in genere animalis: equus, asinus, leo &c. sub Bruto.

Monet Cicero in Particionibus, in tempore considerata, vel quæ à natura sunt, vel à fortuna. Naturalia sunt, præterita, præsentia, futura, in his ipsis vetusta, recentia, instantia. Quæ temporis quasi naturam denotât, vt Hyems, Ver, Æstas, Autumnus. Anni tempora, vt menses, hebdomada, dies, nox, hora, tempestas. A fortuna, vt sacrificia, dies festi, nuptiæ, casu facta, quæ aliter accidunt ac putabantur, euentus, consilio & animi permotione facta, ex imprudentia, errore, metu, feriæ repentina, & itatæ.

De Habitu.

Superioribus proximè prædicamētis, vbi & in positione, relationes quædam factæ sunt ad id quod possidet: nam esse in loco, & positum esse in loco, exprimunt quod id quod est in loco, & quod positum est, possidetur à loco. Consequenter igitur de his

dicamus de habitu vel habere, quod est quiddam extrinsecè adueniens, neque innatum ei à quo habetur, imò aliud quàm sit illud ipsum, à quo habetur.

- 2 Differt tamen habitus ab habere, quia habere, possessionem quãdam adfert & denotat. Habitus autè est res media inter corpora, & quæ eis adiacent, secundum quam vt scribit Aristot. 5. Metaphysic. cap. 20. Categoriar. hæc quidem haberi, illa verò habere dicuntur, vt armatura, tunicatio. Habitus autem apud eos qui de prædicamentis tractant, tantùm sumitur pro vestimento, vel pro ornatu aliquo hominis. In genere, verò pro habitu totius corporis, vt pro vestimento omni: vt vestitum esse, togatum esse: vel pro vestitu partis, vt manicatum, ocreatum, caligatum esse &c. vt in indiuiduo, hunc, illum, istum, tali habitu esse. Et ideò ex mente Aristotelis ita definiunt vt habitus sit adiacentia corporum, & eorū quæ circa corpus sunt: quod de corpore humano intelligunt. Quam finitionem ita vt scribit Iauellus, intelligunt. Habitus est accidens respectuum, proueniens ex mutua adiacentia corporum humanorum, & vestium, dicunt, respectum consurgentem & mediantem inter corpus hominis & vestè non circundatione vestis: nec tempus designant

designant, vt differt habitus à quando, & ab vbi, & à situ. Vocare forsan habitum generalius possemus omnem ornatum extrinsecū quarumcunque rerum, & descriptionem externam.

EIVS AXIOMATA ETIAM

quaedam dabimus.

1. **H**abitus suscipit magis & minus: non per se, sed ratione eius cui adheret vt homo magis vestitus illo dicitur, ratione multiplicationis vestium: ita & ille plus ornatus ratione ornamentorum.
2. **H**abitus non suscipit contrarietatem: nec caligatio contraria manicationi per se: nec castitio armationi, quamuis priuatiuè sint opposita, armatus, inermis, vestitus, nudus &c.
3. **P**riuatio praesupponit praecedentem habitum, l. decem, de verbor. obligatio lib. 45. *π.* tit. 1. **Q**uod intellige tamen, si priuatio sit in eo quod aptum erat habere. Nā quaedā priuatio dicitur de eo quod habitus aptitudinem non habet, vt planta dicitur oculis priuari, vt notat Aristotel. lib. quinto capit. 22.
4. **T**alis is esse praesumitur, qualis est is cuius habitū defert vbi habitus distincti sūt. Sic Thamar vt videretur à Iacob scortū, meretricis

habitum induit, Genes. cap. 38. Sic Ester ca. 15. vt videretur deliciosa, induit se vestibus deliciaribus, & fucavit faciem. Sic Iudith perrectara ad Holofernum superandum, exuto cilicio, & vestibus viduitatis depositis, lora, se vestibus pretiosis & delicatis & Venereis induit, vt talis videretur, Iudith. cap. 10. Et Bonifacius 8. in can. 12. si iudex laicus, §. idē censemus, de sentent. excommunic. in sexto Decretal. lib. 5. tit. 10. pro clerico haberi vult eum, qui cum tonsura & habitu clericali inuenitur, donec de contrario constet. Et Clemens 3. pontifex in cap. 25. in audientia, de sentent. excommunic. libr. 5. Decretal. Gregorij titul. 39. clericum in habitu laico repertum & vulneratum, non vti priuilegio clericali scribit, nec verberantem ideo excommunicatum. Sicut inquit, nec matrona veste meretricia induta, vtitur priuilegio matronali, & actione iniuriarum pro pudicitia attentata, vt etiam id scribitur apud Vlpianum in l. 15. item apud Labeonem, §. si quis virgines, de iniuriis lib. 47. §. tit. 10. Diocl. & Maximianus. AA. in l. 22. si ea quæ stupro Ad leg. Iul. de adulter. libr. 9. C. tit. 9. Sciendum tamen est, hoc præsumptionem induere, nō tamen talem eum facere, qualis is cuius est habitus. Dicitur enim, quod habitus non facit monachum, vt habetur in cap. 3. de

de regularibus, li. 3. Decret. Gregorij tit. 31. cum similibus. Non facit itaque tales, sed tales esse praesumit: unde & argumētum potest duci ab habitu, quod tales sint, qualem habitum vel ornatum referunt. Et optimē coniectores apud Quintum Curtium, lib. 3. de gestis Alexandri ea ratione adducti, interpretati sunt, fore Alexandrum Persarum regno potiturum, quod Darius rex Persarū, in somnis vidisset Alexandrum eo vestis habitu adduci ad ipsum, quo ipse fuisset cum appellatus fuisset Rex, & quod initio imperij Persicam gladij vaginam in Graecorum formam redigi iussisset. Et Deus prohibuit Deuteron. c. 22. mulierem non vestiri veste virili, & contra: abominationem id existimans.

Cæterum nos, vt latiùs disputationē pro- 7
rogare in arte nostra possimus, omnes modos habendi etiam extra prædicationem habitus consideramus, dummodò id obseruamus, ne cum præcedentibus eadem attulerimus vel in nota quantitatis, vel ad aliquid, vel aliter. Quandoquidem nos hac arte copiam & facilitatem methodi explicamus, non superfluitatem, & eiusdem rei repetitionem: scriptum est enim Ecclesiast. c. 7. b. *Ne iteras serbum in oratione tua.* Quamo- 8
bremsubijciam ex Aristotele 8. modos ha-

habendi cum duobus Titelmani carminibus
maiusculis litteris notatis quæ illos referunt
de quibus scribit. 5. Metaphysic. cap.

AFFECTVM: primus modus, aliquid vt
qualitatem habere dicitur, vt habitum & di-
spositionem, sicuti scientiam & virtutem.

QUANTVM: Secundus significat quanti-
tatem, vt magnitudinem, tricubitum, qua-
dricubitum.

VESTITVM: Tertius ea signat quæ circa
corpus, vt vestimentum, tunicam, gladium,
ornatum, coronam.

DICVELVT AVRVM: Quartus signat
aliquid in corporis parte, vt in digito annulū

MEMBRVM: Quintus signat partem, vt
pedem, vel manum.

CONTENTVM: Sextus signat habere, vt
in modio grana tritici, lagena vinum.

POSSESSIO: Septimus signat possessio-
nem, vt possidere Agrum, Domum.

VIR MVLIEREM: Octauus dicitur, &
habere vir vxorem, & contra vxor vi-
rum. Neuter enim sui corporis habet po-
testatem: tamē potiūs vxor viro subdita cum
sit, à viro propriè haberi dicetur: etsi alij du-
bitent.

Secundùm Vlpianum in l. 188. habere, De
verbor. & rer. significatio. libr. 50. π. tit. 16.
Habere duobus modis dicitur. Vno, iure do-
minij

minij: altero, pro corporali possessione. Non enim omnis qui habet, dominus rei habitus est, sicuti nec fur, nec commodato utens, & depositarius, & huiusmodi qui habent possessionem seu detentionem nudam à dominio, vel proprietate seiunctam, ut puta usum: ut scribit Modestinus in l. 1 §. questio, De verbor. & rer. significatio. lib. 50. §. tit. 16. Quæ tamē possessio nuda, etiā ab aliquo extorta domino, efficit ut is qui ante utrumque habebat, separatione facta, rectè, idest planè habere non videatur, orbatus possessione: quanuis habeat rem quo ad dominū, & ita intelligendus est Ulpianus in l. 38. stipulatio ista, De verb. obligat. lib. 45. §. tit. 1. Nā respectu prioris modi habēdi, qui utrunque & dominium habebat & possessionem, separata possessione nuda, habere nō videtur, sed nō habere illud respectu secundi habere. Et si quis habere se procuraturum pollicetur, habere illud, cū effectu intelligendū est, sicut verbū peruenire, ut notat Ulpian. in l. nomen filiarū, §. fin. De verbor. & rerū significatio. lib. 50. §. tit. 16. Sic itaque, quis respectibus diuersis, & habere & non habere videtur: & ita posside-
 re etiam dicetur, non qui nudam possessionem habet, sed qui cum possessione nuda, proprietatem habet & ius dominij, accipiendo possessionē pro sua plena significatione.

De qua intelligi debet quod scribit Corne-
lius Fronto, lib. de verbor. differentiis, dum
scribit *Potest, inquit, habere etiã fur & alius
nequam: possidet autem nemo, nisi qui aut re-
lictæ, aut donatæ, aut emptæ res dominus est*
Vocat etiam Vlpianus in dicta l. stipulatio
istâ §. hæc quoque stipulatio ff. de verbo-
rum obligationibus. Aliam possessionem na-
turalem, quæ nuda est, & iuræ etiam nõ do-
mino competit: aliam civilem, quæ domino
competit.

De Qualitate.

C A P. XIII I.

1 **S**cribit Aristoteles libro 2. de Generat.
animal. cap. 4. qualitatem quidem sub-
stantia priorem esse, veruntamen esse poste-
riorem actu ab eisdem causis, à quibus di-
stinguitur quantitas, & duo ex vno effici, &
Paulus Iuriconsult. in l. 6. certum est, de reb.
cred. li. 12. §. tit. 1. & quale, specie siue indivi-
duum, & quantitate comprehendere scribit.

2 **Q**ualitas est ens accidentale, & forma ac-
cidentalis incorporalis, ratione cuius vel se-
cundum quam, quidpiam dicitur Quale. Ve-
luti à iustitia dicitur iustus: ab albedine al-
bus: sic de similibus. Quæ qualitatis finitio,
sumpta est ab effectu & posteriori. Nã qua-
litas est causa formalis qua efficiunturuales.

Est

Est & qualitas per passionem, ut dicimus, quale calefactum, refrigeratum, iustitiam, &c. habet etiam ex nostra coniunctione genus & differentiam. Satis autem superque constat, genus & substantiae & accidentium generale esse ens. Dicimus autem qualitatem, ens accidentale: ut excludatur differentia specifica, quae non est qualitas praedicamentalis secundum rem, quanquam secundum modum praedicandi dici possit qualitas. Re autem ipsa, est substantia & essentialis differentia: quamuis illud sit qualitatis proprium ut sine substantia non reperitur cui insit, ut scribit Galen. tomo primo li. 1. de Elementis. Quamobrem Aristot. lib. 5. Metaphys. cap. 14. scribit duobus modis, quale dici. Vno modo, quale dici, differentiam substantiae, ut puta inquit, quale animal homo, quoniam bipes, equus verò quadrupes: & circulus qualis, quaedam figura quoniam absque angulis est, tanquam differentia quae secundum substantiam qualitas sit. Alio modo, ut immobilia & mathematica: veluti numeri quales quidam sunt, ut qui compositi & ad solidum ut superficies. Primus modus, non proprie accidentalis qualitas, primam simplicem dicit, aliam mutabilem & variam. Et Cic. 1. Acad. scribit, qualitates quas Graeci vocant ποιότητες, alias esse principes, alias ex iis ortas principes

tas. Principes esse vnius modi & simplices: ex iis ortas, varias & quasi multiformes. vocatque primas qualitates quatuor elementa: 6 reliquas, ex his composita. Et Alcinoſus lib. de doctrina Platonis, c. 9. qualitates incorporeas esse & accidentia docet. Primum, quia omne corpus subiectum est, qualitas verò minimè subiectum, sed accidens, non ergo corpus est qualitas. Plures adiungit rationes Galenus in *Isagogicis*. lib. an qualitates sint incorporeæ. Quod sit sine dimentionibus corporeis, quòd accidēs, & corpus corpus corpori non accidat, quòd mixtionem nullam habeat, vt corpus quòd & effectus sint qualitates vt pruritus scalpenti potestas & similia quæ corpora non sunt. Item quod si corporales essent, non egerēt corpore pro substētia. Secundo qualitas contraria qualitati, nullum verò corpus, in quantum corpus contrarium corpori, non ergo qualitas corpus. Tertiò maximè rationi consentaneum est, vt quemadmodum materia qualitatis est expers, ita & qualitas materiæ expers sit: si autem materia careat, corpus esse non potest. Et carere materiã qualitate tradit Cic. lib. 1. *Acad. quæst.* Quarto de hinc si qualitates corpora sunt, duo ac tria corpora, eundē in locum concurrēt quod à ratione prorsus 7 aberrat. Dicit Aristoteles sub qualitate genera esse

DE
ra esse
seca d
& d
seca
nius
ta spe
vt tra
Gene
ex his
culat
gener
tione
fiat, f
quom
quid
totur
Co
& ex
speci
dia q
prop
dine
aliud
bro
liter
benè
liter
rò e
la q

ra esse, quibus species insunt, nempe intrinseca & extrinseca. Nam intrinsecae habitus & dispositio, naturalis potentia. Extrinsecae, figura, passio, de quibus dictum plenius lib. 5. Synt. cap. 10. Diximus & in quarta specie qualitatis, formam tripliciter accipi ut tractatur in 1. & 5. Physicor. Arist. & 1. de 8
 Generatione. Qualitatum certe, in omnibus ex his quae diximus, constat esse utilem speculationem. Et Cic. lib. 2. de Orator. Tria genera scribit esse omnino, quae in disceptationem cadere solent & controuersiam. Quid fiat, factum, futurumue sit: aut quale sit, aut quomodo nominetur. Nam illud quidem quod quidam Graeci adiungunt, rectene factum sit, totum in eo est quod quale sit quaerimus. 9

Considerant & Iurisperiti intrinsecam & extrinsecam qualitatem & substantiam, vel specificam & accidentalem. Siquidem & praedia qualiter se habere dicuntur, secundum propriam bonitatem, salubritatem & amplitudinem, apud Iurisperitum Celsum in l. 86. quid aliud, de Verbor. & rerum significationib. libro 50. §. titulo. 16. ubi lego non aequaliter sed qualiter, quanquam, sed num bene, ipsi viderint, Alciatus ipse, aequaliter legat, & aliter alij sentiant. Porro extrinseca qualitas praediorum, est illa quae seruitutis impositio est. Ut bene
 Baldus

Baldus in authentic. ci qui. C. de bonis autho-
rit. iudicis possidend. de finierit, seruitutem
esse accidentalem habitudinem, & extrinse-
cam qualitatem prædij. Nam ea dum fundus
vti optimus est, venditur, omninò excludi-
túr, & liber censetur natura, vt scribit Venu-
leius Iurisconsul. in l. 75. quod ad seruitutes,
De euicti. l. lib. 21. π. l. 2. considerant
& in delictis seu criminibus, contractibus, re-
stamētis, & aliis, & personarum, & negotio-
rum, & rerum qualitates, quæ per singula ex-
plicare non est necessarium.

10

Physici, Medici, & reliqui corpora cōcre-
ta contemplantur & tractant, Qualitates pri-
mas & secundas maximè considerant. Pri-
mas vocant eas, quæ quatuor elementa pri-
ma cōstituunt, vt admonuimus in principio
istius capituli: secundas ex his composita. qua-
tuor primas explicat Galenus tomo. lib. 5.
de Composit. Medicamentor. per genera, in
principio, esse caliditatem, frigiditatem, hu-
miditatem, siccitatem, atque ex harum con-
iugatione quasuis compositas idem scribit
tomo primo libr. 1. de Elementis, & com-
mentar. 1. in lib. Hippocra. De humana natu-
ra. quæ repetit idem tomo. 5. libr. 3. De natu-
ral. facultatibus capit. 4. item. 5. De simplic.
medicam.

Qualitates itaque corporales ita ex me-
dicorum

dicorum mente & Physicorum diuide in primas & secundas. Primæ, quas vocat Galenus libro de Natura humana commentar. prima parte, & primo de Elementis, corporum immutatrices & agentes, humiditas, frigiditas, calliditas, siccitas, quas obtinent aër, aqua, ignis, terra. Secundæ autem gustus, astrictio, austeritas, amaror, acerbitas, salcedo, acrimonia, acor, dulcedo, pinguedo. Visus & coloris albor, nigredo, rubor & similia: Tactus, duritia, mollities, friabilitas, lentor, olfactus, flagrantia, & fœtore differentes. Et quia primæ qualitates causæ sunt omnium entium, vt ait primo de Elementis Galen. Et validæ qualitates receptæ, sibi simile corpus efficiunt, vt idem tomo primo libro de semine scribit. Validas illas existima & primas, quæ totam substantiam immutare possunt prima solas, vt idem scribit lib. De artis medicæ constitutione in Isagogicis. Et hæc primùm docuit apertè Hippocrates: postea explicauit Aristoteles vt idem scribit tomo sexto, libro primo. Methodi medendi c. 2. & to 1. libr. de Naturalib. facultat. cap. 3. Rursus Gal. to. 5. lib. 60. De compos. Medic. per genera, tres qualitates medicamentorū constituit in genere. Primæ facultates effectiuæ medicamentorū

sunt, in calore, humiditate, & siccitate. Secundæ amolientes, digerentes, repercussoriæ, attractrices, coctrices, deterforiæ, exedetes. Tertiæ glutinant vulnera, cicatricē inducunt, & carnem generant. Aristoteles etiā lib. 2. de partib. animal. ca. 1. hæc vocat tria genera compositionum, quarum prima compositio fit ex primordiis inquit iis, quæ nonnulli quatuor elemēta vocant, terram dico, aquam, aërem, & ignem. Sed forsitan melius dicendum ex elementorum virtutibus confici, idque ex humiditate frigiditate, caliditate, & siccitate, ceteræ autem differentiæ eas sequuntur, vt grauitas, leuitas, densitas, raritas, asperitas, lenitas, & reliqua id genus affectionis. Secunda constitutio ex primis illis natura simillariū partium in animalibus est, vt ossis, carnis, & reliquorū generis eiusdem. Tertia & vltima numero partium dissimilariū est, vt faciei, manus, & reliquorū insigniorum membrorum. Quod enim Galenus in medicinis à quatuor generalibus qualitatibus, ad indiuiduam tertiam pharmacorum vim restrinxit Aristoteles ad tertiam compositionem inferiorum particularium membrorum traduxit.

SUNT

SV

1

tam

lubr

2 C

men

rem

de v

gis &

disp

fitio

nus.

lubr

Ha

terpe

mo

deci

rum

tes r

sed

calli

bus

rūm

vt in

ita ne

apop

SVNT PORRO AXIOMATA
qualitatis : suscitatur.

1 Suscipit contraria, qualitas aliqua, non tamen omnis: vt virtus, vitium, salubre, insalubre.

2 Qualitas suscipit magis & minus, & tamen omnis, id est suscipit intensiorem vel remissionem, si de rebus loquamur re ipsa: si de vocabulis fiat mētio, cum aduerbiis magis & minus. Ita magis & minus suscipiunt dispositio & habitus: nam habitum & dispositionum termini, dicuntur per magis & minus. Sic alius alio magis Grammaticus: salubris: durumque quid aut molle: &c.

Hanc regulam secundam amplissimè interpretatur & illustrat exemplis Galenus tomo 7. in commentariis super aphorismum, decimum quartum, libri primi Aphorismorum Hippocratis. Et in Summa, ait qualitates recipere plus & minus minimè proprie, sed ratione substantiæ, quæ, cum corpus callidum vel frigidum sit, & sic de similibus, tales nominare facit qualitates. Verùm & abusiue de qualitatibus id dici, vt in cæteris, impropriates probatur: & ita nos dicere magnam & paruum febrem, apoplexiam, pleuritidem, peripneumoniam

& sic reliquos morbos. Cum tamen inquit, melius dicatur, magis aut minus, vel vehementius aut debilius, vel similia quæ representare qualitatem solent : nam paucum & multum, in sola decet substantiæ qualitate seruare. In quarta tamen specie qualitatis non inuenitur intensio vel remissio, nisi in figuris imperfectis. Imperfectæ figuræ dicuntur, quæ non sunt ita conclusæ suis terminis, quin addi eis vel subtrahi possit, citra mutationem speciei.


Huiusmodi sunt imperfectæ figuræ : Rectitudo, curuitas, conuexitas, concauitas, simum, aquilinum, & similia. Sicut perfectæ sunt figuræ, clausæ superficiæ vel superficiibus, vt spherica, cubica, pyram, dalis, triangularis, quadrangularis, &c. quibus nihil potest addi sine mutatione speciei. Imperfectæ itaque suscipiunt magis & minus, quia linea vna incuruior, cōuexior, &c. dici potest. Et Iurisconsultus Vipianus, magis & minus suscipere, reliquas qualitates scribit in l. 75. vbi autem non apparet, De verborum obligationibus libro 45. 2. titul. primo. Vbi & bono melius qualitatesque alias aliis maiores & minores notat


3 Similia & dissimilia, secundum solas qualitates dicuntur, vt triplum triplo.

4. Notandum quod scribit Aristoteles libro primo de Generatione cap. 4. circa omnem qualitatis speciem fieri alterationem. id est ex vno in alio mutationem, vel circa locum, vel colorem, saporem, motum, & huiusmodi, vt etiam scribit Galenus tomo primo de Naturalibus facultatibus cap. 1.

Finis Laus Deo.

*Veritas Domini manet in
aeternum.*





IN

M

qu

Prie

A

A

n

à D

à C

A

A

Ab

c

Ab

A

Ab

A

Ab

A

Ab

INDEX RERVM

MEMORIA DIGNIORVM,
quæ hoc secundo Tomo Commen-
tariorum SYNTAX. ARTIS
MIRABILIS continentur,
locupletissimus.

*Prior numerus Librum, Secundus caput,
Tertius, & sequentes numerum in
margine annotatum
indicant.*

- A** Bene vel bono composita vel melius,
aliquid boni habent 4.9.1
A malè vel pessimè nomina orta habent
mali conditionem 4.9.2
à Deo bona solum petere debemus 4.27.6
à Calumnia plura genera malorum orta
457.3. quare punienda eod.5
Abacus eorum quæ virtutem referunt 4.
47.1
Abacus veritatis, & eius summaria expli-
catio 4.51.16
Abacus glorie 4.65.1
Abominatio quid 4.43.7
Abstractio omnis exigit particulare & uni-
uersale 4.40.14
Abstractum, actus est non potentia. 4.36.1
h

INDEX II. TOMI

- Abundantia habet magnitudinem 4.30.9
 Acceptabile quod est, bonum esse docetur 4.
 6.1. & seq.
 Acceptabile quid sit 4.6.3. & 4
 Acceptio personarum in quibus habenda,
 vel non habenda sit 4.6.3
 Accidentia habent actionem passiuam 4.
 36.1
 Accipere semper non est bonum 4.6.2
 Accommodum & quod conuenit, quare bo-
 num dicitur 4.7.1
 Accusare falso qui noluerunt, & potius sibi
 linguas amputarunt 4.51.4
 Accidia quid 4.43.27
 Actio quid 4.8.8
 Actio aduersus ingratos 4.16.23. & 26
 Actio & passio simul consideranda 5.7.2
 Actio quid 5.7.3
 Actio de qua Iurij, consulti agunt, cur ita
 dicta 5.7.4
 Actio & passio quae in contractibus 5.7.14.
 & in alijs obligatis eod. 15
 Actiones quando bene vel male iudicande
 4.5.1. & 2
 Actiones quae sint quae à nobis pendent, &
 quae sint extra nos 4.37.1
 Actioes iustae vel iniustae, quae dicuntur 5.7.9
 Actiones ex contrahentibus 5.7.2
 Actionis vel agendi diuisio 5.7.5
 Actionis

- Actionis & passionis in inquisitione & di-
 sputatione, utilitas 5.7.7
 Actionis nominis differentia cum operis &
 actus nomine 5.7.7
 Actionis nomine quomodo contineatur ex-
 ceptio 5.7.15
 Actionis & passionis argumentandi loci
 5.7.18
 Actionis & passionis axiomata 5.7.19
 Actionum pura genera 5.7.17
 Activa potestas quid 4.34.5
 Actus & potentia nihil simul idem est 4.36.9
 Actus quilibet habent potentiam propriam
 precedentem 4.34.2
 Actus & actio, quomodo differant 5.7.7
 Ad aliquid, quid sit 5.6.1
 Adamas, qui ferro non frangitur, p'umbo
 sciundur 5.3.10
 Adiphora quomodo debent explicari 4.8.5
 Adolescens calidus 4.13.9
 Adrastia Iouis & necessitatis filia vindex
 delictorum post mortem 4.19.11
 Adulatio pervenit in philosophos, & malo-
 rum multorum causa fuit 4.61.10
 Adulator à susurrone in quo differat 4.61.1
 Adulator quis dicatur, & unde 4.61.5
 Adulatoris & amici discrimen 4.61.11
 Adulatoriū pernicies, & mala 4.61.14. & 11.
 Aenigma de Dei nomine, sibylla 4.2.8

INDEX PL. TOMI

- Aequale medium est* 4.8.14
Aequale vel inaequale, ex quantitate procedit 5.5.6
Aequalitas distributiva Geometrica 4.8.16
Aequalitas commutativa, dicta Arithmetica 4.8.15
Aequalitas quomodo per similitudinē pendenda 4.8.16
Aequitas in omnibus spectanda 4.8.10. & ibi soluitur nodus Iurisconsultis indissolubili, de equitate scripta & non scripta
 & II
Aequitatis consideratio, & diuisio 4.8.2
Aequitatis interpretatio non omnibus permessa est 4.8.11
Aequum esse bonum docetur 4.8.1
Aequum ab equali explicatur 4.8.3
Aequum seu aequale composuit iurgia hominum 4.8.6
Aestas per teneros ramos fici praedicatur esse prope 4.40.25
Aestimatio quid 4.13.8
Aestimatio rerū, ex locorū diuersitate 5.9.13
Aetas, temporis vel Saturni filia quare dicta 4.33.8 *etates quot, & diuersa earum studia* 4.33.8. & 9
Aetatem supplet malitia 4.4.5
Aetates septem quare potius quàm plures aut pauciores constituamus 4.33.10. quot sunt,

COMM. SYNT. ART. MIRAB.

- sunt, & quomodo considerantur apud Iu-
risconsultos* 4.33.17
- Aetates seculi & imperiorum sunt* 4.31.22
- Aeterna priora corruptibilibus* 4.33.4
- Aeternitas Dei cum Deo, in Deo, &c.* 4.33.5
- Aeternū quid, & quando immutabile* 4.33.2
- Aeternum per subrogationem quid* 4.33.3
- Aeuitas, euum, vnde* 4.33.6
- Aeuiterni dū* 4.33.7
- Agarici vis* 4.34.8
- Agendi facultates vnde oriuntur* 5.7.8
- Agere est ex potentia* 4.35.2
- Αγλα cur dicatur prior gratiarum* 4.16.7
- Agnitio sui ipsius ex mortis consideratione*
4.19.14
- Agonia quid* 4.43.9
- Albi capilli vnde fiant in homine* 4.33.12
- Albi quare dicantur fieri, qui à peccatis ab-
soluuntur* 4.66.8
- Alteratio fit in omnibus speciebus quali-
tatum* 5.14.13
- Ambitio & arrogantia, ex vana gloria* 4
69.2
- Ambitus & ambitio, species arrogantiae* 4
59.3
- Amicitia pares admittit vel facit* 4.8.22
- Amicitia seu amor omnia genuisse à quibus
dicatur & quare* 4.16.8
- Amicitia continet animalia, elementa, &*

INDEX II. TOMI

<i>elementata</i>	4.16.12. & 13
<i>Amicitia & lis, rerum omnium elementato- rum cause</i>	4. 42.25
<i>Amicitia inter quos dici possit</i>	4.43.4
<i>Amicitia voluntate constat, non rebus ex- ternis</i>	eod.5
<i>Amicitia & amor, an differant</i>	4.43.6
<i>Amicitia vera pictura</i>	4. 43. 1. ubi vera explicatur amicitia. Imp: dica ami- citiæ pictura
	eod. 2
<i>Amicorum omnia communia</i>	4.8.22
<i>Amor sui ignorantiam producit</i>	4.38.2
<i>Amor sui multos decipit</i>	4.51.14
<i>Amor parus & impurus</i>	4.41.1
<i>Amor quid, & unde</i>	eod. 3
<i>Amoris vis ignea</i>	4.16.7
<i>Amplitudo habet magnitudinem</i>	4.30.10
<i>Amplius verbum extensionem habet</i>	4.30.10
<i>Anaxidus à Leone agnitus</i>	4.16.18
<i>Angeli non sunt ex materia & forma, sed ex esse & essentia</i>	4. 14.2
<i>Angeli qua ratione dici corpora possint</i>	4. 40. 7
<i>Angeli inferiores à superioribus discunt</i>	4. 40. 7. & 8. & à sanctis in terra, & ab ecclesia cui Deus reuelavit mysteria ab- scoudita. eod. 9. quomodo diuersi in scien- tia
	eodem
<i>Angeli cuiusque duplex virtus, intellectus & volu</i>	

vo
Ange
Ange
Ang
46
Ange
lor
Ange
An n
v
Ani
23
Ani
33
Ani
Ani
Ani
ga
Ani
Ani
40
Ani
14
Ani
do
Ani
m
ps
Ani

voluntas 4.46.7

Angeli prepositi quatuor anni partib. 5.12.12

Angelica voluntas qualis 4.42.13

Angelis tribuitur essentia, virtus, operatio 4.

46.7

Angelorum preestas que bonorum & malorum 4.34.6

Angelorum que cognitio, & scientia 4.40.7

Anima mortuorum presaga, & sui boni

vel mali precognitrix 4.19.4

Anima à Deo, purissima eius pars ratio 4.

23.4

Anima quomodo mori, & viuere dicitur 4.

33.35

Anima quomodo iungatur corpori 5.3.11

Anime foemineus fetus mala 4.4.3

Anime sanitas & morbi, quomodo colligantur

4.33.47

Anime essentia, que, & vnde 5.3.7. & 8

Animalia bruta cognoscunt, & quomodo 4.

40.21

Animalium in benefactores gratitudo 4.16.

14. & seq.

Animarum in altero seculo iudicia, beatitudo & pena secundum Ethnicos 4.19.10. & 11

Animarum duplicem & ignorantiam quomodo ponant Platonici ratione metempsychosis

4.40.23

Animarum corpore excedentium que est ve-

h 4

- litas, & quomodo ea immutabilis* 4.42.11
Animi latitudo in quo 4.30.6
*Animi & corporis hic & in alia vita post re-
 surrectionem diuersum imperium* 4.63.12
*Anni quatuor tempora, habent singula gu-
 bernatorem Angelum* 5.12.12
*Antigonus monachus ob mendacium aula
 Alexandri pulsus* 4.52.4
*Antonius Picentes, impostor insignis nomine
 religionis* 4.64.3
*Anus monachus abstinuit à mendacio, om-
 nia quæ volebat à Deo impetrauit* 4.52.2
Apollinarij duo heretici 4.42.17
*Apparere omnia desiderant naturali in-
 stinctu* 4.62.1
Apparere omnia desiderant 4.66.1
Appetibile bonum est 4.11.1. excellens eod. 3
*Appetitus & volùtas in rebus necessariò ad-
 iunguntur* 4.42.1
Appetitus quid eod. 3
*Appetitus duos actus habet, immanentem
 & transeuntem* 4.42.4
*Appetitus diuisio. eod. 5. à quibus moueatur.
 eod. quomodo differat à voluntate eod. 6*
Appetitus obiectum quod eod. 7
*Appetitus naturalis, quomodo distinguatur
 à cognitionali & libero* 4.42.18. quid ap-
 petitus naturalis seu motus ad aliquid.
 eod. 19

- 42.11 *Appetituum quis sit praestantior* 4. 44.1
 30.6 *Appetuntur res vel propter se, vel propter aliud* 4. 3.2
 53.12 *Aquam bibere, quando hydropisim generare dicant Hebraei* 5. 12. 12
 2. 12 *Aqua quando tyrannidem demonum maxime patiatur* 5. 12. 12
 52.4 *Arbor boni & mali quomodo mortem intulit primis parentibus* 4. 4. 11
 64.3 *Argentum omnia donat* 4. 30. 19
 52.2 *Argumenti à notatione nominis validum & firmum* 4. 9. 3. & 7. & 8
 2. 17 *Argumentum à tempore ad locum receptum* 5. 9. 15
 62.1 *Arithmetica equalitas, & inequalitas, quae in quibus* eod. & 16
 66.1 *Arphaxat magus Babylonis* 4. 46. 4
 3 *Arrogantes quomodo differant à mendacibus* 4. 59. 2
 42.1 *Arrogantia, superbia realis, mendacium habet, & quid sit* 4. 59. 1
 3 *Ars quid* 4. 41. 2 & quomodo distinguatur à casu, fortuna, necessariove contingetibus eo. egent interprete, res faciles reddit & c. eod. 3
 42.4 *Artes bonae cur sint* 4. 14. 5
 4 *Artes pro dolis, malis & cognitionibus* 4. 41. 4
 6 *Artificium Dei & hominis, ut differat* 4. 2. 5
 7 *Artotrogus, insignis parasitus, apud Plautum* 4. 61. 6

INDEX II. TOMI

<i>Assentator quis</i>	455.1
<i>Astartes dea habita Sidoniorum</i>	4.7.7
<i>Auarorum insatiabilium in inferno pœna</i>	4.19.11
<i>Auctio magnitudinem habet</i>	4.30.11
<i>Aulacia ex ignorantia</i>	4.35.11
<i>Aulacia interdum cum ratione, interdum sine ea</i>	4.43.8
<i>Aures cur erubescantibus rubeant</i>	4.17.11
<i>Aurum expugnat civitates inexpugnabiles</i>	4.35.6
<i>Auhtoritas quid 4.35.3. tutorum, legum, rerum iudicatarum, &c.</i>	eod.
<i>Æfius unde declinetur</i>	4.13.1
B	
<i>Babelis turris imperfecta quare</i>	4.20.1
<i>Balaam magus, nihil potuit contra populum Dei</i>	4.46.4
<i>Barieu magus à D. Paulo in nomine Dei excacatus</i>	4.46.4
<i>Beatitudo quid 4.15.3. perfecta & imperfecta</i>	eod. 4
<i>Beatitudo quibus gradibus perficitur</i>	4.15.18. & 19
<i>Beatitudo, vera gloria</i>	4.65.3
<i>Beatorum locus apud Gentiles qualis describatur</i>	4.19.13
<i>Bellorum finis pax</i>	4.21.1
<i>Beatorum damna, & pacis utilitates</i>	4.21.2
<i>Bella unde</i>	eod.
	Bene

Bene
Bene
l
Bene
r
Bene
a
Bene
p
Bene
Bene
Bene
Bene
4
Bian
Bili
Bi. i
m
Bon.
Bon.
Bon.
Bon.
n
Bon.
Bon.
Bon.
P
Bon.
f

SYNT. ART. MIRAB.

Benè vt agamus, Deus exigit	4.17.5
Benè viuendi & benè moriendi, eadem regula	4.19.2
Benedictio mensa non omittenda, nec gratiarum actiones	4.3.9
Benedictio Dei rerum, causa fertilitatis & abundantiae	4.33.51
Benedictiones fiebant per inuocationem & pronunciationem nominis Dei	4.2.7
Beneficio hominè affici, hōis interest	4.8.23
Beneficiū et pœna, duo dū Democriti	4.1.4
Beneficium retribuitur etiā voluntate	4.16.1
Beniuolentia quid, utq; differat ab amicitia	4.43.11
Biantis de bonis dictum	4.8.4
Bilinguis quid	4.61.1
Bi. u. flaua expurgatur rhubarbaro & scammonio	4.34.8
Bona vel mala omnia esse	4.3.2
Bona finis, & ad finem	4.3.7
Bona omnia à Deo	4.3.13
Bona non dicuntur quae plus habent incommodi, quàm commodi	4.7.2
Bona huius mundi malis annexa	4.15.4. & 5
Bona à Deo solùm petere oportet	4.27.6
Bona finis, & bona ducētia ad finem & quae praestantiora	4.28.2
Bona in vita nostra quare nobis suspecta esse debent	4.19.7
Boni	

INDEX II. TOM I

- Boni questio difficilis* 4.1.1
Boni Dei etiã gentiliũ dicti sunt 4.3.7. & 8
Boni finitiones plures 4.5.4
Boni proprium, se alijs communicare 4.10.1
Bonitatẽ esse & malitiã ostẽditur 4.1.1. & se.
*Bonitatis & malitiæ nominis notationes la-
 tine, Græcæ, Hebraicæ* 4.2.1
Bonitatis finitio 4.2.2
Bonitatis questio cur accuratè tractanda 4.
 27.1. & seq
Bono melius esse, & præferendum 4.3.2
Bonum & malum, num duo principia 4.1.3
*Bonum & malum quomodo dicantur con-
 traria* 4.1.17
*Bonum summum in quibus constituerunt an-
 tiqui falso* 4.3.5
*Bonum & bonitas non sunt substantialis
 Dei nomina* 4.3.14. & 15
*Bonum naturã desiderabile, & contrã ma-
 lum fugiendum* 4.27.3
*Bonum maius minori præponendum, aliter
 erratur* 4.27.3
Bonum melius quomodo eligibilius 4. 28. 1.
 & quid melius dicitur eod.
Bonum proprium singulis rebus inest 4.28.8
*Bonum & malum idem dicitur diuersis respe-
 ctibus* 4.31.3
*Bonum aut malum quomodo appetitus obie-
 ctum* 4.42.7.
Bruma

SYNT. ART. MIRAB.

	<i>Brumalem primum diem qua norunt floren-</i>	
	<i>tes herbae.</i>	4.40.25
	<i>Brutis num ratio insit</i>	4.40.22
	C	
	<i>Cabala quid</i>	4.41.34
	<i>Cadaver unde dicitur</i>	4.33.50
	<i>Chaos quid</i>	5.9.2
	<i>Callidus quis</i>	4.54.11
	<i>Calor infrigidat per accidens</i>	4.34.7
	<i>Calumnie imago, seu pictura</i>	4.57.3
	<i>Calumnie quare non sunt contemnenda sed</i>	
	<i>reijcienda.</i>	4.57.4
	<i>Calumniam excusat vnus testis probatio</i>	4.
		57.2
	<i>Calumniatum pena</i>	4.57.9.
	<i>Calumniari quid</i>	4.57.1
	<i>Canescit primum in homine quod primum</i>	
	<i>ortum fuit, vt pubis pili & temporum</i>	4.
		33.12
	<i>Canis capilli unde fiant</i>	4.33.12
	<i>Canis admiranda gratitudo</i>	4.16.14
	<i>Canis syderis ortum que sentiant, vt mare</i>	
	<i>terra viuam, canes</i>	4.40.25
	<i>Cantharides interius assumpta solam vesti-</i>	
	<i>cam vlceraunt</i>	4.40.25
	<i>Capacitas quid</i>	4.30.12
	<i>Caro unde dicitur</i>	4.33.50
	<i>Castitas bonū est</i> 4.17.5. <i>castitas triplex. eo. 7</i>	
	<i>Cedri materia eterna</i>	4.33.2
		Celebr

INDEX II. TOMI

Celebritas quid	4.65.4
Celebritas Solis filia	4.65.11
Centrum omnium Deus, cur	4.30.5
Certum nihil cognosci secundum micos	Acade- 4.41.5
Certum quid	ead.
Certum ex quantitatis adiectione	5.5.7
Cerus vita tui	4.33.6
Chamos, idolum Moabitarum	4.7.7
Chilo letitia obijt	4.43.23
Cicendula lucentes signum sunt maturitatis hordei	4.40.25
Ciconiarum pietas, & mutuus amor	4.16.15
Cincia lex de muneribus nō accipiendis	4.6.2
Circuli quatuor moti circa Deam ut cen- tris mentis animæ, naturæ, materiæ	4.30.5
ciuitatis defensoris iuramentum	4.8.12
Clericis cum quibus tantum permittatur ha- bitare fœminis	4.4.9
Clericus in habitu laico inuentus, privilegio clericali non vitur	5.13.6
Clisophus adulator Philippi regis	4.61.9
Cita cur vna gratiarum dicta	4.1.11
Coactio quō repugnet libero arbitrio	4.43.37
Cœlestium apparitionum & impressionum cause	5.3.6
Cœlum primum ab aliquo moueri conclu- ditur	5.3.1
Cogitatio quid	4.39.1 Cogni

SYNT. ART. MIRAB.

65.4	Cognitio nostra respectu incogniti, ignorantia	4.38.1
65.11		
30.5	Cognitio à quo nomine declinetur	4.39.1
ade-	Cognitio creaturarum quomodo sumatur, & distinguatur à cognitione Dei	4.39.3
41.5		
cod.	Cognitio increata, & creat., quae	4.40.1
5.5.7	Cognitio connata nobis, & data, à Deo pendet, & intellectualibus tantum concessa	4.40.5
4.33.6		
4.7.7		
43.23	Cognitio, oculus mentis	4.40.21
itatis	Cognitionem esse principium transcendens ostenditur	4.38.1. & seq.
10.25		
16.15	Cognitionis Angelorum, & Dei differentia	4.40.7
4.6.2		
cen-	Cognitionis Dei, Angeli & hominis differentia	4.40.10
30.5		
4.8.12	Cognitionis abacus	4.41.1
ur ha	Cognitivae vires anima mens, ratio, phantasia	4.40.26
4.4.9		
ilegio	Cognoscendi tres modi, coniectura, definitio, consequutio	4.39.3
5.13.6		
4.61.9	Cognoscere iudex quomodo dicatur	4.39.1
16.11	Cognoscere seipsum, sapientis esse	4.41.27
43.37	Cognoscere, interdum pro commixtione utriusque sexus, quare	4.39.4
onum		
5.3.6	Collatio rerum pertinet ad veritatem eliciendam earum	4.51.5
inclu-		
5.3.1	Collegia studiorum & artificum ob quosdam bonam probata	4.10.9
4.39.1		
Cogni		Color

INDEX II. TOMI

- Color, lux opaca 4.66.4
 Commune & proprium quomodo idem dici
 potest 3.3.19
 Commune vt singulorum, & vt plurium 4.
 30.13
 Communia equaliter naturâ, quæ 4.8.3
 Communia & vniuersalia quomodo magni
 tudinem habent 4.30.13
 Communicatio bonum est 4.10. I plures spe-
 cies eius in sequentibus
 Communio rerum humanarum quomodo vio-
 lata 4.8.5
 Communionés male quæ 4.10.6
 Commutatiua equalitas, quæ 4.8.15
 Comos, demon incentiuus amorum impudi-
 corum, & eius pictura 4.43.2
 Compositio rerum duplex 4.14.3
 Comprehensio & cognitio catalipsis 4.39.
 2.
 Concupiscentia quid 4.43.12 In bono & ma-
 lo posita eod.13. Alia concupiscentiæ faci-
 lior distinctio eod.14
 Concupiscentia, num per se sit peccatum 4.
 43.15
 Concupiscentia animæ alia, alia carnis eod.
 16
 Concupiscentiæ, & cupiditatis differentia 4.
 43.18
 Confidentia quid, & confidens quis 4.
 33.27

33.27

Confusio opponitur ordini 4.41.18

Coniectura verum vel falsum extorquet

4.41.6. quomodo à commentatione differat. eod.

Consecratio corporis & sanguinis Domini

4.3.12

Consilium scientiam habet, & quid consilium

4.41.7

Consilium ex quibus, & quomodo sumatur

4.41.8

Consistentia quid 4.33.28

Constantia quomodo durationem habet 4.

33.23 constans quid eod.

Consuetudinis bonæ autoritas 4.8.13

Consuetudo habet auctoritatem ex tacita

volentium voluntate 4.43.20

Consultere de vnoquoque, scientis est 4.

41.7

Consultatio de dubio, non de eo quod scitur,

est 4.42.15

Contentus sua felicitate nemo vivit in hoc

seculo 4.15.6

Continentiæ quid, & unde 4.33.6

Contractus qui habeant proportionem arith-

meticam, aut geometricam 4.8.17. & 18

Contractuum firmitas 4.33.25

Contractuum differentiæ 5.7.11

Contrariorum leges 4.2.2

INDEX II. TOMI

- Contrarium non in se substantiis s. 4. 4. sus-
ceptibiles tamen contrariorum eod. 7
- Conturbatio quid 4. 43. 10
- Conversionis & conuertentie differentia s.
6. 7
- Conuertentia correlatiuorum quid sit s. 6. 7.
eius cum conuersione differentia eo.
- Conuertibilitas, aliud quam conuersio, &
quid s. 6. 7
- Conuertiari, & contradicere in quo differunt
3. 4. 40
- Conuiuia antiquorum non fiebant sine Dei
veneratione 4. 3. 8. 9. 10 & II.
- Copia quomodo habeat magnitudinem 4.
30. 14
- Cornicis viuendi tempus 4. 13. 6
- Coronae in psalms quid significant 4. 15. 17
- Corporis extremae partes cur magis sensibiles
4. 33. 11
- Corporis partium ignorans positionem, igno-
rat usum & actionem s. 10. 9
- Corpus quid 4. 30. 4
- Corpus nostrum in hac vita regit actus ut
cunque animae. In resurrectione uero ani-
mam sequetur corpus 4. 63. 12
- Cresus ex saelice infaelicissimus 4. 64. 9
- Crucis signum quare benedictionibus &
omnibus actibus Christianorum additum
4. 7. 10

SYNT. ART. MIRAB.

Crucis signo victi magi 4.46.4
 Crucifragium, pœna calumniatoris 4.57.

5.

Cupidinis pictura 4.43.2

Cupiditas quid 4.43.17. eius diuersa nomi
 n., ratione cupitorum eod

Cupiditas malorum & scelerum radix 4.43.
 18. in tres partes diuisa ab Aristotele eo.19

Cupidus insatiabilis 4.43.19

Curculio parasitus 4.61.6

Curiosi & vanis inherentes, vix veritatem
 nunquam consequuntur 4.48.5

Cynocephalus horas ostendit 4.40.25

Cyrenicorum secta error 4.51.11

D

Demon falsis & apparentibus gloriolis & ve
 bus, homines decipit 4.64.7 huic resisten
 dum eod.8

Demon-nes nulli boni 4.1.2

Demon-nes an generent cum mulieribus 4.17.
 22

Demon-nes quomodo concitent in aère miracu
 la & tempestates 4.45.3

Demon-nes quando in aquam exercere possint
 tyrannidem, secundum Rabinos 5.12.12

Demonis potestas à quo 4.36.5

Demonum voluntas quomodo bona vel ma
 la 4.42.12

Damnati in glorij. 4.65.3

INDEX II. TOMI

Damnum quid	4.26.5
De Christi domini nostri diuinitate & humanitate hereses	4.42.16. & 17
Debitum cuique quid, & ex iustitia restituendum	4.8.7
Decorum quid	4.65.5
Decus & dignitas quam gloriam habeant	4.65.5
Dei est vias nostras dirigere	4.8.1
Dei opera bona	4.2.1
Dei semper est siue fuit vel erit	4.32.5
Dei omnipotentia docetur	4.35.2
Dei cognitio qualis	4.39.2
Dei voluntas, quid in Deo	4.42.14 & de eius consideratione
	ibid.
Dei virtus admiranda, & imperscrutabilis	4.46.1
Dei opera; etiam in exiguis animalibus admirabilia & incomprehensibilia	4.63.5
Dei nomini creaturae obedierunt, vt exemplis docetur	4.63.6
Delatio quid	4.57.3
Delatorum poena	4.57.5
Delphinus maior minores comitatur, & defendit	4.16.13
Democriti de Deo error	4.1.4
Demosthenis vanitas	4.3.5
Dentes quando excidant hominibus	4.33.

- Deo seruire, est vera libertas 4.18.4
 Deo assidentes propius, cur lucidiores 4.
 66.9
 Desiderium à desiderabili quid differat 4.11.1
 Desiderium sui conseruãdi naturale, & quo-
 modo vocetur 4.42.2
 Desiderium quid 4.43.21
 Desperatio quid 4.43.42
 Detractor vt susurroni¹ conuenit, & de v-
 triusque delicto 4.61.3
 Deum esse omnium causam & creatorem a-
 bundè docetur 4.2.7
 Deum honorans, honoratur 4.2.45
 Deum omnipotentem esse que rationes osten-
 dent 4.34.3 causãq; in alijs potestatis eo.4
 Deus verum ens & habet solus verum esse
 4.2.4.5.61. & seq.
 Deus, bonitas, bonorumq; causa 4.3.1
 Deus solus summus & sibi sufficiens nullis in-
 digens 4.3.6
 Deus summum bonam 4.3.67. & 7
 Deus, vera fœlicitas 4.15.14
 Deus, centrum omnium rerũ quomodo 4.30.5
 Deus nullius ope indiget 4.34.2
 Deus à nobis non cognoscitur per abstractio-
 nem, vt reliqua 4.40.14
 Deus sine passionibus, sine habitu medio, sine
 mutatione 4.46.5 Omnes creaturarum
 virtutes continet eod.6

INDEX II. TOMI

Deus largitor veritatis, & veritas vera	4.	
	49.8	
Deus est vera gloria, & laus populi eum co-		
lantis	4.63.3	
Deus lumen, omnia illuminans	4.66.6. & 7	
Deus non potest concludi aliquo predica-		
mento	5.15	
Deus quomodo verè substantia dici potest		
solus	5.23. & 5	
Deus simplicissimus	eod.	
Deus non est ens, sed super ens	5.35	
Deus quare dicatur Hebræis locus, seu ma-		
kom	5.8.3	
Deus ubique	5.9.12	
Διὰ βολῆν	45.3	
Diagoras præ gaudio mortuus	4.4.23	
Diane templum, ob cuius iustitiam gloria &		
fama incensum	4.64.6	
Dictionum commutatio: quatuor ob causas		
commutantur	4.9.11	
Diebus festis quæ facere licuit, & quæ non		
permittebantur	4.65.11. & 12	
Dici perfectio & defectus	4.33.15	
Dies profesti, & intercesi qui	4.65.14	
Diffirmitas corporis	4.17.28	
Dignitas quid & in quibus sit	4.13.2. hono-	
rem addit	eod.3	
Dignitas quid	4.30.15	
Dignitas quam habeat potestatem	4.35	
	Dignè	

4.	Dignitas quid	4 65.6
	Dignum bonum esse	4 13.1
co-	Dilectio Dei & proximi, duo precipua prae-	
3.3	cepta	5 8.22
7 7	Dilectio quid	4.43 22
ca-	Dionysius Siracusanus suis diis mensas ar-	
1.5	genteas ademit	4.3.7
est	Dionysius Siciliae Tyrannus, gaudio mortuus	
7 5	4.43.23	
od.	Dionysius Siciliae Tyrannus, ex rege factus	
3.5	praeceptor ludi literarum	4.64 10
na-	Disciplinarum inuenta debemus maioribus	
8.3	4.51.10	
.12	Disparitas, malum 4. 7. 5. in nuptiis quae	
7 3	eo 1.6	
23	Disputatio elicit veritatem	4.51.11
7	Dis simulator quis	4.55.1
4.6	Distinctio scientiam arguit	4.41.9
fas	Distributiva aequalitas	4.8.16
11	Diuidua & indiuidua quae	4.31.4 & 5
on	Diuinitio optima, bonum consilium 4.	
12	41 8	
15	Diuinitio quid	4.41 19
14	Diuisio rerum mala ingentia mundo inue-	
28	xit, & quae 4.8.5	
co-	Diuites urbibus expulsi exilio, quare 4.	
1.3	35. 8	
15	Diuitiae quid	4 30.19
35	Diuitiae quam habeant potestatem 4. 35 6	

INDEX II. TOMI

- Diuitias non facere beatam vitam* 4.15.
 12
Dolia duo mali cum vno boni mixta 4.15.4
Dolores & tristitia, num mala sint 4.1.16
*Dolum malum quatuor modis ex tacitis acti-
 bus vt colligant Iurisperiti* 4.54.13
Dolus malus & bonus, quid 4.54.11
Dolus fugiendus, & delosi odibiles 4.54.14
Dolus malus quid, & delictum esse docetur
 4.54.11
Dominatio quam potestatem habeat 4.35.5
*Domitianus quos occidere volebat, fingebat
 se amare* 4.60.5. eius pœna cod.7
*Dona spiritus sancti interdum cum spiritu-
 sancto, interdum sine eo* eod. 4.11.2
Draconis in nutritorem suum gratitudo
 4.16.15
Duratio quid 4.32.3
*Durationem referentium Synopsis, & bis re-
 pugnantia* 4.33.1
Durationem quæ admittant 4.33.52
Durationis diuisio 4.32.4. & seq.
Durationis regule 4.35.53
Durum, & durare quid eod. 4.32.3

E

- Educatio proba ad nobilitatem conducit*
 4.20.6

Esse

Effeminati principes dantur ab ira De

4.34.11

Electio quid 4.27.2

Electio in malis nulla 4.27.3

Elementorum actio & passio 5.7.13

Elephantis in eduentem è fouea gratitudo

4.16.20

Elymas magus excæcatus 4.46.4

Elysius campus 4.19.13

Ens quid antiquis, & nobis 4.2.3. & 4

Ens, transcendens dicitur 5.16

Ens quid contineat 5.2.4

Entia rationis quæ 4.40.17

*Epicurei falso omne iudicium veritatis sensi-
bus tribuerunt, & voluptati* 4.51.11

*Episcopis nullas licet secum habere famir vs
nec propinquas* 4.49

Epithimij vis 4.34.8

Ergasilus parasitus 4.61.6

ipius amor, vnde dicatur 4.43.18

*Error in bonis ducentibus ad finem, & non
in finis bono* 4.28.2

Error vnde nascitur 4.40.6

Error & dolus differunt 4.54.13

*Erubescences quare manum ante faciem po-
nant* 4.17.10. *rubeant auribus, occu-
losq; claudunt* eod.11

Erubescencia iuuenes, non senes, quare deceat

4.17.9

- Excelsus* 4.30.21
Exceptio num continetur nomine actionis
 5.7.15
Excussus omnis in omni re malum est. 4.8.26
Exilio temporali aliquando damnati diuites
 4.35.8
Eximium quid 4.30.21
Existencia durationem arguit, & quid sit 4.
 33.29
Existimatio quid 4.30.15
Experientia, artis mater 4.41.10. ex memo-
 ria primum fit eod.
Expertis in iis quæ experti sunt, credendum
 4.41.10
Exploratores hostium capite puniendi 4.60.6
Extensio quid 4.30.20
Exuperantia addit omnibus 4.30.23

F

- Facilia ad difficilia viam parant* 4.51.7
Facultas rerum à tota substantia, quid
 4.34.8
Facultas quid, & quasi facilitas agendi
 4.35.10
Facultas actionis, causa à qua procedit
 5.7.7
Facultates naturales quæ dicuntur apud
Physicos & medicos 4.34.7
Feciales

INDEX II. TOMI

<i>Feciales quo ritu fiebant à Romanis</i>	4.24.3
<i>Fallere & mentiri in quo differant</i>	4.53.4
<i>Falsitas quid</i>	4.25.1. & 5
<i>Falsitas & veritatis ignorantia fons & origo malorum</i>	4.48.3
<i>Falsitas contraria veritati, & sibiipſi</i>	4.49.5
<i>Falsitas rei quid</i>	4.50.2
<i>Falsitas in alterius præiudicium cum dolo malo, quomodo dicto & factò committatur, & puniatur</i>	4.56.3
<i>Falsum intellectus, quid dicitur</i>	4.50.4. & 5
<i>Falsum quid</i>	4.56.1. quòd mendacium eod.2
<i>Fama in bono & malo quid</i>	4.65.7. quid differat à rumore, laude, & gloria eod.8
<i>Fama bona procuranda, & conſervanda eſt</i>	4.65.9
<i>Fame mori, dura mors</i>	4.8.20
<i>Fames unde oriatur</i>	4.33.58
<i>Familiarum nobilium nomina uſurpantes falſò, & quomodo puniti</i>	4.64.2
<i>Fauſti in libero arbitrio hæſiſ</i>	4.43.34
<i>Fauſtina uxor Conſtantini magni, & eius mors</i>	4.57.5
<i>Ferie publicæ & priuatæ, quæ</i>	4.65.14. ſpecies quatuor eod.15. & ſeq.
<i>Feria ſæſtiuæ, quæ</i>	4.65.15. Conceptiuæ 16. imperatiuæ 17
<i>Ferie priuatæ vel familiarum, quæ</i>	4.65.19
<i>Fertilitas quid, & quòd magnitudinem habeat</i>	

be
Fest
Festa
4.
Festi
qu
4.
Fides
Fides
Fidei
Fides
de
Fidu
Fily
Filio
ren
Filio
Finis
4.
Finis
Finit
Firm
Flore
br
Focu
Fali
4.
Fali
sen

beat	4.30.25
Festa gloriam habent	4.65.11
Festa Martyrum cur celebremus, & sanctorum	4.65.20
Festi dies curati ab Ethnicis magistratibus & quid habeant, & à quibus abstinendum	4.65.11
Fides quid	4.41.11. & 12
Fides gradus ad intelligentiam	eod.12
Fideiussor idoneus quis, & locuples	4.35.12
Fides Christianorum, etiam in elementa & demones cur operatur.	4.46.4
Fiducia quid	4.33.27
Filij terre, qui	4.65.3
Filiorum generatio reddit immortales parentes	4.33.32
Filios relinquere successores, donum Dei.	4.15
Finis ultimi hominis, & animalium, diversi	4.15.20
Finis cuiusque vita considerandus	4.15.17
Finita sunt, que in loco sunt	5.9.9
Firmitudo quid	4.33.30
Florent que aride herbe suspense primo die brumali	4.40.25
Fecunditas quid	4.30.24
Felicitas quomodo bonum esse doceatur	4.15.1
Felicitas in quibus constituenda esset variae sententiae	4.15.10. nullam autem in rebus hominis

INDEX II. TOMI

- hominis esse docetur eo. II. sed post mortem
 12
- Fælicitas gloria est* 4.65.10
- Fælicitatem quinquepartitam cõstituit Pla-
 to* 4.11.10
- Fælicitatis lux est, tenebræ damnatorum*
 4.66.7
- Fælix quis dicatur* 4.15.2. & 7
- Fæmina malorum in mundo causa* 4.4.4
- Fæmina non debent inter esse conuentibus vi-
 rorum* 4.4.9
- Forma quomodo substantia dici possit* 5.2.6
- Formam esse substantiam ostenditur* 5.3.4
- Fortitudo quomodo potentiam habeat* 4.15.11
- Fotini hereses* 4.42.17
- Foulz de Princes, contumeliosi principibus
 ipsis quare sint* 4.61.9
- Fucatarum mulierum tandem pœna, & no-
 te fuci* 4.14.5
- Fuci mulierum, ad pulchritudinem compa-
 randam, quibus rebus fiant* 4.54.4
- Fucus mendacium est* 4.53.2
- Furtum ex animi voluntate arguitur* 4.4.

10

G

- Gallus terret Leonem* 4.34.8
- Gallus Solem orientem salutatur* 4.4.23
- Gaudere*

SYNT. ART. MIRAB.

- Gaudere, & voluptatem capere, quomodo differant 4.43.25
- Gaudere in Domino quid 4.43.28
- Gaudio ingenti perierunt quidam 4.43.23
- Gaudium quid, & unde procedat 4.43.22
- Gaudium duplex 4.43.28
- Gaudium gloriam habet 4.65.21
- Generatio, immortalitatis fons 4.33.32
- Geometria in magnitudine pertractanda versatur 4.31.7
- Geometrica aequalitas, vel inequalitas 4.8.16
- Gilberti Porretani liber, de sex principiis 5.7.1
- Gloria Dei omnibus beatis communicata diuersis gradibus 4.40.9
- Gloria pro mercede laborum expetiuntur 4.62.3
- Gloria non ex rebus exiguis, sed arduis 4.62.3
- Gloria quid sit 4.63.1. eius divisio eod. 2. & sequentibus
- Gloria vera quid sit 4.63.2. & quod ea non sit in hoc mundo eod.
- Gloria quaedam propria Dei, quaedam communicata ab illo creaturis 4.63.4
- Gloria pro ornatu laudato rerum, & honore

INDEX II TOMI

- honore & maiestate 4.63.7
 Gloria inanis vnde oritur, eiusque mala ead.
 10. & 11
 Gloria Deo propria, non communicata 4.63.
 16. & quomodo ab aliis apertius, ab aliis
 minus consideratur eod.
 Gloria vera hominum, vita eterna eod. 17
 Gloria vana & falsa, ex triplici capite ori-
 tur 4.64.1
 Gloria de rebus seculi inanissima, quare, &
 somnium 4.64.4. & 5
 Gloria vana ex parte dantis quomodo fiat
 4.64.7
 Gloria vana à mundo infertur, quomodo
 4.64.9
 Gloria vana ex parte hominum, quomodo
 dicatur 4.64.12
 Gloria vana, ex parte eius qui sibi assumit
 vnde 4.64.15
 Gloria directa & reflexa, quid 4.66.9
 Gloria abacus 4.65.1
 Glorie inanis similitudo, & ab ea cauendum
 eod. 13. quomodo à nobis depellenda eod.
 14
 Gloriam omnes homines cuiuscunque sint
 gradus appetunt 4.62.2
 Gloriam suam & laudem in Deum referunt
 creature, tanquam in artificem 4. 63.5. &
 6. & cur referre teneantur 4.63.9
 Gloriantur

SYNT., ART. MIRAB.

- Gloriari in domino quid significet* 4.63.9
Gloriari quando, & quomodo homo debeat
 eod. 15.
Gloriari in rebus pessimis, iniquissimorum
est hominum 4.64.6
Gott Germanis Deus cur appelletur 4.3.15.
Gramen herba secialibus data 4.24.3
Gratia quid dicatur 4.16.2. quotupliciter ac-
 cipitur eod. 3
Gratia gratis data & gratum Deo faciens
quid. eod. 3. perficiens & consummata quæ
 eod. 4
Gratia Dei operans, præcedens voluntatem
hominis & cooperans quid eod. 4
Gratie ad sacerdotia quare dicantur 4.16.2
Gratiarum trium nexus, & circuitus 4.16.6
Gratiarum nomina alia 4.16.11
Gratitudo animalium in homines 4.16.14.
 & seq.
Gratus quis dicatur 4.16.1

H

- Habendi 8. modi* 5.13.8
Habere in hac arte, latius patet, quàm in
predicamento habitus 5.13.7
Habere dupliciter apud Iurisconsultos, iure
& possessione 5.13.9
Habitus vel habere, quid 5.13.1. quomodo
 k

INDEX II. TOMI

- differant eod.2
Habitus quomodo suscipiat magis & minus 5.13.3. non contrarietatem eod.4
Heretici hypocrite dicuntur 4.54.6. vulpecula lieli, quare eod.
Hereticorum hypocrisis quomodo detegatur
 actu, voce, pastu 4.54.7
Hasta aurea 4.35.6
Hegeſius Niceſias, adulator Alexandri 4.
 61. 9
Helpides à leone nutritus 4.16.17
Heraclitus res molles interire dixit 4.31.33
Herba sacra que 4.24.3
Herba quedam quibus locis crescant fertilius 4.42.21
Hercules sanctus cur dictus 4.24.3. & 4
Herculis statua tri. eps, Solis nomine adorata vbi 5.12.5
Hermodorus ob sobrietatē vrbe pulsus 4.7.5
Hierarchiarum Angelorum perfectiones, & intelligentie 4.40.7
Homini cur Deus voluerit mori, & corpus eius resolui 4.19.15
Homines vnum corpus sunt 4.8.22
Homines qui, & quare dicantur honorabiliores alijs, & prestantiores 4.28.5
Homines immortales per generationem 4.
 33.32
Homines virtuosi non nascuntur, sed fiunt
 4.45.6

SYNT. ART. MIRAB.

*Homines cur Deus voluerit in initio mundi
diutius vivere* 4.51.10

Homini in corpore quàm vilis conditio 4.
62.11. *in anima nobilis* eodem

Hominum perditio ex ipsis, non ex Deo 4.
4.3

*Hominum etates quot & à quibus Plane-
tis dicantur temperate* 4.33.8 9. & 10

*Hominum ingenia cur ex sanguine, natio-
ne, cæli temperie, doctrina, & alijs diuersa
sunt* 4.40.5

*Hominum supra alia animantia data que
fuerunt præcipua* 4.63.8

Homo liber non recipit estimationem 4.18.8

*Homo & si diu viuat, medium vivit tan-
tum* 4.19.14

Homo planta, & eius cum illa similitudo
4.33.14

*Homo cur creatus sui arbitrij à Deo, qui
furet eum peccaturum* 4.43.35

Honestæ que dicantur, & quod bona sint
4.17.1

Honestum laudabile 4.17.2. *appetibile.* 10.3.
tale lege, natura, estimatione vulgari

eod. 4

Honrans Deum, honoratur ab alijs 4.
24.5

Honore digni tantis boni, & idonei muneri.
4.13.5. & qui & qui & quar honorandi.

	<i>Idea boni Platoniorum</i>	4.2.1
	<i>Idoneum potentiam habere dicitur ad eam cui idoneum est</i>	4.35.12
4.	<i>Iehouah, nomen absconditum</i>	4.2.6. & 7
	<i>Ignorantia fugatur cognitione</i>	4.39.3
	<i>Ignorantia finis habet ignorantiam rerum ad finem</i>	3.17.5
	<i>Ignorantia, deformitas est animæ</i>	4.38.2
	<i>Ignorantia quid</i>	4.41.30
	<i>Imagines magorum sub certis constellatio- nibus factæ prædicentes</i>	4.46.4
	<i>Immensum infinitum</i>	4.30.26
	<i>Immobilitas quid, & immobile</i>	4.33.31
	<i>Immortale, & immortalitas quid</i>	4.33.32
	<i>Immortale mortali quomodo coniungatur, difficilimum scitu</i>	5.3.11
	<i>Immortalitas substantiæ cum mutatione ac- cidentium</i>	4.33.34
	<i>Immortalitatis gradus</i>	4.33.32. & seq.
	<i>Immortalitas vera in Deo</i>	4.33.37
	<i>Imperiorum & regnorum ætates</i>	4.33.22
	<i>Impossibile nulla obligatio</i>	4.36.10
	<i>Impostores gloriæ causa insignes</i>	4.64.2.
	& 3	
	<i>Impuberes qui</i>	4.33.19
	<i>Impudente homine nihil peius</i>	4.17.17
	<i>Impudentiæ malum</i>	4.17.17
	<i>Inane, num sit in mundo</i>	5.9.1
	<i>In nominum explicatione quatuor consula-</i>	

INDEX II. TOMI

randa	4.9.9
In Christo Domino dua voluntates, diuina & humana	4.42.16. & 17
In terra scribere, quid	4.65.3
In tempore orta, cum tempore senescunt	5. 12.14
Inanis gloria vnde oriatur, eiusque mala	463.10. & 11
Incognita tria homini singulariter Deus, Angelus, anima	4.40.12
Inconstans quid	4.33.23
Incontinentia quid	4.32.26
Incorporeorum quedam ex Porphyrio diffe- rentia	3.3.9
Indiferentia inter bonum & malum quomo- do interpretanda	4.28.5
Indifferentium rerum typus	4.28.9
Individuum durationem habet	4.33.38
Industria scientiam quandam & cognitio- nem habet, & quid sit	4.41.13
Infamia contraria dignitati & honori	4. 13.8
Infantia apud Iurisconsultos, quot annorum	4.33.17
Infantis à pœna excusatio	4.23.4
Inferiora ad superiora appetitum habent na- turaliter	4.42.22
Inferius, locus tenebrarum	4.66.7
Inferorum pœna	4.19.11
	Inside

<i>Infidelis dicitur dubius in fide</i>	4.41.12
<i>Infirmum quid</i>	4.30.27
<i>Ingratitudinis detestatio, & malum actio</i>	4.16.22 eod.23
<i>Ingratitudo quid</i>	4.16.5
<i>Iniquitatorum pœna</i>	4.16.23. & 26. eorum tres species 4.16.24. & 25
<i>Inimicis etiam Christiana perfectio benefacit</i>	4.8.25
<i>Inimicitia ab odio, quâ differat</i>	4.43.7
<i>Initium negotiorum Iuriscôsulti considerant</i>	3.5.13
<i>Insania quid</i>	4.33.47
<i>Insolubile</i>	4.33.38
<i>Instrumentalis causa non agit, nisi à superiore causa excitetur</i>	5.7.19
<i>Instrumentis cur loca, ubi gesta negotia sunt, apponi debent</i>	5.9.14
<i>Insula beatorum</i>	4.19.13
<i>Intellectuales virtutes, quæ</i>	4.46.7
<i>Intellectualis scientia quæ, & quorû</i>	4.40.7
<i>Intellectus quomodo per media sensus fit</i>	4.40.12
<i>Intellectus humanus quomodo dupliciter dicitur, actionû vel cognitionis</i>	4.40.13
<i>Intelligentia Dei, & nostra, valde diuersa</i>	4.26.2
<i>Intelligentia cognitionem habet</i>	4.41.15
<i>Intelligentia omnes magnitudine carent</i>	5.5.9

INDEX II. TOMI

<i>Intelligentiam precedit fides</i>	4.41.11
<i>Intensum magnū, maius suo extenso</i>	4.31.1
<i>Intentio & remissio, in quibus</i>	4.30.28
<i>Intercisi dies qui</i>	4.65.14
<i>Interpretatio ex voluntate pendet</i>	4.43.29
<i>Invidia quid</i>	4.43.27
<i>Invidia superatur vera gloria</i>	4.62.3
<i>Inuoluntarium pugnāt arbitrio</i>	4.43.38
<i>Ioab proditorie occidit Amasam, & Abner. 4.60.5. Eius pœna.</i>	cod.7
<i>Iosua fides stare fecit Solem, & Lunam</i>	4.46.4
<i>Ira alia animæ, alia carnis</i>	4.43.16
<i>Ira impedit, ne veritas agnoscat</i>	4.51.12
<i>Ire & inimicitie differentia</i>	4.43.7
<i>Ironia quid</i>	4.59.4
<i>Iubilum cordis inter gaudia</i>	4.43.26
<i>Iudæi hypocrite in fide dicuntur</i>	4.54.6
<i>Iudeorum in festis seruandis superstitio</i>	4.65.12
<i>Iudas proditor</i>	4.60.5
<i>Eius pœna</i>	cod.7
<i>Iudices veritatem inquirere debent</i>	4.48.2
<i>Iudicij postremi seculi tempus</i>	4.17.15
<i>Iudicium hominis duplex particulare & generale, apud Deum. 4.19.9. quid de iudicio animarum senserunt Ethnici eodem.</i>	num.10. & 11
<i>Iudith factum</i>	5.13.6
	<i>Iulia</i>

SYNT. ART. MIRAB.

Iulia Pompeij vxor, dolore subito expirauit

4.43.24

Iunonis pulchritudo quæ sit 4.17.24

Iuramenti quæ constantia 4.33.24

Iuramento periuri vsi ad alios de. ipeios

4.58.2

Iuramentum indicum 4.8.12

Iurisdictio non est sine aliqua potestate 4.

35.4

Iurisprudencia scientia est 4.41.14

Ius summum, summa iniuria 4.8.12

Iustitia artem boni & equi docet 4.8.6.7.

8. & 9

Iuuenes qui dicantur apud Iurisconsultos

4.33.20

L

Laban maximus Orientaliũ magus 4.46.4

Latitia & gaudium 4.43.22

Lapis qui coniunctionem Solis & Lune de-
monstrat 4.42.23

Λάδς βίωας præceptum, quomodo intelligen-
dum 4.65.6

Latitudo animi in quo consistat, & altitu-
do, & profunditas 4.30.6

Laudabilia honesta 4.17.2

Laudare seipsum improbatum 4.55.2

Laus propria Dei, & quadam alia commu-
nicata creaturis 4.63.4

Laus ab hominib. vana & fragilis 4.64.12

INDEX II. TOMI

- Legatorum regni sumendorum antiqua so-*
lemnitas 4.24.3
Leges donum Dei, & ad Deum r. lata 4.8.9
Legis conde. da auctoritas penes quos fuerit,
& sit nunc 4.43.20
Leonis in benefactores gratitudo 4.16.17,
& 18. inseruiuit D. Hieronymo, & fra-
tribus eod. 19
Lepus marinus assumptus solos pulmones
ulcerat 4.40.25
Lex cognitionem habet, & quid sit 4.41.16
Libera voces in ciuitate libera 4.18.1
Liberalitas bonum est 4.10.2
Liberalitas, magnitudo est 4.30.29
Liberi arbitrij, duo: gratia Dei, & voluntas
nostra ad bonum 4.43.34. *Et hereses*
circa haec duo eod.
Libertas omnibus rebus praeponenda, & iu-
cundior omnibus, vt exemplis etiã d. cetur
4.18.6. preferenda vita seruit. eod. 7. sine
estimatione eod. 8
Libertas quid, & quòd bona sit 4.18.1
Libertas vera in quo consistit 4.18.2. & 3
Libertas habet voluntatem 4.43.30
Libertatem bonum esse argumentis docetur
4.18.6
Libertatis Dei, hominis, animalium differen-
tia 4.43.32
Liberrimum arbitrium, voluntatis nostra est 4.
 43.

43. 31. & 32	
Liberum arbitrium, aliter in Deo, aliter in Angelo, aliter in homine accipitur	4. 43. 36
Libri de causis, tributi Aristoteli, quos author	4. 33. 5
Licentia bona & mala, & quomodo liberum habet arbitrium	4. 43. 39
Lienem iuvant Asplenium, Capparu, Tamarix	4. 40. 25
Linea termini	4. 30. 4
Limitum ex positu descriptio	5. 10. 6
Lis & amicitia rerum, omnium elementatorum causa	4. 42. 29
Literas docuit rex antea Dionysius	4. 64. 10
Lotus cum sole folia explicat, & claudit	4. 42. 23
Loca propria singula appetunt	5. 9. 8
Loci axiomata	5. 9. 7. & 8
Loci oportunitas plurimum valet	5. 9. 10
Loci dimensiones tres, longitudo, latitudo, profunditas	5. 9. 12
Loci ad tempus, argumentum receptum	5. 9. 15
Locum replendi quinque modi	5. 8. 2
Locum Deus elegit propter gentem, non contra	5. 9. 16
Locus quomodo differat ab ubi	5. 8. 2
Locus num fuerit ante creationem rerum	5. 9. 1

INDEX II. TOMI

- Locus, inane, receptaculum, quomodo differant secundum Stoicos* 5.9.3
- Locus quid eo. & 4 Diuisio in proprium & communem eo. 5. supra, infra, supremum, medium, infimum* eod.6
- Locus variat rerum valore* 5.9.13. *leges eo. 14*
- Loquendi vis & necessitas verborum* 4.9.5
- Loquentes suauiter, cauendi ut scurræ & adulatores pessimi* 4.61.13
- Lucifer quomodo Dei nomen* 4.2.9
- Lucra turpia restituenda, & extorquenda* 4.17.30
- Ludi seculares qui* 4.33.7
- Lumen à luce fluit* 4.66.4
- Lumen quid, & quòd sit causa visi eod. 5. eius tres species, diuinum, intellectuale, visibile* 4.66.6
- Lux homo dicitur, quòs* 4.66.1
- Lux quid eod. 2. eius diuisio. eod. 3. tres specie eo. 6* 3
- Lysimachi cadauer Caius ab auibus custodit donec sepeliretur* 4.16.14

M

- Macharius vir sanctus remuneratus à Leona, quòd cecos curasset catulos* 4.16.19
- Magi Pharaonis victi à Mose* 4.46.4. *magi alij quoque victi* eod.
- Magis*

ART. SYNT. MIRAB.

- Magis vel minus non dicitur de substantia,
ratione ac identium 5.4.5. Nisi inter pri-
mam & secundam eod.
- Magis & maius differunt quomodo 5.5.5
- Magnanimitas quid, & qualis 4.30.3
- Magna parvis non dicuntur contraria 4.31.2
quando contraria eod.
- Magna cum magnis paruulis 4.31.6
- Magnetis due species, & vrbes 4.34.8
- Magnetis vis in ferro impeditur, si illud vn-
guatur oleo 4.42.19
- Magnitudinem referentium synopsis, & op-
positorum 4.30.8
- Magnitudinem qui considerent 4.31.7
- Magnitudinis nomen 4.29.4. definitio eod.
- Magnitudinis distinctio 4.30.1
- Magnitudinis corporalis tres species, linea, su-
perficies, corpus 4.30.4
- Magnitudinis corporalis & spiritualis simi-
litudo 4.30.5
- Magnitudinis & eius nature Caroli Bouilli
14. regula. 4.31.5. quomodo finita, qua par-
tes similes, quot sint magnitudines, quot
earum interualla eod.
- Magnitudo omnibus rebus 4.29.1
- Magnitudo suprema & vnica, Deus: & qua-
lis 4.29.2. & 3
- Magnitudo in spiritualibus quid 4.30.2
- Magnitudo rerū spiritualium in duobus ver-
satur

INDEX II. TOM I

- satur* 4.30.7
Magnitudo substantie spiritualis non dicitur diuidi, sed remitti 4.31.4
Magnitudo abest ab intelligentijs 5.5.9
Magnum & paruum relatione ad aliud dicuntur 4.29.3
Magnum & paruum diuersis respectibus dici potest 4.29.5
Magnum & paruum relatura ad aliquid 5.5.4
Mahometici credunt omnipotentiam Dei 4.34.2
Maieſtas quid 4.30.16
Maieſtas Dei principum, magistratum, priorum 4.30.17. vnde nata 40.18
Maiorum nobilitas de decori posteris alienis à virtute 4.20.6
Maiorum gloriam & virtutem, non imitari, turpissimum 4.67.1
Maius & minus in substantia 5.4.6
Mala in sacra pagina aliquando que dicuntur 4.1.18
Mala quomodo orta dicantur ex bonis 4.1.19
Mala vlla an sint 4.4.1
Mala quò diuturnior, èd peiora 4.5.2
Mala nobis ex improviso accidunt 4.19.6
Mala dici non possunt entia 5.13
Maledictum vindicta & pœne 4.61.4
*Maledictiones, quibus contra se vtuntur dam-
nati*

SYNT. ART. MIRAB.

	nati apud Inferos	4 65.3
	Mali error infinitus	4.1.8.
	Mali etiam speciem fugiendam esse	4.27.5
	Malis vocem exemit Deus	4.19.6
	Malitia non fuit cum bono ab initio genita	
	4 1.13	
	Malitie nominis notatio	4.2.11
	Malo peius inuenitur	4 3.3
	Malorum nostrorum causam non esse ad Deum referendam	4.4.12
	Malum & bonum, opposita	4 1.4
	Malum non est à tempore boni 4.1.5. quid sit eo.6	
	Malum non est ens	4 1.6. & 7
	Malum rotundum quare dictum 4.1.9. mor- bus ad bonum	eo.10
	Malum non esse in agentis vel patientis sub- stantia, sed in actu	4.1.11
	Malum non esse ingenium, aut Deo coeter- num	4 1.12
	Malum esse aliquid, quæ adstruere vide- tur 4 1.14. solutionis	15. & seq.
	Malum minus non est eligendum	4 27.3
	Malum potentie male, non à Deo	4 36.5
	Manicheorum & aliorum sequentium de principio error	4 1.3
	Manicheorum error	4.12.17
	Manus quibus, & pro quibus delicta amou- tata	4.48.6
		Maria

INDEX II. TOMI

- Marie beatissima Virginis Dei genitricis*
prestantia, & laus 4.4.6
Maritum quàm astute quidam se finxit vxo
ri relicte à marito militante 4.6.2
Masque, nomen unde tractum pro persona
 4.5.3
Materia in substantiam & materiam diui-
sa 5.2.1
Materiam inesse omni substantia sensibili,
probatur 5.3.3
Mathematica scientia circa qua versetur 4.
 40.18
Matres cur non habeant filios in potestate
 4.35.5
Matrimonij cum infidele mala 4.7.6
Matrix mulierum fugatur fatidis, trahitur
odoriferis 4.34.8
Medicarum prædictionum nomina 4.41.19
Melancholicum humorem expurgant epythi-
num, polypodium, Sene 4.34.8
Meliora in bonis qua dicantur, & peiora
contra in malis 4.28.2.3. & 6
Melius quid dicatur 4.5.4
Memoria ex ordine firmatur 4.41.18
Mendacij pater Demon, vt Deus, veritatis
 4.52.2
Mendacij diuisio, in commodum, iocosum, ex
malitia, item octo mendacij species 4.
 53.5

Mend

SYNT. ART. MIRAB.

Mendacijs se assuescere, veritatem pellit 4.

51.13

Mendacium verborum fucus & labore indiget 4.49.3

Mendacium opponitur veritati 4.52.1

Mendacium prohibitum in lege diuina eod. 3

quod peccatorum causa, & abominatum a gentibus eod. & pœna mentientium ex

omni iure eod 4.5.5

Mendacium quid sit 4.53.1

Mendax omnis homo, quare dicatur 4.52.2

Mens hominis cernit ex nostro intellectu 4.

50.3

Mensa non debent esse sine Dei memoria & veneracione 4.3.9

Mensura magnitudinem habet 4.30.30

Mente captus nec in fauorem animæ testatur 4.23.4

Mentiendum quacunque de causa non est

Christiano 4.53.6

Mentiri pro aliquo, an liceat 4.52.4

Mentiri & simulare, an sit idem 4.52.4

Mentiri & fallere, quomodo differant 4.53.4

Mercatores edulium, pessimi homicide 4.8.19

& seq.

Meretrices & lenones, turpissimæ vitæ 4.17.

29

Meropes aues, earumq; pietas in parentes & factus 4.16.15

1

INDEX II. TOMI

- Metus* quid 4. 43. 8. diuisio eius in sex species eod. 9
- Meum*, tuum, suum, de presenti intelliguntur 5. 12. 16
- Micylli somnium* 4. 64. 5
- Milites iniuriosi praestantiores ducuntur* 4. 21. 2
- Militum feriata machera, superbaq; iactantia reperiussa, idest, sine actu* 4. 64. 1
- Minerva in conuiuium Nestoris inuitata* 4. 3. 9
- Minus sibi arrogare quàm sit, dissimulatio- nis est* 4. 49. 4
- Minute hora quot apud Hebreos* 5. 12. 23
- Mira cula à Deo facta, quando distent ab his quae sunt per Angelos, & occultas virtutes* 4. 46. 2
- Miraculum quid* 4. 46. 2. & 3
- Misericordia quid* 4. 43. 27
- Mobilia, & immobilia, & se mouentia quae apud Iurisconsultos* 4. 33. 31
- Molestia quid* 4. 43. 37
- Molle aut durum quot modis dici possit* 4. 32. 3
- Moloch, idolum Ammonitarum* 4. 7. 7
- Momentum temporis quid* 4. 33. 49
- Monachus in monasterio monialium habitare, prohibitum* 4. 4. 9
- Maneram falsare quot modis quis dicatur* 4. 56

- 4.56.3
Monopolia mala 4.10.6
Monotheitarum hareseos origo, & authores
 4.42.16
Moralis virtutes, quae 4.46.7
Morbi contrarijs quomodo curentur 4.2.2
Morbi acuti, peracuti, diutini qui 4.10.32
Morbi quando 4.33.47
Morborum initium, augmentum, & consistentia 4.30.32
Morborum quae sint observanda tempora 5.12.7
Morborum ex tempore causa 5.12.11
Mori commune omnibus, bene tamen mori paucis 4.19.19
Moriendum potius, quam turpiter vivere 4.19.17
Moriturorum mala acta vita penitentia 4.19.3. eorum iudicium de futuris eo.4
Moriuntur in mundo serè omnia, & exempli docetur 4.19.15
Mors optimum bonorum 4.15.8
Mors bona aut mala quando dicatur 4.18.10
Mors, rerum ultimum 4.19.1
Mors & somnus semper in tenebris inuisibiles 4.19.5
Mors, morbi, & mala sine voce ut dum accidunt non intelligantur 4.19.6

INDEX II. TOMI

<i>Mors à quibus non timetur</i>	4.19.16
<i>Mors triplex</i>	4.13.36
<i>Mors secunda qua apud Diuum Ioannem</i> 4.33.36	
<i>Mors quid & quotuplex</i>	4.33.50
<i>Mors nigra & atra, quare</i>	4.66.7
<i>Mortis metus quid boni adferat</i>	4.19.7
<i>Mortis tempus incertum</i>	4.19.5
<i>Mortis cogitatio bonum esse docetur</i> & seq.	4.19.1.
<i>Mortis consideratio quomodo nos ducat ad</i> cognitionem nostri	4.19.14
<i>Mortis bonum</i>	4.19.18
<i>Mortuorum vita scribitur apud Indos</i> 4.52.4	
<i>Morus germinans frigus transisse admonet</i> 4.40.25	
<i>Motus in tempore fit</i>	4.33.19
<i>Motus musculorum ex appetitu</i>	4.42.4
<i>Motus corporis hominis, voluntarius</i>	4.44.5
<i>Motus non est in substantia</i>	5.4.4
<i>Motus in actione & passione, quis</i>	5.7.3
<i>Motus quid</i>	5.11.2
<i>Mulier mala malum sine remedio, & quan-</i> tum. 4.4.4. per se malum illa tamen non est eo. 5. & quod illa bonum hominis eo. & 6	
<i>Mulier formosa vix bona, quare</i>	4.17.21
<i>Mulieres pudice non debent directo aspicere ho-</i> mines 4. 17. 11. non debent interesse con-	
	sortijs

- fortis hominum* eod.
Mulieres cur velatae erant 4.17. 8. cur conti-
nere domi se debeant eod.
Mulieres fucantes faciem hypocrita, & de
simulationis malo 4.54.4
Mulierum desiderium, partus edere 4.4.7
Mulierum assiduitas quomodo decipiat ho-
mines 4.4.8
Multitudo habet aggregationem 4.30.30
Mundi duratio secundum Sibyllam, & He-
braeos 4.17.15
Mundi creatio comparata cum vita hominis
 4.33.16
Mundi quae sunt, quibus rationibus contem-
nere debent Christiani 4.64.18
Mundities num bonum 4.17.27
Mundum respirare qui dixerint 5.9.8
Mundus, vrbs communis vniuersis 4.8.3
Mundus num factus sit, querere superfluum
putat Galenus 4.34.2
Mundus, & vana gloria, quomodo nos deci-
piant 4.64.9
Mundus non ab eterno, quare 5.12.9
Mutabiles sunt omnes res naturales 4.32.7
Mutabilia quare omnia esse necesse sit 5.9.7
Mutui cum deposito & commodato, diffe-
rentia 4.8.17
Mutuuum habet aequalitatem arithmeticam.
 4.8.16. & 17

INDEX II. TOMI

N

- Nabothi ob vineam occisi figura quid pre-*
dixit 4.54.6
Natura & substantia quibus distinguitur
modis 5.3.12
Ne essarium omne molestum est 4.35.15
Necessitas habet vim cogentem 4.35.13
Necessitas quomodo repugnet libero arbitrio
 4.43.37
Neronis sera pœnitentia 4.19.3
Nestor Minervã ad conuiniũ inuitavit 4.3.9
Nestorij heresis 4.42.17
Nicias Atheniensium imperator deliquo solis
perterritus 4.46.3
Nobiles delinquentes cur mitius puniantur
 4.207. grauius eorum peccatum 4.20.8
Nobiles ne omnes sint ex nobilibus nati,
vel contra ignobiles ab ignobilibus 4.20.
 5. non nascuntur, sed fiunt eod.6
Nobilis fit à virtute tantum 4.20.5
Nobilitas quid, & nobile 4.20.4
Nobilitas honorabilis 4.20.7
Nobilitas ex genere quid eod.3. probatur quid
bonum sit eod.4. & seq.
Nobilitas similis numismati, quod nisi apud
certos recipitur 4.20.5
Nobilitas habet perseuerentiam 4.33.40
Nobilitas, sua, vel aliena 4.67.1
Nobilitates rerum præstantiaq; nouem gra-
 dus

<i>das</i>	4.20.2
<i>Noe inebriati significatio</i>	4.54.6
<i>Nomen Dei pronunciare, quando permissum</i>	4.2.7
<i>Nomina rerum, earum sunt imagines</i>	4.9.7
<i>Nomina propria cum quadam significatio- nis qualitatis nota imposita</i>	4.9.8
<i>Nomina rerum & quomodo res ipse perpen- denda</i>	4.51.5
<i>Nominum significatio quid operetur</i>	4.9.3
<i>Nominum propriorum, & appellatiuorum distinctio</i>	4.9.4
<i>Nominum inconsideratio errores gignit</i>	4.9.4
<i>Non entis nulle qualitates</i>	4.14.1
<i>Nosse seipsum felicitas</i>	4.15.9
<i>Nouerca Faustina Crispum priuignum per calumniam interfici fecit</i>	4.57.5
<i>Numi introductio</i>	4.8.18
<i>Nunc existentiam significat</i>	4.38.41
<i>Nunc semper in Deo, non preteritum, vel futurum</i>	4.32.5 & 6
<i>Nundinae, seriae quae</i>	4.65.18
<i>Nuptiae quomodo castitatem habere dicantur</i>	4.17.8
<i>Nuptiarum bona, & fauores</i>	4.4.7
<i>Nuptiarum bonum</i>	4.7.5
<i>Nympha quot annis uiuant</i>	4.33.6

- Obduratio peccati 4.17.16
 Obduratio contra veritatem unde nascatur
 4.51.12
 Obediendum regibus, magistratibus, ducibus
 Obiectum appetitus 4.42.7
 Obligatio quid dicatur 5.7.10
 Obscuritas quid 4.65.4
 Obtrectatio quid 3.4.56
 Occidere hominem an bonum vel malum
 4.5.1.2
 Occultarum proprietatum in rebus cause
 4.34.8
 Oculi cur erubescantibus ferè claudantur 4.
 17 11
 Odium nullam inter animalia, sed cuique sui
 conservandi desiderium 4.42.1
 Odium opponitur amicitie 4.43.7. quid sit,
 quòd sit bonum & malum, & quomodo
 differat ab inimicitia eod.
 Omne de pluribus predicatur 2.13.1
 Omnipotentia Dei docetur 4.35.2
 Opera nostra quaedam voluntate nostra re-
 guntur, quaedam minimè 4.44.3
 Opes à iuvando date 4.35.7
 Opinio à fide quomodo & ab intellectu diffe-
 rat. 4.41.11
 Opinio quomodo dicatur species scientie 4.
 41. 17. quid sit, & quomodo à scientia
 diffe

<i>differat</i>	ead.
Opinio quomodo differat à scientia	4. 41.
30	
Opprobrium sempiternū damnatorum quod	
4. 65. 3	
Optimum vnum in vnoquoque genere	4.
28. 4	
Opus & actio, quomodo differant	5. 7. 7
Orationis virtus & vitia	4. 45. 5
Orationis veritas vel falsum, quid	4. 50. 6
Ordo, & methodus ad scientiā idonea, quidne	
ordo	4. 41. 18
Ordo in quibus inspicitur	4. 41. 18
opus impetus quid sit	4. 42. 2. & 3
Ornamentum habet honestum & gloriam	
4. 67. 3	
Ornatus rerum gloriam habet	4. 63. 7
Ostentatio quid, & qui se ostentent	4. 59. 6
Ostracismus, iudicium in diuites	4. 35. 8

P

P. Rutilius dolore expirauit	4. 45. 24
Pacem esse bonum ostenditur	4. 21. 1. &
sequentibus.	
Pactorum firmitas	4. 33. 25
Paleas seu festucas quæ vi occulta trahant	
4. 34. 8	
Pallorem faciei quo pacto quidam inducant	

INDEX II. TOMI

4. 54. 2
Palmae arbores iunguntur vetero complexu
 4. 42. 19
Panis eterni & corporis Domini consecratio 4. 3. 12
Panis vulgari quare honeste contractandus
 4. 3. 12
Panis baculus & fundamentum nutritionis Dei benedictio 4. 33. 58
Panthera in beneficium gratitudo 4. 16. 16
Parabola seminis Dei una explicata 4. 4. 2
 alia 3
Paradisi deliciae 4. 19. 13
Parasiti omnes ferunt iniurias, dummodo edant 4. 61. 7
Parasiti adulatorum regij fozlz des Princes
 4. 61. 9
Parasitus quis, & quid faciat, & nomina quorundam parasitorum 4. 61. 6. & parasitorum alia nomina eod. 8. & 9
Paruum quid 4. 29. 5
Passio ex impotentia 4. 34. 3
Passiones animae sunt concupiscibilis appetitus 4. 43. 41
Pastores fuerunt patres sapientiores, quare
 4. 8. 4
Patientia in quibus consistit 4. 33. 42
Par'ria vbiunque bene 4. 8. 22
Patriam reliquerunt plures, vt alibi liberius philoso

SYNT. ART. MIRAB.

- philosopharentur 4.64.10
 Patris honor, filius, vel dedecus 4.67.2
 Pauperes ne opprimantur à diuitibus legi-
 bus prospectam 4.35.9
 Pauperibus bona distributa ab Ethnicis &
 Christianis 4.8
 Paupertas philosophis voluntaria potior 4.
 64.10
 Pax, & induciæ quomodo differant 3.4.
 21
 Peccare cur boni & mali timeant 4.19.8
 Peccata non esse equalia probatur 4.3.3
 Peccata nos tenebroso faciunt 4.66.8
 Pecunie omnibus potiores quibusdam, & ea-
 rum vis 4.35.6. & 7
 Pecunie, sunt proditionis instrumenta 4.
 60.4
 Pecuniam infodentium peccatum, & ma-
 lum 4.8.21
 Pelagij de libero arbitrio error 4.43.34
 Per calumniam accusati & necati 4.57.3.
 & 5
 Peregrinos cur se dicerent patres antiqui 4.
 8.4
 Perfectum quid 4. 22. 1. & quomodo
 improprie malum perfectum dicitur
 eodem
 Perurium hominibus perniciosum menda-
 cium 4.58.1
 Per

INDEX II. TOMI

- Permanentia est obligatio temporis* 4.32.2
Permanentia quæ 4.33.44
Permissio ad arbitrium liberum pertinet 4.
 43.40. estq; de futuro eod.
Permissum quatenus bonum dicitur 4.8.
 14
*Permutatio non habet proportionem arith-
 meticam* 4.8.18
Perpetuum per subrogationem 4.33.32
Perpetuum quid 4.33.43
*Persarum regni in Alexandrum transferen-
 di predictio* 5.13.6
Persuerantia quando bonum habeat 4.
 14.7
Persuerantia quæ 4.33.45
Personati hypocrisæ sunt, & mali 4.54.3
Persona turpes quæ 4.17.29
Pertinax à continente cur differat 4. 3.26
*Petalismus, iudicium Siracusiorum in diui-
 tes* 4.35.8
Phena cur vna gratiarum dicta 4.16.11
Philautia multos decipit, & facit errare 4.
 51.14
Philenes draconem educavit 4.16.16
*Philippides Comædiarum author, gaudio
 mortuus* 4.43.23
*Philosophantes optimè, omnia terrestria con-
 temnunt* 4.6.410
*Philosophi antiqui, cur veritatem rerum &
 fidei*

fidei non potuerint comprehendere 4.48.5.

¶ 6

Philosophia vera, mortis meditatio 4.19.1.

¶ 2

Philosophorum plurium nomina, & patriæ

4.64.10

Phoenix quot annis uiuat 4.33.6

φεισοπος nomen Dei 4.2.8

Pigritia quid 4.43.10

Pili in diuersis partibus hominis qui primò
nascantur 4.33.16

Pituita agarico purgatur 4.34.8

Placidus, comes, & adulator, ut differant

4.61.11

Planetarum amicitia & inimicitia 4.42.

24.

Planta homo 4.33.14

Plantæ gradus in vita eod.

Plantæ desideria habere dicuntur dicta &

ab aliis animalia 4.42.20. In quibus lo-

cis singula felices crescant 4.42.21

Poculum boni demonis quid 4.3.8 ab He-

breis mutatum eod.17

Pæna pro Deo Democrito 4.1.4

Pæne grauiiores grauioribus delictis impo-

nende 4.3.3

Pæna qua inferantur animabus apud infe-

ros 4.19.1 1.12. & 13

Pænarum cum delictis qua sit æqualitas 4.8.19

Pæni

INDEX II. TOMI

- Pœnitentia bonum, & efficacia* 4. 17. 13. &
14. locus eod. 15
- Pœnitentia contrarium peccati obduratio, &
pertinacia* 4. 17. 16
- Pœtarum damnanda lasciuia* 4. 17. 31
- Polipodij vis* 4. 34. 8
- Populi fauor citò perit: non ei fidendum.* 4.
64. 13. & 14
- Populus leuiter reprobatur quæ probauit: &
contrà* 4. 64. 12
- Populus ut mare ventis, sic ducibus mutatur*
4. 64. 12
- Positionem dictiones quæ significant* 5. 10. 6
- Positioni nihil contrarium, non recipit maius
vel minus, adberet substantiæ* 5. 10. 7
- Positioni quis vel credere vel eam reprobare
debet* 5. 10. 8
- Positionis, & ubi differentia* 5. 10. 1
- Positionis nominis acceptiones* 5. 10. 3
- Positionis causæ & modi* 5. 10. 4. & 6
- Positionis axiomata* 5. 10. 6
- Possessio, pedum positione adeptæ* 5. 10. 2
- Possibile & impossibile quot modis quid di-
catur* 4. 35. 1
- Possidere & non possidere, quis diuersis re-
spectibus dicitur* 5. 13. 10
- Possidere verè quis dicatur* 5. 13. 10
- Potens, potentia, possibile, tria distinguenda*
4. 34. 6

- Potens quis 4.34.6
 Potentia & actus, partes entis 4.34.1
 Potentia actionem producit, & si sine actu
 aliquando, ex impotentia passio 4.34.3
 Potentia ne res prior, an actu, controversum
 4.34.4
 Potentia quid 4.34.5
 Potentia quot modis accipiatur 4.35.1. diuin-
 sio eod. & seq.
 Potentia alia infinita, alia finita: & que
 utraque 4.35.2
 Potentia creata actiua, vel passiuu 4.34.5
 Potentia tendit ad esse, impotentia ad non
 esse 4.36.6
 Potentia passiuu habet relatiuam actiuam
 4.36.7
 Potentia rationales & irrationales in quibus
 differant 4.34.7
 Potentia duplices in omnibus rebus creatis,
 elementaris, & celestis seu diuina 4.34.8
 Potentia alie regula 4.36.10
 Potentiam que referant 4.35.1
 Potentiarum distinctarum omnium abacus
 4.37.2
 Potestas omnis à Deo 4.34.4
 Potestas & potentia corporearum rerum que
 & unde 4.34.7
 Potestas que inter homines est, vel ex iure, vel
 consuetudine 4.34.9. Alia secularis,
 alia

INDEX II. TOMI

- alia spiritualis, qua 43.4.10
 Potestas in liberos, seruos, & uxorem 4.
 35.5
 Potestas in actu perfectior, quam in fieri 4.
 36.3. in malis peior. eod.4
 Potestas omnis a Deo est eod.5
 Potestas Dei maxima, vt verbo faciat 4.
 46.1
 Potestas agendi vnde ducenda 57.8
 Potestates caelestes, Angeli 4.34.6
 Potestatis nomen relatione eius ad quod re-
 fertur diversa significat 4.34.10
 Potestatis nostrae non sunt, quae facta legibus
 repugnant & moribus 4.36.8
 Potestatum alia efficiens, alia in fieri 4.36.2
 Practica factitia scientia circa quae versatur
 4.40.20
 Praecepta vera artium tria habere debent,
 verum, vti e, consensum 4.48.4
 Praedestinatio quid, & quod habeat scien-
 tiam 4.41.35. quomodo differat à prae-
 scientia eod.36
 Praedicamenta omnia bonum continent 4.
 14.6
 Praedicamenta decem, sunt rerum fontes di-
 cendi s. 11. eorum distinctio, & necessitas
 eod.2
 Praedicamenta quot sunt, eorumque nomina
 s. 1.3

- Prædicamenta in abstracto, & concreto, quæ
 considerentur* 5.1.8
Prædicamentis quæ concludi non possunt 5.
 1.4.5.6. & 7
Prænotio scientiam habet 4.41.19
*Præscientia quomodo differat à prædestina-
 tione* 4.41.36
Præstigia demonum quomodo tolluntur 4.
 46.4
Præsumens de sua scientia, vix discit 4.38.2
Præsumptio sui malorum causa 4.4.4
Præuaricari quid 4.57.1
*Principes & rectores reipublicæ simulachra
 Dei* 4.30.16
*Principes mali cur permittantur supra po-
 pulos* 4.34.11
*Principia nostre artis variantur subiectis &
 temporibus* 4.5.5
*Principia rerum & actionum nostrarum,
 vel ab his quæ intra, vel quæ extra nos
 sunt & quæ ea sint* 4.37.1
Principibus subiecti, beneficium est Dei 4.18.4
Principibus, & ab ijs præpositis obediendum
 4.34.10. etiam malis eod. & 11
Principium num sit bonum & malum 4.1.3
*Principium singulis rebus, vnum aliorum
 quæ in illis sunt* 4.29.1
Privatio præsupponit habitum, non contrà
 4.1.6

INDEX II. TOMI

Privatio præsupponit habitum quando	5.
13.5	
Probatio firmissima à veritate, vel verisimilibus	4. 48.4
Proditio, pessimum genus mendaciy	4.60.L
quid sit	eod.
proditio sub specie amicitia, ideo perniciosior	
4.60.3	
Proditiones placent quibus vsui sunt, scilicet non proditores	4.60.8
Proditores quidam enumerati	4.60.5
Proditores qui merentur dici	eod.6
Proditori non credendum	4.60.2
Eius mores, & pater	eod.2
Proditorum supplicium	4.60.7
Prognosticatio scientiam habet	4.41.19
Prohibitio permissioni obijitur	4.43.40
Promethei & Pandore f-bula explicatur, & quid significet	4.4.4
Propositum quid	4.42.6
Protagora error in vero	4.51.11
Providentia dupliciter accipitur, & quid sit utraque	4.41.20
Providentia rerum in Deo vniuersalis & particularis	4.41.20
Prudentia cognitionem habet	4.41.21.
quid sit, eod. eius cum sapientia distinctio. eodem 22. duplex, Dei & mundi	
eod.23	

SYNT. ART. MIRAB.

- Pubertas & puberes apud Iurisconsultos,
quot annorum 4.33.19
- Pudicitia & pudor quando bonum 4.17.9
- Pudor à delictis retrahit 4.17.12. & 13
- Pudor arx, & propugnaculum formæ 4.
17.21
- Pueri constant calidis & humidis, quare 4.
33.9
- Pueri principes 4.34.11
- Pueritia Iurisconsultis quot annorum 4.
33.18
- Pulchritudinis due species, venustas, & di-
gnitas: alijs tres 4.17.20
- Pulchritudo Iunonis seu nature, qua sit 4.
17.24
- Pulchritudo sapientie quæ. 4.17.25. animi
& rerum spiritualium cod.26
- Pulchritudo in mulieribus difficulter cum
pudicitia custoditur 4.17.21. & seq.
- Pulchritudo, natura, priuilegium, & quid.
4.67.4. Triplex cod.5
- Pulchrum docetur esse bonum 4.17.18.
& seq.
- Pulchrum à Deo in nos permeans, hebetatur
4.17.19. desiderabile cod.
- Puniendus quis in eo in quo deliquit 4.48.6
- Purificationis animarum tria loca 4.19.11
- Pyrrhus virginis, proditricis sue ciuitatis
4.60.7

- Q.* Fabius dolore subito expiravit 4.43.24
Quale ducibus modis dicitur 5.14.1
Qualitas, substantia prior, posterior actu 5.
 14.1
Qualitas quid 5.14.2
Qualitas non est sine substantia cui insit 5.
 14.3
Qualitas alia princeps, alia ex illa orta 5.
 14.5
Qualitas non est corpus, sed incorporea 5.
 14.6
Qualitas suscipit contrarium, magisque &
 minus 5.14.11
Qualitates sunt genera, & habent species ex-
 trinsecas & intrinsecas 5.14.7. & 9
Qualitates primas & secundas, quomodo
 physici & medici considerent 5.14.10
Qualitatis considerata utilitas 5.14.8
Quando manifestat esse in tempore 5.11.1.
 & tamen non est tempus eod.
Quantitas quomodo concludatur terminis,
 & metienda intervallis 4.30.4
Quantitas in quo simili substantie 5.5.1
Quantitas quantitati quomodo contraria,
 & non 5.5.4
Quantitas non recipit magis, sed maius 5.
 5.5
 Quan.

Quantitas, causa equalis vel inaequalis 5.

5. 6

Quantitatem quemadmodum medici considerent 5. 5. 8

Quantitatis predicamentum, est mensuratum substantiae 5. 5. 2

Quantitatis divisio 5. 5. 3

Quantum, continuum, & discretum, quid in mathematicis 4. 40. 18

Quantum & quantitas, ut differunt 5. 5. 2.

Quantum, quid eod. 7

R

Ratio quibus est principium 4. 8. 10

Ratio a Deo 4. 23. 2

Ratio quid in homine operatur 4. 41. 24

quod ea dirigat actus hominum eod.

Ratione tum utantur bruta animalia 4.

40. 22

Rationem in homine bonum esse docetur

4. 23. 1

Rationem vincit experientia 4. 41. 10

Rationis finis, veritas 4. 48. 2

Rebus omnibus à Deo certa & propria vi

data 4. 45. 4

Redeunt omnia ad proprium centrum, &

locum 4. 15. 15

Regis iura 4. 34. 11. potestas eius per populum

<i>data</i>	eodem
<i>Regnorum aetates</i>	4.33. 22
<i>Regularum constitutio facilem habet doctrinam</i>	4.41.25
<i>Relatio duplex, realis, & secundum modum dicendi, & quid</i>	5.6.3
<i>Relatio interdum recipit contrarium magis & minus</i>	5.6.5, eod.6
<i>Relatiua, alia necessario, alia non necessario</i>	5.6.4
<i>Relatiua quomodo se mutuo ponunt & tollunt</i>	5.6.8
<i>Relatiuum & ad aliud, idem</i>	5.6.2
<i>Relatiuum respicit correlatiuum</i>	5.6.7
<i>Relatione omnia participant ferè</i>	5.6.1
<i>Relatio quid</i>	eodem
<i>Religio quid & in quo à superstitione differat</i>	4.24.1
<i>Religionis disparitas in coniugio vitanda</i>	4.7.6. quando non impediatur matrimonio
	8
<i>Religionis causa sodalitia etiam apud Ethnicos approbata</i>	4.10.7
<i>Reminiscendi vis non est in animalibus</i>	4.40.21
<i>Remuneratio ex naturali lege debetur</i>	4.16.21
<i>Reparatus nomine de pœnis inferiorum que retulerit</i>	4.19.12
	Repre

- Reprehensiones benignè fieri debent. 4.8.2.
 Reprobatio impiorum quomodo præsien-
 tiam habet Dei. 4.41.36.
 Repudium quid. 4.4.49. v rba cõcepta eius,
 causa, & quanto permissum. eod.
 Rerum usus tantum hominum, proprietas
 Dei. 4.8.3.
 Res nullas interire qui dixerunt. 4.33.33.
 Res variantur per subiecta, & tempus.
 4.5.5
 Resurrectio Eri Armenij, eiusq; de inferis
 narratio. 4.19.10. alia Solei. eo. 11.
 Retributionum sex differentie. 4.16.25.
 Rhemnia lex de calumniatoribus. 4.57.3.
 Rhubarbari vis. 4.24.8.
 Rosa creata primùm sine spinis, cur & quan-
 do postea spinas acceperit. 4.15.5.
 Ruminatio quid in animalibus mundis, in
 lege Dei significet. 4.51.11.
 Rumor quomodo differat à fama. 4.65.8.
 Rustica opera bona, si accommodatè fiant.
 4.7.3.

S

- Sabbathi Iudaorum superstitiosa observa-
 tio. 4.65.12.
 Sacerdotes scientia excellere cur debeant
 4.27.4.

INDEX II. TOMI

Sacerdotia seu beneficia, bona	4.13.4
Sacrae res quae	4.24.4
Sacris interesse non debent profani & im- puri	4.10.8
Saga quid	4.24.4
Sagacitas cognitio extremorum est	4. 41.26
Sagmina quid	4.24.3
Salomon à mulieribus in senectute deceptus	4.7.7
Sam: sonis lapsus	3.16.4
Sanctificare quid & sancti qui dicti	4. 24.6
Sanctio quid	4.24.4
Sanctitas quid, & bonum est	4.24.1
Sanctum quid 4.24.2. quod bonum quoque sit	eod. 4. & 5
Sanctus & ipsa sanctitas, omnia sanctifi- cans, Deus	4.24.5
Sanitas quid	4.33.47
Sapientia cognomen maximum cui conue- niat 4.41.27. quid sapientia, quae diuina, quae humana	eod.
Sapientiae, & morum hominum differentia	eod. 28
Satietas omnium rerum in hoc seculo	4. 15.6
Saturnus filium deuorans, quid significet	45.6

Saturn

SYNT. ART. MIRAB.

- Saturnus quare fingebatur cum falce, &
 filios suos deuorare 5.11.10
 Scammonij vis 4.34.8
 Scarus piscis vt iuuat scarum 4.16.13
 Scem hamephorasch quid 4.11.7
 Sciendi & cognoscendi methodus & via 4.
 40.24
 Scientia boni & mali in arbore paradisi quo-
 modo explicanda 4.4.11
 Scientia Dei quemadmodum à mortalibus
 consideretur 4.40.1. hac tantum non de
 omnibus est vniuersaliter, sed etiam in in-
 diuiduo eod.2
 Scientia & cognitio homini per qua fiat
 4.40.11
 Scientia infusa, & acquisititia, quid 4.
 40.15
 Scientia speculatiua, realis & rationalis qua
 4.40.17
 Scientia & in insipienti esse potest 4.41.29
 Scientia quid eod.30
 Scientia per causas eod.33
 Scientia ex sensibus qua certior eod.
 Scientia alia ratione & visu, alia testimo-
 nio & fide constans eod.34
 Scientia hominum imperfecta est 5.3.10
 Scientie Dei diuersa nomina secundum nos
 4.40.4

INDEX II. TOMI

- Scientiæ actiua quæ* 4.40.19
Scientiæ, opinionis, & fidei differentia 4.
 41.30
*Scientiæ per secula præcedentia inuenta, &
 exculta* 4.51.10
*Scientiam & cognitionem consequimur vel
 propria inquisitione, vel aliorum erudi-
 tione* 4.40.6
*Scientiam non esse inter homines dixit Ga-
 lenus 4.41.30. Quomodo distinguatur à
 prudentia ab Aristotele. eod.31. duplex,
 in potentia, in actu* eod.32
*Scientiarum alia practica, alia speculatiua,
 secundum Platonem. 4.40.16. Eius sub-
 diuisiones* eod.17. & seq.
*Scire, prima perfectio animæ 4.38.2. & ibi
 de scientia.*
Scire Dei nostro respectu, quid est 4.40.3
Sciri nihil posse quidam dixerunt, & an bene
 4.48.5. & 6
Scribere in terra, quid 4.65.3
*Scripturæ sacra non omnibus patent intelli-
 gende* 4.9.10
Seculum à sene, & quot annis constat 4.33.
 6. & 7. ludi seculares eod.7
Selenitis lapis motum lunæ sequitur 4.
 42.23
Sempiterna duratio quid 4.32.5
 Sempiter

Sempiternum omne, actus est non potentia

4.36.1

Senæ vis 4.34.8

Senæ sententia improbata de non danda
actione in ingratos 4.16.26

Senes frigidi & humidi sunt 4.33.9

Senes unde dicti 4.13.12

Senes cur incurui fiant 4.33.13

Senes utiles vel inutiles in quibus annis di-
cuntur Iuriconsultis 4.33.21

Senescere & interire omnia docetur 4.19.15

Senium via ad mortem 4.33.9

Sensibus apparentia quomodo iudicanda 4.
51.6

Sensibus omne iudicium Epicurei falso tri-
buerunt 4.51.11

Sensualis cognitio communicata brutis &
hominibus 4.40.21

Sensus & intelligentiæ diversitas in scienda
4.40.11

Sensus non sunt iudices veritatis 4.53

Separatorum separata debet esse consideratio
4.55

Septem ætes hominis cur tantum, non plu-
res aut pauciores 4.33.10. & seq.

Sergius Damascenus monothelita, damnatus
hereseos 4.42.16

Sermo

in tribus cup in octiduumq; & octiduumq;

IN DEX II. TOMI

- Sermo veritatis simplex: mendacij verò varius
& multus* 4.49.3
- Sermonem nobis à Deo datum, quis ille &
quando vitiatur* 4.52.1
- Servi omnes ferè cuiusdam passionis, & affe-
ctus* 4.18.3
- Servitus Deo exhibita, vera libertas* 4.18.
- 4
- Servitus in quibus morti comparetur* 4.
18.11
- Servitus quare non dicatur esse contra natu-
ram* 4.18.12
- Servitus & libertas duplex, corporis & ani-
mae* 4.18.13
- Servitus habet voluntatem non liberam* 4.
43.30
- Servitutis personalis definitio* 4.18.5
- Servus nihil sibi acquirere potest* 4.18.9
- Similia & dissimilia secundum solas quali-
tates* 5.14.12
- Simon magus victus à D. Petro in nomine
Dei* 4.46.4
- Simul, in tempore est: & quot modis esse dica-
tur* 5.12.17
- Simulatio à mendacio quid differat* 4.
53.3
- Simulatio latius patet, quàm hypocrisis* 4.
54.8
- Simulatio & dissimulatio in quo differant*
4.59

4.59.5

*Simulationis tres species, vna ad cautionem*4.54.9. *alia instructioni eod. 10. alia & improba fallax* eod. 11*Situs modi* 5.10.4*Sobrietas punita à voluptuosis in Hermodoro* 4.3.5*Societas civilis, communicatio bona* 4.10.3.
alia rerum eod. 4*Societas hominum ratione continetur* 4.23.4*Sodalitria bona num sint* 4.10.5*Sol quando nobis maiores parat aestus* 4. 33.

II

Solei resurrectio & narratio de inferis 4.19.

II

Solè sequuntur heliotropi, & lupini 4.40.25*Solis ortum & occasum ostendit locus* 4.

42.23.

Solis deliquium quos perterruit 4.46.3*Somnus & mors inuisibiles* 4.19.5*Somnus & mors filij noctis* 4.19.5*Sophocles gaudio mortuus* 4.43.23*Speculatiuarum scientiarum divisio* 4. 40.

17. & 18

Spes quid 4.43.43. *Eiusq; conditiones, quod- que sit de bono, arduo, futuro, & possibili eod.**Spiritus vadens & non rediens, quid significet* 4.

INDEX II. TOMI

cet	4.43.33
Spiritus Dei, causa vita & essentia rerum omnium	4.45.4
Spiritus sancti dona bona	4.11.2
Splendor quid	4.66.4
Stabilitas quomodo habeat perseverantiam	4.31.46
Stellarum mutua concordia, & odium	4.42.
24	
Stulti non debent preferri sapientibus	4.
6.3	
Stupor quid	4.43.9
Sublimitas habet extentionem	4.30.31
Substantia accidentia quae ei haerent, sustinet	5.19
Substantia quid 5.2.2 principium secundum naturam	cod.
Substantia vnde, & quare hoc nomine dicta	5.2.3. & 5
Substantia à substantando, quid	5.2.5 & 6
Substantia quae prima, quae secunda, ratione accidentium	5.2.8
Substantia in concreto, quid apud Rabinum Tybonem	5.2.9
Substantia creata & increata, & mixta, & eorum membra quae	5.3.5
Substantia à natura rerum quibus distin- cta	5.1.12
	Sub

SYNT. ART. MIRAB.

Substantia in subiecto non est	5.4.1
Substantia hic aliquid significat	5.4.3
Substantia non suscipit in gū vel minus, ratione accidentium	5.4.5 nisi inter primam & secundam fiat relatio eod.
Substantia recipit maius & minus	5.4.6
Substantiæ tres aliæ distinctiones	5.2.7
Substantiæ diuisio, in sensibilem, & insensibilem	5.3.2
Substantiæ secundæ vniuocè prædicantur	5.4.2
Substantiæ primæ & secundæ, differentia	5.4.3
Substantiæ non est contrarium	5.4.4. Susceptibilis tantum contrariorum eod.7
Substantiam rerum potissime incorporaliū, cognoscere homines nequeunt	5.3.10
Substantiarum aliæ diuisio Aristotelis, in ingenas, immortalesque; & genitas, & mortales	5.3.7
Sufficiencia	4.30.31
Summum bonum quid	4.3.4
Summus, & summum quid	4.3.6
Superficies quid	4.30.4
Superstitio quid, & in quo differt	4.24.1
Susurro ab adlatore in quo differat	4.61.1
Susurro quis	eod.
Susurrum quid	4.61.2
Suū quicq; tribuendi duo Diuina & absoluta prece	

INDEX II. TOMI

præcepta	4.8.12
Sybilla Habrea fuit, eius de Deo enigma excussum	4.2.8
Sybilla Erithrea tempus	4.17.15
Synopsis eorum quæ bonitatem referunt	4.5.7

T

Tamar ut pro meretrice haberetur, operuit vultum, & mutavit vestem	4.54.3
Tarpeia virginis, proditricis Romanorum, supplicium	4.60.7
Tekophot, Hebraeorum observatio	5.12.12
Tellus vir cur à Solone existimatus fœlicissimus	4.15.7
Tempestates quomodo concitentur in aere	4.46.3
Templum honori & virtuti dicatum	4.13.5
Tempora distinguenda ad concordandas scripturas	5.12.15
Tempori se accommodare sapientis est	4.7.4
Temporis divisio	5.12.4
Temporis mutationes, morborum & sanitatum cause	5.12.11
Temporis considerationem quæ admittunt	5.12.18.
Temporum differentie apud medicos: morborum, remediorum, causarum	5.12.7
	Tem.

SYNT. ART. MIRAB.

	<i>Tempus variat rerum considerationem</i>	4. 5.6
	<i>Tempus, mensura rerum</i>	4.32.1. & 2
	<i>Tempus non est in Deo sed à Deo, & extra Deum</i>	4.32.6
	<i>Tempus omne durationem metitur</i>	4. 33. 48
	<i>Tempus an sit, & quid sit</i>	5.12.1 quòd sit ex motu eo.2
	<i>Tempus ortum habuisse, contra Aristotelem</i>	5.12.3
	<i>Tempus pro tempore accipitur</i>	5.12.6
	<i>Tempus proprium omnia habent, & per meliora fiunt</i>	5.12.8
	<i>Tempus docet multa</i>	5.12.9
	<i>Tempus omnia consumit, & restituit</i>	5. 12. 10
	<i>Tenebrae quid</i>	4.66.2
	<i>Tenebrae infernum occupant</i>	4.66.7
	<i>Tergiversari quid</i>	4.57.1
	<i>Termini secundae intentionis</i>	5.1.4
	<i>Terra benedicta & maledicta propter hominem</i>	4.33.51
	<i>Terra ubi ter in anno fructus adfert</i>	4. 19. 13
	<i>Terrae filij</i>	4.65.3
	<i>Terribilia quae sint</i>	4.43.8
	<i>Terror quid</i>	4.43.9
	<i>Testamenti factio, actiua & passiua</i>	5.7.16

INDEX II. TOMI

- Testari non potest furiosus etiam in fauorem
 anime & pie cause* 4.23.4
*Testes de rationibus & causis testimoniorum
 interrogandi* 4.41.33
*Testes falsi & mendaces, quomodo iure diu-
 no puniendi* 4.52.5
Testis idoneus quis 4.35.12
Testis vnius depositio, excusat à calumnia
 4.57.2
Thalia tertia. Gratiarum quid significat 4.
 16.10
Thamar simulatio 5.13.6
*Thoas liberatus à dracone alumno ex pericu-
 lo letronum* 4.16.15
Tigridi hypocrita similes quare 4.54.8
Timiditas ex impotentia 4.35.11
Timor non peccantis duplex 4.19.8
Timore mortui 4.43.23. & 24
Timunculus avis amica columbus 4.16.13
trè èr quid 4.2.6
Traectio ad salutem, non est coactio 4.43.
 33
*Transcendentia non sunt in aliquo predica-
 mentorum* 5.1.6
Tristitia quid 4.43.10
*Tristitia gaudio opponitur, & quid sit, &
 quatuor eius species* 4.43.27 duplex quo-
 que eod.28
 Tri-

ART. SYNT. MIRAB.

<i>Tristitiam immittit Daemon aliquando, vt reuoceat animum à bonis</i>	4.30.3
<i>Turpe quod non cognouit</i>	4.7.1
<i>Turpia natura</i>	4.17.29
<i>Turpia lucra à possessoribus & eorum here- dibus extorquenda</i>	4.17.10
<i>Turpitudinis species quatuor 4.17. 28. eiusq; definitiones</i>	eod.
<i>Tutor vel curator idoneus quis</i>	4.35.12
<i>Tutorum authoritas quid</i>	4.31.3
<i>Tyranni & mali principes, carnifices volun- tate Dei</i>	4.34.12
<i>Tyrannorum causa</i>	4.34.11

V

<i>Vacuum an sit in rerum natura</i>	5.8.4
<i>Vadium num vnquam fuerit</i>	5.9.8
<i>Vana gloria, vide Gloria inanis</i>	
<i>Vbi indicat esse in loco 5.8.1 & quomodo dif- ferat à loco</i>	eod.
<i>Vbi quomodo definiatur in predicamento 5. 8.4</i>	
<i>Vbi predicamento axiomata</i>	5.8.5 & 6
<i>Vbi quomodo non habeat contrarietatem, vel magis aut minus</i>	5.8.5
<i>Vbi quot modis accipitur</i>	5.8.6
<i>Vbi & positionis differentia</i>	5.10.1
<i>Vehementia quid</i>	10.32

INDEX II. TOMI

- Velle non creditur qui iussu alterius debet au-
 dire* 4.43.30
*Venatione abstinebant ethnici etiam diebus
 festis* 4.65.11
*Venere abstinentium diebus festis, docent etiã
 ethnici* 4.65.13
Venerci amplexus in Palmis arboribus 4.42.
 19
*Venia criminum sepius delinquentibus non
 data* 4.5.3
*Ventris necessitas ingenium varium largitur
 parasitis* 4.61.6. & 7
Venus in quo gradu vite licita 4.17.7
*Venus vnde dicta 4. 17. 20 de eius contentio-
 ne cum Iunone & Minerva de pulchri-
 tudine* eod.
Ver venisse viola alba docet 4.40.25
Veracis viri signa 4.51.15
Verba quomodo personis accommodanda
 4.7.2
*Verba quomodo sunt intelligenda, & expli-
 canda* 4.9.6
*Verba coniunctim conferenda, vt intelligen-
 tur* 4.9.10
*Verba secundum negotia de quibus agitur
 sunt intelligenda 4. 9. 12 & qualitatem
 personarum ad quas referuntur co. 13. &
 cum effectu* co. 14
Verbena herba sacra 4.243
 Verbo

- Verborum seu nominum vsus quomodo con-*
siderandus 4.9.11
Verecundia quando bonum 4.17.9. vnde
oriatur eod.10
Verecundia quid 4.43.9
Veritas quid 4.25. 1. quòd sit inquirenda eo.2.
honoranda 3. donum Dei eod.4. dux virtu-
tum 5
Veritas, siuis rationis, eaque inquirenda 4.
48.2
Veritas, fundamentum omnium bonorum
eod.3. probatio etiam inter Barbaros
eod.4
Veritas lucem habet eod.6. Eius nomina, &
mendacij, & vnde dictum nomen 4.49.1.
eiusque definitio eod.2
Veritas, veritatisque sermo, cur dicatur sim-
plex 4.49.3
Eius imago seu pictura hippoeratis, & Phi-
lostrati eod.4
Veritas inter arrogantiam & dissimulatio-
nem, medium eod.
Veritas vna est, falsitates plures circa illam
eod.5
Veritas quomodo indaganda eod.5
Veritas tandem victrix mendacij & falsi
enadit eod.6
Veritas à Deo omnis, ipseque veritas,
4.49.8

INDEX II. TOMI

- Veritas rei quid* 4.50.2
Veritas intellectus quid 4.50.3 & 4
Veritas intellectus quando interdum perfecte, & quando imperfecte elicitur eodem 5
Veritas orationis quid 4.50.6
Veritas quomodo sic assequenda 4. toto c. 51.
septem ex Galen ei requisita eod.
Veritas ex redargutione falsitatis apparet
 4.51.8
Veritas non nisi cum labore percipitur 4.51.
Veritas non est immutanda, vel abscondenda
 4.51.12
Veritatem docuit mundum Dominus noster
Jesus Christus 4.48.7. hanc quò magis
quis sectatur, proximior Deo fit eod.
Veritatem quidam inveniunt, alij purgant
inveniam, alij purgata usum uocent 4.
 51.9
Veritatem que se obiciant 4. 51. 12. 13.
 & 14
Veritatis partitio 4.50.1
Veritatis comprehensionem quatuor impediunt
 4.51.2. Et alia 3. & 4
Veritatis imaginem ferebant in collo & pectore sacerdotes, & quare 4.48.2
Veritatis abacus, & eius summaria explicatio
 4.51.16
Veri

- Veritatis regulæ duæ* 4.61.14
Verus ut quis dicatur 4.54.12
Verum bonum esse docetur, & quid sit 4.
 25.1
*Verum & falsum consistant in actu, non
 circa potentiam* 4.36.10
Verum vel falsum in quinque inuenitur 4
 41.2
*Verum aut certam quidam dixerunt nihil
 esse inter homines* 4.48.1
Verum quid 4.49.2
*Veram, & veritas quomodo differant eo-
 dem* 7
Verum non pendet ex nostro intellectu 4.
 50.3
*Verum Protagoras dicebat, quod cuique vi-
 deretur* 4.51.11
Verus & simplex sapiens est 4.55.1
*Veste muliebri virum vestiri, & contra, ab-
 hincatio* 5.13.6
*Vestitus ostendit qualitatem personæ ut ple-
 rumque* 5.13.6
Vidua castitatem quomodo habeant 4.
 17.7
*Viduas ducere festis, ut veteres fossas pur-
 gare, licuit* 4.65.11
Vinea Domini populus Dei est 4.54.4
Vinum merum quare post cœnam sorberetur
 43.8

INDEX II. TOMI

- Vinum in conuiujs quando, & quomodo
 merum Hebraei propinabant* 4.3.11
Vinum Amineum, durabile 4.33.30
Violentia, maxima vis 4.35.15. *Contra natu-
 ram agit* eod.
Violentum obsistit arbitrio 4.43.38
Vir frigidus dicitur & siccus 4.33.9
Vir quis dicatur Iurisconsultus 4.33.20
*Virgines ducere, vt vim non inferre diebus
 factis non licuit* 4.65.11
Virginitatem bonum esse docetur 4.17.6.
melior eius status eod.9
Viri à mulieribus separatim degere debent
 4.4.9
Virilis atas cur fortior in homine 4.33
*Virtus in mediocritatis tantum excessu &
 defectu corrumpitur* 4.8.27
Virtus honesta est 4.17.1
Virtus vnita, & dispersa quid 4.31.1
Virtus fortitudine seu potentia eget 4.35.
 II
Virtus continet vniuersa 4.45.1
Virtus vnde dicatur eod. 2. quid sit eod.4
Virtus, est vniuscuiusque rei perfectio 4.
 45.5
*Virtus vna aut plures, quomodo dicantur
 esse in homine* 4.45.5
Virtus non est in potentia, an sit in actu
 eod.6

Virtus

Virtus superintellectualis quomodo dicatur 4.
46.1

Virtus in Deo quomodo esse, & non esse dicatur
cod.5

Virtus roboris corporis, & efficacia eod.8

Virtus cælestis ab elementari quid differat
4.46.9

Virtutem esse summum bonum, qui & quaere dixerunt 4. 8. 27. Donum Dei eod.
28

Virtutes sunt ordinatae naturae affectiones 4.
43.32

Virtutes rerum cur semper non insunt rebus
4.45.6

Virtutes homini viae ad felicitatem eod.

Virtutes omnes rerum omnium creaturarum,
in Deo 4.46.6. Earum in homine, ratione

spiritus & anima diuisio, in intellectualibus, & morales: & quæ ille 4.46.7

Virtutes sine Deo non faciunt veram gloriam
4.63.3

Virtutis templum coniunctum cum templo honoris
4.13.5

Virtutis quedam regula probata 4.47.2

Virtutis premium, gloria, & condimentum laborum eius
4.62.3

Vis quomodo habet potentiam 4. 35. 14. & sequentibus. Quid vis cælestis, & inferior eodem

INDEX I. TOM I

- Vis aduersatur tam animo quàm corpori*
4.35.16
- Via publica non esse ingredientium, quid sit*
4.64.14.
- Vita hominis, misera peregrinatio* 4.8.4
- Vita politica per Dominum nostrum Iesum
Christum precepto amoris Dei optimè
constituta.* 4.8.24
- Vita hec temporalis tota data ad peniten-
tiam agendam mortalibus* 4.17.14 & 15
- Vita nostra navigatio ad portam salutis* 4.
19.16
- Vita durationem habet quid, & quotup ex*
4.33.50
- Vita cur breuior nunc, quàm antiquioribus*
4.33.51
- Vita priuata in gloria est, cum gloria futu-
ra* 4.65.6
- Vita hominis tres status* 4.17.18. 1. in hac vi-
ta 2. post mortem 3. post resurrectionem
eod. 5.15.19
- Vita nostre occasus* 4.33.12
- Vita hominis tempus* 4.33.6
- Vitium opponitur virtuti, & quibus nomi-
nibus dicitur* 4.45.3
- Vitium, corruptio virtutis, quomodo* 4.
45.5.
- Vivere malè satius, quàm benè mori, quis
dixit* 4.66.7
- Vnde

<i>Vnde quæ maiores</i>	4.33 II
<i>Vniones maiores ferunt concha minores</i>	4.
31.1	
<i>Vnuoca quæ dicantur</i>	5.4.2
<i>Voluntas in hominibus mali origo</i>	4.4.2
<i>Voluntas & propositum distinguunt maleficia</i>	
4.4.10	
<i>Voluntas pro bono desiderio sumitur</i>	4.
11.2	
<i>Voluntas hominis morte finitur</i>	4.19.1
<i>Voluntas quid</i>	4.42.6
<i>Voluntas quomodo habeat rationem comitem</i>	
eod. 8. <i>Rationis & irrationis eod. 9.</i>	
<i>Mutabilis, & à qua re mutetur eod. 10.</i>	
<i>& mortuorum immutabilis</i>	eod.11
<i>Voluntas Angelica quid est</i>	4.42.13
<i>Voluntas bona quomodo sit in demonibus, &</i>	
<i>Damnatis</i>	4.42.12
<i>Voluntas Dei beneplaciti, & conditionata</i>	
<i>signi, qui</i>	4.42.14
<i>Voluntas circa melius, melior: circa peius,</i>	
<i>peior</i>	4.42.2. & 4
<i>Voluntas & propositum in operibus homi-</i>	
<i>num inspicuntur</i>	eod.6
<i>Voluntates due in Domino nostro Iesu Chri-</i>	
<i>sto</i>	4.42.16. & 17
<i>Voluntatis Dei, & hominis differentia</i>	4.
42.15	
	<i>Volup</i>

INDEX II. TOMI

<i>Voluptatem capere & gaudere, quomodo differant</i>	4.43.25
<i>Vox timentibus acuta, trepidantibus grauis, cur</i>	4.17.10
<i>Vrie mortis vindicta</i>	4.60.7
<i>Vtali bonum esse docetur 4.26. 1. quid sit eodem 2</i>	
<i>Vtile quid non boni contineat</i>	4.26.4
<i>Vtilitatis duæ partes, tuta & honesta 4.26.3</i>	
<i>Vulgi sententia quare reiicienda 4.64.13. & 14</i>	
<i>Vulpecula cur heretici dicti</i>	4.54.6
<i>Vultum suum operiunt qui male agunt 4.54.3</i>	
<i>Vxor debet esse eiusdem religionis cum marito</i>	4.7.6
<i>Vxor ex paribus ducenda</i>	4.7.8
<i>Vxoris complexibus abstinendum diebus festis</i>	4.65.13

X

<i>Xerxes cur lachrymarit super ingenti suo exercitu</i>	4.64.4
<i>Xerxis de vanitate hominum sententia</i>	4.19.1

Z

Zaröes & Arphaxat magi, signo crucis victi
4.46.4

Zeno Eleates sibi in tormentis linguam ab-
scidit, ne falso alios accusaret 4.52.4

Zenonis lapsus 4.41.29

Indicis Commentariorum
Tomi I I. finis.

LAVS DIO.



ST. J. ...

...
...
...
...

...
...
...

...
...





